ſed ſufficit ꝙ habeat ꝑfectionē eſſentialē ⁊ naturaliter ſibi
poſſibilē. Opus autē incarnatiōis excedit limites nature:
et nō opoꝛtet omnē capacitatē nature create reſpectu potē
tie obedientialis deducere ad effectū: alioꝗn nō ꝓduceret
res niſi in termino ꝑfectionis ſibi ſm potētiā abſolutā poſ
ſibilē: quod eſt manifeſte falſum. ¶ Ad rationē Scoti di
citur/ꝙ illa pꝛioꝛitas ⁊ ſigna ſunt ponēda in diuinis: ſicut
ſatis deducit Ockā in.j.diſ.ix. Unde in nullo ſigno pꝛede
ſtinauit quēcunꝗ̄ ad beatitudinē: quin in eodē pꝛedeſtina
uit oēs beatificādos: ⁊ pꝛeſciuit oēs dānandos: ⁊ pꝛeuidit
oīa futura. Nec eſt talis oꝛdo in diuinis: ſed ab eterno pꝛe
deſtinauit quos elegit. Pꝛeſciuit etiā quos repꝛobauit: ſi
mulꝗ̄ pꝛeuidit merita ⁊ demerita/penas ⁊ futura pꝛemia:
ideo iſta ſictio nihil arguit: manet ergo dubiū illud ꝓbleu
ma neutrū pꝛo vtraꝗ̄ parte pꝛobabile: donec partē vnam
dn̄s dignabit reuelare. ¶ Dubiū quartū quare opus in Dub. 4.
carnatiōis in finē ſeculi eſt dilatum: ⁊ nō a pꝛincipio caſus Z
humani conſummatū. Reſpōſio licet ratiōes tēpoꝝ que
pater in ſua poteſtate poſuit: nō eſt noſtrū cognoſcere: vt
dicit Actuū.j. Tamen dubiū non eſt quin ſapientiſſimus
diſpoſitoꝛ tēpoꝝ deus/omnib⁹ ſuis opibus congruētiſſi
mum tēpus elegit: licet hec ꝯgruitas a nobis plene in via
ſciri nō poſſit. Ponūt tamē doctoꝛes varias ratiōes cur in
finē mundi dn̄s opus incarnatiōis diſtulerit. Quarū vna
eſt ſm ſanctū Bonauē.diſt.j.tertij.q.vlti. manifeſtatio ſe
ueritatis vltionis diuine: que tātos patrū clamoꝛes ſuſti
nuit anteꝙ̄ ad redimendū redēptoꝛ mitteret: ⁊ tāto tēpo
re adam cū ſua poſteritate in limbo carceratus teneretur.
¶ Secūda: quia congruum fuit vt homo pꝛius conuince
retur de ſua ignoꝛātia ⁊ impotētia: vt ſic humiliatus ſui de
fectus cognitiōe cōfugeret ad gratiā dei: ⁊ ſic capax reme
dij redderet. Pꝛecedere ergo debuit ſtatus legis nature ⁊
legis ſcripte: vt dum vtriuſꝗ̄ inſufficientia cognoſceret:
in ſolo chꝛiſti aduentu ſpes haberetur. Et cognito benefi
cio redēptionis/homo gratus redderet. ¶ Tertia vt dila
tione tanti beneficij creſceret deſideriuȝ. Quod em̄ ampli⁹
deſiderat et diutius differt: pꝛecioſius reputat: non tamē
impediuit dilatio ſanctificatiōis efficatiam diuine pꝛede
ſtinationis. Nullus em̄ ab eterno ad ſalutē oꝛdinatus an
te chꝛiſti incarnationem periJt: pꝛius enim ſaluauit ꝙ̄ in fa
cto exhibita fuit: ſaluauit em̄ patres ante incarnationē vt
pꝛeuiſa: ſicut poſteros exhibita. Neꝗ̄ aliquis nō pꝛedeſti
natus/etiam ſi ab initio lapſus humani dn̄s incarnaretur:
fieret ſaluus. ¶ Quarta ratio: quia diſtantia a pꝛincipio

facit debilitatē in effectu: ⁊ ideo quāto plus diſtant homi-
nes a principio ſalutis/chriſti ſcilicet incarnatiōe: tāto ma-
gis debilitatur deuotio. Unde ait dn̄s/ꝙ in nouiſſimis tē-
poribus charitas refrigeſcet multoꝝ. Unde ſi a principio
incarnatus fuiſſet: totus feruor deuotionis periſſet: dila-
ta eſt igitur vtiliter ad finē ſeculoꝝ/quo minus effectꝰ eius
longo tēporis tractu tandem deficeret.

Diſtinctio. iij.

**Sit de incarnatio**nis modo ⁊ ordine. In hac diſ. iij. ꝓſequi
tur de conditione nature corꝑalis a virgi
ne aſſumpte. Stat autē ſentētia textus in
tribus ſubiectis cōcluſiōibus. ¶ Prima
Caro chriſti ſicut reliqua virginis caro / peccato aliquādo
obnoxia/ab omni peccati contagione immunis/verbo fu
it vnita/ſola volūtate/nō neceſſitate remanēte pena. ¶ Se
cunda. Spūſſanctus mariā preueniens/a pctō prorſus et
fomite purgauit: potentiā quoqꝫ generādi abſqꝫ viri ſemi
ne virgini preparauit. ¶ Tertia: In lumbis abrae ſm ma
terialem rationem exiſtens vterqꝫ leui ⁊ chriſtus/ſolus le
ui nō chriſtus aſſeritur decimatus. Declaratio harū patet
in textu.

Queſtio prima.

A **Queritur circa hanc** diſtinc. de ſanctificatiōe ꝟginis. Unde p̄mo
querit̄ vtruꝫ virgo maria mater dei fuit ali-
quādo maculata pctō originali. ¶ In que-
ſtione erunt articuli tres. In primo premiſſis quibuſdam
terminoꝝ declarationibꝰ/recitabit̄ vna opinio cū ſuis mo
tiuis. In ſecundo ad queſtionem reſpōdebit̄ cōcluſiōe vni
ca opinioni priori cōtraria. In tertio mouebūtur dubia cū
ſolutionibus adiūctis. ¶ Quātū ad primū articulū: quia
Artic. 1. loquendum eſt de ſanctificatione virginis: premitto poſt
Nota. 1. Alex. de ales parte. iij. q. ix. mēbro. j. arti. j. ꝙ ſanctitas quat
tuor modis dicit̄. Eſt em̄ ſanctitas per dedicationē ad cul
tum dei: quo modo ſanctum dicit̄ quicq̄d a profanis ſepa-
ratur ⁊ cultui dei dedicat̄: ⁊ hec cōuenit creature rationali
⁊ non rationali: animatis ⁊ nō animatis: ſic nazarei ſancti
dicūtur: quoꝝ cōſecrationis ritus deſcribit̄ Num. vj. Et ſa
cerdotes ſancti dicunt̄: quoꝝ cōſecrationis ritus deſcribit̄
Leuit̄. viij. et pleriſqꝫ alijs ſcripture locis. Hoc mō etiam
chriſtiani ſancti dicuntur: quia deo dedicati ſunt in baptiſ-
mate. Sic res inaīate ſancte appellant̄. tabernaculū: vaſa/
veſtes/eccleſie/altaria: que olim ⁊ nunc dedicātur dn̄o: et
ad ſuū cultū ſanctificant̄. De quo etiā Exod. xl. Aſſumpto
vnctionis oleo/vnges tabernaculū cū vaſis ſuis: vt ſancti
ficent̄ altare holocauſti ⁊ omnia vaſa eius: labrū cum ba-
ſi ſua: omnia vnctiōis oleo cōſecrabis: vt ſint ſancta ſctōꝝ
¶ Secūdo ſanctitas accipit̄ ꝑ emundatiōe a pctis. Ro
ma. vj. Nūc autē liberati a peccato ſerui facti deo habetis
fructum veſtrū in ſanctificationē. Et. j. Theſ. iiij. Nō voca
uit nos deus in immūdiciā: ſed in ſanctificationē. Et p̄mi-
ſit. Hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra. Hec ſanctitas
ſit per gratiā infuſam ⁊ charitatē: per quā mentē inhabitat
ſanctificator ſpūs. ¶ Tertio ſanctitas dicit̄ abſtinētia ab
actu carnalis cōmixtionis. ſ. caſtitas: de qua Exo. xix. preci
pitur moyſi vt ſanctificet populū. vnde inquit. Sanctifi-
ca populū hodie ⁊ cras et lauēt veſtimēta. vbi glo. dicit ꝙ
ſanctificatio illa erat abſtinētia a mulieribꝰ. Et. j. Reg. xxj.
vbi querit̄. Si mundi ſunt pueri maxime a mulieribus.
Reſpōdit dauid. Et quidē ſi de mulieribus agit̄: cōtinui-
mus nos ab heri ⁊ nudiuſtertius: ⁊ ſunt vaſa pueroꝝ ſctā.
¶ Quarto accipit̄ ſanctitas ꝓ confirmatiōe in bono. Et
ſic dicit̄ ſanctū quaſi firmū. ſic accipit̄ in ps. Quis requie
ſcet in mōte ſancto tuo. Innocēs manibꝰ ⁊c. vbi ꝑ monteꝫ
ſanctū intelligit̄ cōfirmatio in bono: nam ſanctū idem eſt
quod firmū. Uel dr̄ ꝙ idē eſt grece qḋ agyos: ab a qḋ eſt ſi
ne/⁊ gyos qḋ eſt terra: vnde dicit̄ ſanctum q̄ſi ſine terra. i.
terrena cōtagione. Prima etymologia correſpōdet quarte
acceptiōi. Secūda p̄mis tribꝰ. In ꝓpoſito ſctitas accipit̄
ſcḋo mō vt eſt pcti immunitas: q̄ nō ē niſi ꝑ gratiā: vn̄ ſolꝰ
ille ⁊ oīs iſte ſctūs eſt q̄ gratiā habet. gratiā dico gratū fa-
ciētē. ¶ Scḋo aduertēdū ꝙ duplex poteſt intelligi hoīs cō
ceptio. Una carnis q̄ fit in ſeminū cōmixtiōe: q̄ poteſt dici Nota. 2.
cōceptio ſeminis q̄ tēpore p̄cedit animationē. Alia eſt cōce
ptio in fetus aīatiōe: q̄ dici poſſet ꝓprie cōceptio hoīs: tūc
em̄ primū cōſtituit̄ homo in vtero matris. Prima fit cū ſe-
men in matrice loco generatiōi aptū accipit̄: ⁊ ſuſceptioni
aīe ꝑ alteratiōes multas diſponi inchoat̄. Scḋa cū in ma-
teria iam aliquātulum diſpoſita aīa intellectiua infundit̄:
⁊ hec etiam vocat̄ natiuitas in vtero: ſm illud Matth. j.
Quod in ea natum eſt de ſpūſancto eſt. Diſtinguit̄ em̄ il-
la natiuitas a natiuitate ex vtero q̄ eſt fuſio infantis in lu-
cem huiꝰ mūdi. ¶ Tertio ſupponit̄ ex dictis li. ij. diſt. xxx.
q. ij. ꝙ ſicut ſanctificatiōis gratia eſſe nō poteſt niſi in aīa: Nota. 3.
ita nec originalis culpa: vnde licet pctm̄ originale cauſali
ter ponit̄ in carne prolis cōcepte: nō tamē formaliter poni
tur niſi in aīa rationali ſubiectiue. Oppoſita em̄ fieri ha-
bent circa idē: igitur nihil poteſt eē ſubiectū culpe: niſi qḋ
eſſe poteſt ſubiectū gratie: ⁊ eſt ſola natura rationalis: hoc
eſt angelicus ſpiritus vel hoīs animus. ¶ Iſtis premiſſis
aduertēdū ꝙ de materia huius queſtiōis fuerūt opiniōes B
due cōtrarie frequenter nedū in ſcholis: ſed nōnūqꝫ in de
clamatorijs ad populū ſermonibꝰ non ſine ſcādalo populi
ventilate. Una eſt Alex. de ales parte. iij. q. ix. quā imitatur
ſctūs Tho. quā ſctūs Bonauē. reputat ꝓbabiliorem: licet
ſimpliciter eā non affirmet: ſed eā cum oppoſita recitet: te
nuerūt hi cum ſuis ſequacibus partem queſtionis affirma
tiuā. ¶ Alia eſt opinio doctoris ſubtilis cū ſuis ſequacibꝰ
tenētis partē queſtiōis negatiuā priori opinioni oppoſitā. Cōcl. 1
¶ Scḋm opinionē p̄mā he ponunt̄ cōcluſiōes. Prima in
qua oēs cōcordāt. Uirgo maria ante cōceptionē ſecūdam
qua fuit in vtero ſue matris aīata: nō fuit per gratiā ſancti
ficata. Patet plane quia ſanctificatio illa fit ꝑ infuſionem
gratie: cuiꝰ ſola aīa intellectualis eſt capax: ergo ea nō exi-
ſtente/gratia ſanctificās eſſe nō potuit: ſed ante cōceptionē
ſecundā nō fuit aīa: cū ipſa infundendo creat̄: ergo ⁊c. Itē
ſanctificari p̄ſupponit eſſe: vnde qḋ non eſt/nō ſanctificat̄
ſed ante cōceptionē ſecundā ſiue aīationē virginis/virgo
nō fuit. ergo ante nō fuit ſanctificata. Sequit̄ em̄ a nō fuit
ergo nō fuit ſanctū: ab eſt ſcḋo adiacēte/ad eſt tertiū adia-
cens negatiue. ¶ Scḋa cōcluſio ſm illā opinionē. Ma- Cōcl. 2.
ria virgo in inſtāti ſue aīationis nō eſt p̄ſeruata a cōtagio
peccati originalis. Illā ꝯcluſionē ꝓbare nitūtur autorita-
te ⁊ ratione. Auto. apoſtoli Rom. v. In adā oēs peccaue-
rūt. Ait em̄. Sicut ꝑ vnū hoīem pctm̄ in hūc mundū intra-
uit: et per peccatum mors: et ita in omnes homines mors
pertranſijt: in quo omnes peccauerunt: omnes q̄ in eo fue
runt ſm rōnē ſeminalē. Itē ad Rom. iij. Oēs peccauerunt
⁊ egēt glr̄ia dei. Glo. interili. Peccauerūt in ſe vel in adam.
Itē. j. Cor. xv. Sicut in adā oēs moriunt̄: ita in chriſto oēs
viuificabunt̄. Itē ad Ephe. ij. Oēs eramꝰ natura filij ire.
In oībꝰ his loquit̄ apl̄s vniuerſaliter ſine exceptiōe: ideo
ſub vniuerſalitate illa ꝟgo ꝯtinet̄ q̄ eſt filia ade atqꝫ in adā
fuit ſm rōnē ſeminalē. Ait hic Greg. de arim. in. ij. diſ. xxx.
q. ij. Cū de hac re ꝑ hūanā rōnē certitudo hr̄i nō poſſit: po
tius tenēdū mihi videt̄ qḋ magis ꝯſonū eſt ſacre ſcripture
q̄ vbicūqꝫ de hoc loquit̄: vniuerſalē de oībꝰ ſine exceptiōe
ꝓfert ſentētiā. Idē ꝓbat̄ autoritate ſctōꝝ. Nā btūs Aug. in C
de fide ad Petrū. c. xxiij. Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ dubi
tes omnē hoīem q̄ per ꝯcubitū viri ⁊ mulieris ꝯcipit̄: cum
pctō originali naſci: impietati ſubditū mortiqꝫ ſubiectum.
Et ob hoc natura filiū ire naſci. De quo dicit apoſtolꝰ. Era
mus ⁊ nos filij ire ſicut ⁊ ceteri. Idē ſuꝑ illud Iohā. j. Ec-
ce agnus dei. ſolus innocēs q̄ nō ſic venit ſcꝫ ꝑ ꝓpagatio-
nem. Idē in de ꝑfectiōe iuſticie ꝓpe finē. Quiſqs eſſe vel
fuiſſe in hac vita aliquē hominez vel aliquos hoīes putat
excepto vno mediatore dei ⁊ hominū: quibꝰ neceſſaria nō

fuiſſet remiſſio pctoꝝ: cōtrarius eſt diuine ſcripture. Et allegat ibi apl'm ad Roma. v. vt ſ. Idē in lib. de nup. et concu. dicit. Ideo chriſtus nō de cōcubitu naſci voluit: vt hinc etiā doceret oēm qui de cōcubitu naſcit̄ carnē eſſe pcti: quādoquidē ſola que non inde nata eſt: nō fuit caro pcti: ⁊ per ꝯñs caro virginis que de concubitu nata eſt: fuit caro pcti. Itē lib. ij. cōtra Iulianū. c. xxxvj. qui negauit paruulos cōtrahere originale pctm̄: idē dicit. Si ſine dubio caro chriſti nō eſt caro pcti: ſed ſimilis carni pcti: q̄d reſtat vt intelligamus niſi ea excepta/ oēm reliquā humanā carnē eſſe pcti. et paulopoſt. Ceterū corpus xp̄i inde dictū eſſe in ſimilitudinē carnis pcti: q: oīs alia caro hoīm pctm̄ eſt quiſquis negat: et carnē xp̄i ita cōparat carni naſcētiū ceteroꝝ hoīm: vt aſſerat vtrāq; eſſe puritatis equalis: deteſtādus heretic⁹ inuenit̄. Itē idē lib. x. ſup Gen̄. c. xxiij. Proinde corp⁹ chriſti/ ꝙuis ex carne femine aſſumptū eſt: que de illa carnis ꝓpagine cōcepta fuerat: tm̄ non ſic in ea cōpoſita eſt quomō fuerat illa cōcepta. Nec ipſe erat caro peccati: ſ3 ſimilitudo carnis peccati. Ubi clare apparet eū ſenſiſſe carnem beate virginis fuiſſe carnē peccati. ⁊ per hoc ſm ipſum qui oppoſitū ſentit heretic⁹ inuenit̄. Idem in de fide ad petrū. Quia ſine libidine (inquit) nō eſt parētum cōcubitus: ob hoc filioꝝ ex eoꝝ carne naſcētium/ nō poteſt ſine peccato eſſe cōcept⁹: vbi peccatū in paruulos nō tranſmittit ꝓpagatio: ſed libido. Sed cōſtat ꝙ nec beata virgo: nec aliquis homo alius preter chriſtum/ cōcept⁹ eſt ſine cōcubitu parētū. Itē Amb. ſuper Lucā. Sol⁹ eīm per omnia ex natis de femina ſanct⁹ dominus ieſus: qui terrene cōtagia corruptele immaculati partus nouitate nō ſenſit: et celeſti maieſtate depulerit. Si ergo ſolus chriſt⁹: ergo nullus alius: ⁊ ita nec virgo mater eius. Idem ſuper Eſa. loquēs de chriſto inquit. De ſpiritu ſancto nat⁹ abſtinuit a peccato. Omnis eīm homo mēdax: ⁊ nemo ſine peccato niſi vn⁹ deus: ſeruatū eſt ergo vt ex viro ⁊ muliere. i. per illam corpoꝝ commixtionē nemo videatur expers delicti. Qui aūt expers delicti/ expers etiam eſt hui⁹ cōceptionis. Item damaſ. Spiritusſanct⁹ purgauit eā vno vbo. Purgatio nō eſt niſi a peccato: ergo habuit peccatum non actuale: ergo originale. Itē Leo in ſermone de natiuitate domini. Sicut a reatu nullū liberū repperit: ita liberandis omnibus venit. Item Anſ. ij. Cur deus homo. c. xvj. dicit/ ꝙ per futurā mortem eius. ſ. filij: et illa virgo de qua natus eſt: et alij multi mundati ſunt a peccato: ſi ergo mundati ſunt a peccato: ergo habuit peccatū ante ei⁹ mundationem. Item magiſter diſt. iij. lib. iij. Sane (inquit) dici poteſt et credi iuxta ſanctoꝝ atteſtationis cōueniētiā/ ipam verbi carnem pri⁹ peccato fuiſſe obnoxiā/ ſicut reliqua virginis caro: ſed ſpiritusſancti operatione mundatam: ita vt ab omni cōtagiōe immunis vniret̄ verbo. Ecce dicit carnē virginis peccato fuiſſe obnoxiam: ⁊ ſpiritusſcti operatione mundatam. Alia ſimilia ex ſanctoꝝ dictis plurima allegari poſſent. Itē beatus Bern̄. in epiſtola ad canoni. lugdunē. feſtum cōceptionis virginis celebrantes mouet queſtionē de ſanctitudine virginis/ dicēs. Dicit̄ ne ſctificata quaten⁹ iam ſancta conciperet̄: ⁊ per hoc ſanct⁹ vocaret̄ cōceptus. Et cōtra hoc obijcit. Non valuit ante ſancta eſſe ꝙ̄ eſſet: ſed non erat anteꝙ̄ cōciperetur. Ante cōceptionē igit̄ minime ſanctificari potuit q̄ nō erat. Et ſubdit. Forte inter āplexus maritales ſanctitas ipſi conceptioni ſe immiſcuit: vt ſimul ſanctificata fuerit ⁊ cōcepta. Sed hoc inquit non admittit ratio. Quomō nāq; aut ſanctitas abſq; ſpiritu ſanctificāte: aut ſpūiſancto cum pctō ſocietas fuit: aut pctm̄ quō nō fuit vbi libido nō defuit. Reſtat igit̄ vt poſt conceptū in vtero iā exiſtens ſanctificationē accepiſſe credat̄: que excluſo peccato ſanctā fecit natiuitatē: nō tm̄ cōceptionem. Itē de cōſe. diſt. iij. c. ꝓnunciandū. in glo. dr. De feſto cōceptionis nihil dicit̄: q: celebrādū nō eſt: ſicut in multis regionib⁹ fit ⁊ maxime in anglia. Et hec eſt rō: q: in pctis cōcepta fuit ſicut et
D ceteri ſancti: excepta vnica ꝑſona xp̄i. ¶ Idē rōne oſtenditur quadruplici. Prima q̄ tacta eſt ex verbis bt̄i Bern̄. allegatis. Ubicūq; eſt eadē cauſa/ idē ſequit̄ effect⁹. In virgine glorioſa fuit eadē cauſa pcti originalis q̄ eſt in alijs: ergo idē effectus originale. ſ. pctm̄. Cōſequētia nota cū maiore. Minor ꝓbat̄: q: cauſa originalis pcti eſt ſemē infectū: que infectio ex libidinoſa ꝓpagatiōe cauſat̄: a qua infectione ſeminis aīa cū infundit̄ etiā inficit̄ et peccatrix cōſtituit̄: ſed hec cauſa fuit in virgine: nā ipſa ꝓpagata fuit cōi lege: ⁊ ita corpus ei⁹ formatū de ſemine infecto. Et ita eadē cauſa īfectionis erat in corpore eius: q̄ in corpore alteri⁹ cōi lege ꝓpagati: ⁊ ꝑ ꝯñs idē effectus in aīa. ¶ Scd̄a rō. Si bt̄a virgo nō cōtraxiſſet originale: nō indiguiſſet redēptore ianuā regni celeſtis aperiēte. Cōſequēs falſum: q: xp̄s redēptor eſt vniuerſalis/ qui oībus ianuā celi aperuit: vt dicit Augu. li. iij. de baptiſmo paruuloꝝ. Itē pctm̄ fuit obſtaculū ꝓpter qḋ excludebant̄ oēs hoīes ab ingreſſu celeſtis patrie: que omnibus aperta eſt per paſſionē xp̄i. Probat̄ ꝯña: q: ianua regni nō fuiſſet ſibi clauſa: nō eīm claudit̄ niſi ꝓpter peccatū/ maxime originale: et ita ſi mortua fuiſſet ante xp̄m/ itraſſet regnū celoꝝ precio ꝑ xp̄m nondū ſoluto: qḋ pietati fidei repugnat: cū ipſe xp̄s ſm apl'm prim⁹ oīm reſurrexit ad vitā immortalē ⁊ glorioſam. ¶ Tertia rō ſumit̄ ex effectu peccati. Uirgo glorioſa habuit penas cōes pctm̄ originale cōſequētes: vt mortalitatē/ famem/ ſitim/ ⁊c̄. quas nō volūtate aſſumpſit ſicut xp̄s: q: nō erat redēptrix nec reparatrix noſtra. alioquin fili⁹ nō fuiſſet reparator ac redēptor ſufficiēs et vniuerſalis: ⁊ nō habuit eas aliūde/ niſi ex cōi cauſa que eſt pctm̄ originale. de quo dr̄. Per vnū hoīem pctm̄ in hūc mundū intrauit: et per peccatū mors. ad Roma. v. Nō eīm deus illā inflixit. et ſi inflixit nō iniuſte: ergo ꝓpter peccatū originale. ¶ Quarta ratio ſumit̄ ab excellētia xp̄i. Singulare priuilegiū xp̄i nulli pure creature cōmunicat̄: ſed cōcipi ſine originali ⁊ in ſanctitate eſt ſingulare priuilegiū/ ſoli xp̄o ꝓpriū: ergo nō cōuenit virgini matri. Conſequētia nota cū maiore. Minor probat̄ per beatū Bern̄. Si paucis filioꝝ hoīm datum eſt cū ſanctitate naſci: nō tm̄ cōcipi: vt vni ſane ſeruaret̄ prerogatiua ſancti conceptus. ſ. xp̄o. Idē. Solus ieſus de ſpūſancto cōceptus: q: ſolus ante cōceptū ſanctus: quo excepto/ reſpicit vniuerſos: qḋ vn⁹ humiliter cōfitet̄. In iniquitatib⁹ cōceptus ſum: ⁊ in pctis concepit me mater mea. Et cōfirmat̄. Sicut fili⁹ habere debuit ſingularē natiuitatē: ita ⁊ ſingularē cōceptionē: ſed in hoc ſingulariter natus eſt: q: plenus gratie ⁊ veritatis ꝓdijt: ergo etiā in hoc ſingulariter cōceptus: q: in gratia ſine pctō ꝯcept⁹.

¶ Cōcluſio tertia. Beata virgo poſt ſui animationē eſt in vtero ſctificata priuſꝙ̄ fuerat in huius ſeculi lucē nata. Hāc cōcluſionē probāt: q: vniuerſalis eccleſia celebrat eius natiuitatē: qḋ nō faceret ſi in pctō nata fuiſſet: ergo ſanctificata ante ei⁹ natiuitatē ex vtero. Cōſequētia nota: q: inter ſanctitatē et pctm̄ nō eſt mediū. Antecedēs ꝓ prima parte manifeſtū eſt. Pro ſecūda parte patet: q: eccleſia nō celebrat niſi quod ſanctū eſt: ergo natiuitas virginis ſancta fuit quā eccleſia celebrat. Hec ratio ſumitur a beato Bern̄. in epiſtola ad lugduneñ. canonicos/ vbi ait. Fuit proculdubio mater dn̄i ante ſancta ꝙ̄ nata. Nec fallitur omnino ſancta eccleſia ſanctum reputās eius natiuitatis diem: et omni anno cum exultatione vniuerſe terre votiua celebritate ſuſcipiens. Cōcl. 3. E

¶ Preterea. Ipſa ceteris ſanctis omnibus purior fuit ſm Damaſ. dicentē/ ꝙ a nullo illuſtriū vincitur: ſed quidā ſancti vt iohannes baptiſta et hieremias in vtero ſunt ſanctificati priuſꝙ̄ nati: vt de vtroq; teſtatur ſcriptura: ideo illud negandum non eſt de matre dn̄i. ſed multo excellentius in ea completum eſſe credendum eſt. Nec impedit ꝙ beatus Augu. ait in de preſentia dei ad Dardanum. Illa ſanctificatio qua efficimur et ſinguli templa dei: ⁊ in vnū oēs templum dei: non eſt niſi renatoꝝ: qḋ niſi nati homines eſſent: non poſſent: qui ergo nati non ſunt: renaſci nō poſſunt. q: loquitur ibi de ſanctificatione/ que fit ſm legē cōmunē: talis enim fit per regenerationem baptiſmalem: vt dicit̄ Iohā. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpirituſancto ⁊c̄. Nec impedit ꝙ chriſtus dicitur primogenitus ex multis fratribus. ibi vult gloſa/ ꝙ ſit primus ſine peccato natus:

quia hoc intelligendum eſt de natiuitate in vtero ſm eos:
que fit in animatione corporis. et ſic fuit chriſtus prim⁹: im
mo ſolus ſine peccato genitus ſm illos: ⁊ ſic primus nega
tiue. Nec illud Anſel. ij. Cur deus homo. vbi ait. Licet ipſa
hominis eiuſdē. ſ. xp̄i cōceptio ſit mūda ⁊ abſq carnalis de
lectationis pctō: virgo tn̄ ipſa vnde aſſumptus eſt: in iniq/
tatibus cōcepta eſt: et in peccatis cōcepit eā mater eius: et
cū originali peccato nata eſt: q: et ipſa in adam peccauit: in
quo oēs peccauerūt: q: illa ſunt verba nō ex perſona Anſel:
ſm boſonis querentis diſcipuli poſita: que non approbat
beatus Anſel. Etiā quantū ad illā particulā: et cū originali
peccato nata eſt: diceret illi ꝙ intelligendū eſt de natiuita/
Artic. 2. te in vtero: que eſt corporis cōcepti animatio. ¶ Quātum
F ad ſcdm articulū/in quo reſpondendū eſt ſm opinionē op
poſitā et verā ad queſtionē: vbi primo notandū: ꝙ queſtio
illa de poſſibili nullū dubiū habet. Nā ꝙ virgo potuit ab
originali peccato preſeruari: nullus ſane mētis negare po/
teſt: nā potuit dn̄s cōceptum ſemē a morbida qualitate pre
ſeruare ne inficeret/ ſuſpēdēdo ſuā actionē quātum ad hāc
qualitatē morbidā tm̄: ſine cuius actione nihil poſitiuū fie
ri poteſt. Potuit ⁊ tollere oēm feruorē libidinis in ſemina
tione/vnde illa morbida qualitas generatur. ¶ Itē ſi in ſe
mine trāſfuſo fuiſſet fomes: potuit deus illum ante anima/
tionē extinguere: et ſic corpus de ſemine formatum a fomi/
te penitus purgare/et ab oī morbida qualitate. quo purga
to/aīa infuſa nullā cōtraheret maculā. ¶ Itē potuit manē
te fomite gratiā anime cōcreare: et ꝑ ꝯn̄s ab originali pctō
preſeruare: nā gratia ⁊ originale adinuicē repugnant. ſicut
nūc in baptiſmate per gratie infuſionē tollitur peccatū ori
ginale fomite remanēte. Qd̄ oīa illa deus potuerit patet:
q: quicquid de⁹ in corpore ſuo potuit: potuit in corpore cu/
iuſlibet creature rationalis: q: omniū hoīm corpora ſunt
in equali potētia obediētiali dei: ſed corpus ſuum preſerua
uit ab oī morbida qualitate animeq ſue gratiā ꝯcreauit: er
go in carne et aīa virginis idē potuit. Sed queſtio eſt de fa
cto/ vtrū ſit aliquo dictoꝝ modorū preſeruata: ſic ꝙ aīa ei⁹
nūq̄ fuerit a pctō originali maculata: ſiue fomes fuerit in
carne ſiue nō. Scd̄o ſupponit ex dictis in ſcd̄o de originali
pctō/ ꝙ originale pctm̄ formaliter dicit carentiā iuſticie ori
ginalis debite: hoc eſt carentiā originalis iuſticie quā quis
habere tenet. Ex quo patz ꝙ dupliciter pōt aīa ab hoc pec
cato liberari. ſ. vel dādo ei iuſticiā originalē: vel remittēdo
debitū habēdi: q: quodcūq hoꝝ fieret: iam nō eſſet carētia
originalis iuſticie debite ineſſe. In primo modo non eſſet
carētia iuſticie. In ſcd̄o licet eſſet carētia: ſed non eſſet debi
tū habendi: et ita in vtroq modo nō eſſet pctm̄ originale.
Poſt lapſum vero ade nō tollit originale primo modo: q:
nō reſtituit originalis iuſticia: licet reſtituatur donū excel/
lētius. ſ. gratia: ſed tm̄ ſcd̄o modo: nā cū gratia infunditur
anime: tollit ab ea debitū habēdi originalē iuſticiā: ⁊ cōmu
tatur in debitū habēdi gratiā: tenetur eīm oīs ab originali
Cōclu. purgatus/habere gratiā gratificantē. ¶ His premiſſis re/
vnica. ſpōdetur ad queſtionē per vnicā cōcluſionē. Beatiſſima ge
G nitrix dei virgo maria ab oī originalis peccati cōtagio fuit
penitus preſeruata. Iſta concluſio ꝓbatur autoritatibus ⁊
ꝓbabili rōne. Primo autoritate beati Aug. quā etiā ponit
magiſter in littera: ait enim in lib. de natura ⁊ gr̄a circa me
diū. Excepta ſancta virgine maria/de qua propter honorē
dn̄i nullā prorſus cū de peccatis agit: haberi volo queſtio/
nē. Inde eīm ſcimus ꝙ ei plus ſit gratie collatū ad vincen/
dū ex omni parte pctm̄: ꝙ cōcipere ⁊ parere meruit quē cō
ſtat nullū habuiſſe pctm̄. Hac virgine excepta/ſi oēs ſancti
et ſancte congregari poſſent: ⁊ quereretur ab eis/an pecca
tū haberēt ⁊c. vt in textu. Ex qua autoritate habet ꝙ nullū
pctm̄ habuit virgo: ergo nec originale. Nec valet ſi diceret
vt dicit Grego. de arim. diſt. xxx. ſcd̄i. q. ij. in fine queſtiōis/
ꝙ loquitur de pctō actuali: q: vniuerſaliter loquit dicens.
Nullā prorſus: penitus nullū pctm̄ excludēdo. Cui concor
dat qd̄ ſequitur: ad vincendū ex omni parte peccatū. Due
ſunt peccati partes que ſunt ei⁹ ſpecies; originale ſcilicet et
actuale: igit vicit vtrūq. Nec impedit ꝙ dicit vicit ſeu vin
cēdum: quod verbū idē Grego. ponderat: volens per hoc
oſtendere ꝙ Augu. loquit de actuali peccato: quia vt dicit.
Contra originale null⁹ per gratiam ſibi collatam habet pu
gnare: eo ꝙ extinctū ſit ab omni habente gratiā: tum q: nō
ſolum vincimus pugnando contra peccatū ipſum expellē/
do quod primo ineſt: ſz etiā vincere dicimur peccatū quod
nunq̄ infuit: dū ab ipſo per gratiā ne nos cōprehendat pre
ſeruamur. Tum quia etiā per gratiā non pugnamus cōtra
actualia peccata/que per gratiā extincta ſunt: et tn̄ ꝑ gratiā
vincere dicimur peccata que infuerunt: ⁊ per gratiā ſunt re
miſſa: ⁊ ea que ineſſent ſi per gratiā non preſeruaremur. Et
ita maria virgo vicit per gratiā originale peccatū: per quā
preſeruata eſt ne incideret. Scd̄o probatur cōcluſio autori
tate beati Anſel. in de cōceptu virginali circa mediū dicen
tis. Nempe decēs erat vt ea puritate qua maior ſub deo ne/
quit intelligi: virgo illa niteret: cui de⁹ pater vnicū filiū ſuū
quē de corde ſuo equalem ſibi genitū tanq̄ ſeipſum dilige/
bat: ita dare diſponebat vt naturaliter eſſet vnus idēq cō/
munis dei patris ⁊ filius virginis. Et quam ip̄e filius ſub
ſtātialiter ſibi facere matrē eligebat: ⁊ de qua ſpūſſanct⁹ vo
lebat et operaturus erat vt conciperet et naſceretur ille de
quo procedebat. Poteſt autē intelligi pura innocentia ſub
deo vt in adam et eua ante lapſum in ſtatu nature integre.
ergo tali decuit vt niteret virgo: et ita ſtat autoritas etiam
ſi intelligatur ſub deo. i. ſub chriſto: vt exponit Grego. vbi
ſupra/in fine. ij. queſtio. quia minor chriſto adam/etiam in
ſtatu innocentie. Nec fuit propter hoc equalis puritas vir/
ginis et puritas chriſti hominis: vt dicetur. Tertio probat
idē autoritate eccleſie/ que maior eſt autoritate cuiuſcunq
ſancti: ſaltē poſt canonicos ſcriptores: nā eccleſia ſtatuit fe
ſtum cōceptionis generaliter per vniuerſum celebrādum:
ergo eius conceptio fuit ſancta/⁊ per conſequens peccato
immaculata: ergo ſine originali: cum conceptio paſſiua nō
potuit peccato actuali maculari. Conſequentia prima pro/
batur per beatū Bernar. ad canonicos lugdunē. qui per
hoc probat eam invtero ſanctificatam anteq̄ natam: vt. ſ.
in concluſione. iij. primi arti. Antecedēs probatur: quia et
in vrbe romana ſolenniter celebratur: et in ceteris eccleſijs
fidelium. Hanc rationem beatus Tho. ſanctus Bonauen.
Alexan. et ceteri eorum opiniones ſequētes faciunt/ imitā
tes in hoc Bernar. ¶ Preterea determinatum eſt in conci
lio Baſilieū. et ſub plumbo publicatum in ſeſſione. xxxvj.
xv. kalend̄. octobris. Anno. M. ccccxxxix. ante eius diſſolu
tionem et tranſlationem/ ꝙ ſine originali peccato cōcepta
ſit in hec verba. Doctrinam illam diſſerentē glorioſam vir
ginem dei genitricem mariam/preueniente et operante di/
uini muneris gratia ſingulari nunq̄ actualiter ſubiacuiſſe
originali peccato: ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni ori
ginali et actuali culpa: ſanctamq et immaculatam tanq̄ pi
am ⁊ conſonam cultui eccleſiaſtico/fidei catholice/recte ra
tioni ⁊ ſacre ſcripture ab omnibus catholicis approbandū
fore tenendam et amplectendā diffinimus et declaramus:
nulliq de cetero licitum eſſe in cōtrarium predicare vel do
cere. Renouātes preterea inſtitutionem de celebranda ſan
cta eius cōceptione: que tam per romanam q̄ per alias ec/
cleſias. vj. idus decembris antiqua et laudabili cōſuetudi/
ne celebratur: Statuimus et ordinamus eandem celebrita
tem prefata die in omnibus eccleſijs/monaſterijs/conuen/
tibus chriſtiane religionis ſub nomine conceptionis feſti/
uis laudibus colēdam eſſe. Hec ex originali plūbato. Lar/
giūtur deniq in eadem bulla indulgentie intereſſentibus
officijs et ſermoni de feſtiuitate. ¶ Et ſi qui impudentes:
vt ſuam defenderēt temeritatem: dominam noſtram inho/
norantes dicere auſi ſint Baſilieū. concilium non fuiſſe le/
gitime congregatum: ⁊ ideo conſtitutiones ſuas nullas fo
re cōtra acceptationem earum in concordatis principū: at/
tendant autoritatem ſummi pontificis Sixti pape. iiij. qui
hiſtoriā de hoc feſto ſua ordinatione editā: in qua expreſſe
cōtinetur ſine originali cōceptam repetitis vicibus appro/

bauit:⁊ oĩbus eã in feſto conceptionis in eccleſijs publice
cãtãtibus/dicẽtibus aut intereſſentibꝰ indulgẽtias largas
largitus eſt. Cũ ergo queſtiões fidei ad ſacrã apoſtolicã ſe-
dẽ referende ſunt:eiuſqꝫ determinationi fideles cũcti colla
ſubmittere tenẽtur:temerariũ eſt pꝛemiſſis de puritate vir-
ginis oppoſitũ aſſerere vel ſentire. Licet idẽ Sixtus papa
pꝛefatus ꝓpter multa ſcãdala exoꝛta ſingulis partibus im
poſuerit ſilentiũ: ne alterutrũ de hereſi inculpent ſub pena
excõicationis late ſñie: vt habeť in extrauaganti: Graue ni
mis. put recitat angelus in ſum. in ver. ferie. vj. ¶ Nec ꝓ-
pter hoc culpandus eſt btũs Berñ. ſed nec ſctũs Tho. ſan
ctus Bonauen. ceteriqꝫ doctoꝛes cũ magno moderamine
oppoſitũ opinantes: qm̃ eoꝝ tpe hoc licuit: qm̃ nulla deter
minatio vel cõcilij vel apoſtolice ſedis facta fuit. Nec feſti
uitas illa generaliter tũc fuit per oꝛbẽ celebꝛata: que ſi pꝛe-
ceſſiſſent: haud dubiũ quin pꝛomptiſſime ſue opinioni ceſ-
ſiſſent: et apoſtolico magiſterio ꝯſenſiſſent. Poſſent ad idẽ
allegari reuelationes diuine: quas hiſtoꝛie ponũt: que non
minus veraces ſunt/ q̃ cetera in ꝓbatis ſanctoꝝ legendis
ſcripta: ſed dicta ſufficiant. ¶ Ratione etiã perſuaderi põt
concluſio. Nã ꝑfectiſſimus mediatoꝛ habet ꝑfectiſſimũ mo
dũ mediãdi reſpectu alicuiꝰ ꝑſone ꝓ qua mediat. Chꝛiſtus
eſt ꝑfectiſſimus mediatoꝛ. ergo ⁊c̃. Eſt aũt ꝑfectioꝛ modus
mediãdi pꝛeſeruãdo a pctõ/ q̃ poſt pctm̃ recõciliãdo. Hũc
ergo habuit reſpectu alicuiꝰ perſone: et manifeſtũ eſt ꝙ re
ſpectu nullius ꝑſone/habuit excellẽtioꝛem actũ mediãdi q̃
reſpectu virginis: ergo eã pꝛeſeruauit. Itẽ chꝛiſtus pꝛinci-
palius cõcediť eſſe reparatoꝛ oꝛiginalis/ q̃ actualis moꝛta
lis: ſed quoſdã pꝛeſeruauit ab actuali moꝛtali: ergo aliquẽ
ab oꝛiginali: nõ aliã niſi mariã: igiť ⁊c̃. Itẽ ad benignitatẽ
pertinet dei matris ſeruare honoꝛẽ qui legẽ ſoluere nõ ve-
nit ſed implere. Lex em̃ ait Augu. ſicut honoꝛationem ma-
tris pꝛecipit: ita inhonoꝛationẽ dãnat. Cũ ergo xp̃s potuit
matrẽ ab inhonoꝛatione pcti/que vtiqꝫ maxima eſt ꝑ̃ſerua-
re: credẽdum eſt eũ hoc omnimode feciſſe. Nec impedit ꝙ
cõcepta nõdũ mr̃ fuit: qꝛ qꝺ nondũ fuit in exhibitione ſem
per fuit in eterna pꝛedeſtinatione: nec em̃ tẽpoꝛaliter: ſꝫ ab
eterno in matrẽ dei electa eſt. ¶ Preterea: oẽs rõnes quas
btũs Augu. facit in ſermo. de aſſump. virginis/ad pꝛoban
dũ ꝙ coꝛpus virginis pꝛeſeruatũ eſt ab oppꝛobꝛio incine-
rationis: habent hic locũ de oppꝛobꝛio fomitis ⁊ culpe oꝛi
ginalis: vt patet facile applicãti. Verũ demõſtratio haberi
nõ põt: cũ ad oĩa exterioꝛa deus cõtingẽter ſe habet: et ꝺm
bn̄placitũ ſue volũtatis oĩa gubernat ⁊ diſponit. Nec eſt q̃
dicat: cur ita facis. ſufficiunt igiť autoꝛitas ⁊ eccleſie deter-
D minatio q̃bus ꝓbata eſſe videť cõcluſio. ¶ Supereſt nũc
rationibꝰ ⁊ auto. alteriꝰ opinionis reſpõdere: et ad oẽs au-
to. ſcripture dici põt ꝙ nihil aliud volũt/niſi ꝙ oĩs filiꝰ na
turalis ade / eſt debitoꝛ iuſticie oꝛiginalis in adam accepte
quãtũ eſt ex ſe: niſi aliũde a debito libereť: et ita oẽs pecca-
uerũt in adã/quãtũ eſt ex ſe ⁊ modo ꝓpagationis: ⁊ egent
gloꝛia dei a pctõ liberãte vel pꝛeſeruãte per gratiam ne inci
dãt: aut delẽdo/aut remittendo ſi inciderũt: et hoc mõ oẽs
moꝛiunť in adã quãtũ eſt ex ſe: et oẽs erãt natura. i. quantũ
eſt ex natura ſic ꝓpagata filij ire: niſi gratia dei liberauerit.
Sed gr̃a dei ſicut liberare põt poſt anime infuſionẽ in coꝛ-
pus: fomite quo infectũ eſt manẽte ⁊ pctõ cõtracto: ita põt
in creatione aĩe ipſi infundi ⁊ liberare eã pꝛeſeruãdo/fomi
te extincto vel mitigato: nõ quidẽ meritis ꝑſone concepte:
ſed meritis redẽptoꝛis: ⁊ ꝑ hoc ſoluta ſunt adducta ex apo
ſtolo. ¶ Ad auto. Augu. rn̄deť per verbũ Augu. ꝙ in om
nibus illis exceptã habere vult virginẽ mariã: de qua vt al
legatũ eſt: dũ de pctĩs agiť nullã pꝛoꝛſus haberi vult q̃ſtio
nẽ. Et particulariter ad illã in de fide ad Peť. rn̄detur ſicut
ad apl̃m (cui autoꝛitas innititur) reſpõſum eſt. ¶ Ad aliã.
Solus innocẽs eſt: verũ eſt ꝑ naturã nõ per gratiã. ¶ Ad
illã q̃ ſeptimo loco adduciť: ꝺꝛ verũ eſt: ꝙ oĩbus ꝑ̄ter xp̃m
neceſſaria eſt remiſſio pctõꝝ nedũ inexiſtẽtiũ: ſꝫ q̃ ineſſent
niſi ꝑ gratiã ꝑ̃ſeruareť ꝺm illud Augu. li. ij. ꝯfeſ. Oĩa mihi
dimiſſa eſſe fateoꝛ ⁊ q̃ mea ſpõte feci; ⁊ que te duce nõ feci,

¶ Ad octauã ꝺꝛ oẽm qui de cõcubitu naſciť carnẽ eſſe pec-
cati: quantũ eſt ex natura ꝓpagationis niſi ſpecialiter ꝑ̃ſer
ueť. ¶ Ad nonã ꝺꝛ ꝙ etiã caro virginis: q̃uis a pctõ imu-
nis fuit: nõ tñ equalis puritatis cũ carne xp̃i: qꝛ illa eſt pu-
ra per naturã: illa ꝑ gratiã vt dictũ eſt. Et ita illa ex ſe pura:
ſed illa nõ ex ſe: ſed ex pꝛeſeruãte gr̃a. ¶ Similiter rn̄detur
ad. x. ꝙ caro xp̃i nõ fuerat concepta de carne virginis ſicut
caro virginis cõcepta fuerat de carne parẽtũ: qꝛ chꝛiſtꝰ ope
ratione ſpũſſcti ex ſola virgine: caro virginis ex parentũ cõ
mixtione: ⁊ ideo caro xp̃i non erat caro pcti ex ipſa oꝛigine.
Caro aũt virginis quãtũ eſt ex oꝛigine: ſi nõ ꝑ gratiã pꝛeuẽ
ta fuiſſet: fuiſſet caro pcti. ¶ Silr̃ ad. xj. Verũ eſt de cõi le-
ge naſcẽtiũ: ſꝫ aliter eſſe põt ex pꝛiuilegio ſingulari. ¶ Pa
rifoꝛmiter ad. xij. qꝺ eſt bti Ambꝛo. ꝺꝛ ꝙ bn̄ dicit ſolus xp̃s
per oĩa ex natis de femina ſanctus: qꝛ tã ex oꝛigine q̃ ex gr̃a
ſctũs. Nõ ſic btã virgo que nõ ex oꝛigine: ſed ſola gratia ſue
aĩe cõcreata ſimul eſt cõcepta. ¶ Sic ⁊ ad. xiij. eiuſdẽ ꝺꝛ ꝙ
oĩs hõ mendax. i. pctõꝛ verũ eſt de ſe ⁊c̃. vt. s̃. ¶ Ad. xiiij. ꝺꝛ
ꝙ purgatio eſt a pctõ qꝺ infuit vel infuiſſet. ſ. ſi nõ purgans
gratia pꝛeueniſſet. ¶ Ad. xv. leonis ꝺꝛ ꝙ chꝛiſtꝰ neminẽ in-
uenit liberũ a peccatis ex ſe: ita ꝙ liberatione nõ idigeret:
et hoc verũ eſt. Nã virgo indiguit redẽptione ne incideret:
ſicut nos indigemꝰ ne in illud lapſi ꝑmaneamꝰ. ¶ Ad. xvj.
Anſ. iã dictũ eſt quomodo mũdata eſt a peccato: nõ quod
cõtraxit: ſꝫ quod niſi future moꝛtis chꝛiſti merito ꝑ̃ſeruata
fuiſſet: cõtraxiſſet. ¶ Ad xvij. magiſtri diciť: ꝙ caro verbi
ſicut ⁊ caro virginis/pꝛius diciť fuiſſe obnoxia peccato: nõ
quidẽ in verbo nec in virgine: ſed in patribꝰ: mundata aũt
eſt in virgine ſpũſancto. Nõ dicit quãdo: ideo ſtat cũ dicto
ſuo: ꝙ mũdata eſt in eius cõceptione ſiue pꝛima ſiue ſcꝺa.
¶ Ad. xviij. de ſctõ Berñ. apparet ex verbis ſuis/ꝙ fuit il
lius opinionis: licet illud rõnes ſue nõ pꝛobãt. Nã ⁊ pꝛima
cõceptio virginis potuit fieri ſine peccato: ſiue cũ libidine
ſiue ſine libidine. Poſſunt enim maritales amplexus fieri
cũ merito ⁊ ſic ſine pctõ. Verũtamẽ etiã ſi cũ merito ſiãt: ſe
men tñ (niſi ꝑ̃ſeruetur ſpeciali pꝛiuilegio) infectũ eſt moꝛ-
bida qualitate: a qua ante animationẽ purgari potuit: que
eſt ſecũda cõceptio: in qua cõtrahitur oꝛiginale: non in pꝛi-
ma: et in animatione nullo modo eſt libido. Et ideo ſtãt il-
la ſimul: ꝙ poſt conceptionem pꝛimã in vtero ſanctificata
ſit in ſcꝺa conceptione: et ꝙ nõ contraxerit oꝛiginale pꝛohi
bente gratia anime concreata. Etiam ſi in ſecũda cõceptio-
ne fomes manſiſſet in carne: non minus poterat gratia eſſe
in anima: facereqꝫ cõceptionem ſecundã ſanctam ſicut eius
natiuitatem: ſicut nunc in baptiſmate: et ſic adhuc ab oꝛigi
nali pꝛeſeruari. Licuit autem ſic beato Bernar. opinari: qꝛ
nondum oppoſitum determinatum: nec feſtũ cõceptionis
fuit generaliter inſtitutum. ¶ Ad vltimũ de glo. c. pꝛonũ-
ciandum. dico: ꝙ gloſatoꝛ dixit quod non pꝛobauit: ⁊ ideo
dictum ſuum eadem facilitate contemnẽdum eſt qua acce-
ptandum. Nec mirum: quia limites ſue facultatis exceſſit.
nõ enim eſt iuriſtarum de oꝛiginali peccato diſputare: ſed
theologoꝝ. ¶ Ad rationes. Ad pꝛimam dicitur: etſi fuit ea B
dem cauſa oꝛiginalis in virgine que in alijs / ratione natu-
ralis ꝓpagationis: tamen hic fuit impedita: nõ ſic in alijs:
et quomodo hoc dictum eſt per gratiam anime concreatã.
¶ Ad ſecũdũ negetur ꝯña: immo eſt ad oppoſitum: qꝛ em̃
non contradixit ideo maxime redemptoꝛe indiguit: ⁊ nobi
lioꝛi modo moꝛs chꝛiſti pꝛeuiſa in ipſa redemptionem ope
rata eſt: q̃ in quocunqꝫ alio homine. Sicut q̃ ſe non poteſt
releuare a pꝛecipitio non minus indiget pꝛeſeruatoꝛe ne ca
dat q̃ cadens erectoꝛe vt a lapſu reſurgat: vterqꝫ redẽptus
eſt a moꝛte: ſed magis ille qui ſuſtinet ne cadat/ q̃ qui inſli-
cto vulnere ſanat. Nec ſequitur: ꝙ ſi fuiſſet defuncta ante
moꝛtem chꝛiſti/intraſſet regnum celoꝛum. Sicut nec iohã-
nes in vtero ſanctificatus moꝛiens ante paſſionem chꝛiſti
intrauit in regnum celoꝛum/redemptionis pꝛecio nõdum
ſoluto: ſicut nec patres in limbo poterant intrare regnum:
licet ab omni peccato ſufficienter fuerint purgati pꝛiuſq̃ ꝑ
chꝛiſtum ſatiſfactio exhiberetur. Statuit em̃ pater nullum

filiorum preuaricatoris adã admittere ad regnum: licet in gratiã receptũ: niſi preciũ fuerit in effectu ſolutũ: voluit tñ in gratiã ſuã et amicitiã aſſumere ꝓpter ſatiſfactionẽ ipam preuiſam etiã nõdum exhibitã. Acceptauit ergo ſatiſfactionẽ filij vt preuiſam ad pcti remiſſionẽ tñ: ſed vt exhibitam ad remiſſionẽ pcti et apertionẽ regni. ¶ Ad tertiã rõnẽ dicitur/ꝙ pene ille fuerunt inflicte toti poſteritati ade ꝓpter pctm̃ qḋ neceſſario oẽs cõcupiſcẽtialiter geniti cõtraxerũt: vel cõtraxiſſent: quãtum eſt ex modo ꝓpagationis: et ſicut modo deus tollit originale in baptiſmo et nõ penas conſequẽtes: ita põt ⁊ preſeruare aliquẽ: vt auferãtur pene inutiles: ⁊ relinquatur in penis ſibi vtilibus. Culpa aũt originalis non fuit vtilis beate virgini. Pene tẽporales fuerunt ei vtiles: q: eas ex charitate ſuſtinẽdo meruit augmentũ gratie ⁊ glorie: et ita cõceditur ꝙ virgo habuit penas pctm̃ originale qḋ infuit vel infuiſſet (niſi preſeruata fuiſſet) conſequẽtes. Cõceditur etiã ꝙ illas nõ volũtarie aſſumpſit ſaltẽ oẽs: ſed volũtarie ſuſtinuit: puta mortalitatẽ et paſſibilitatẽ ⁊c̃. Cõceditur etiã ꝙ deus illas inflixit: nõ ad puniẽdum pro peccato: qḋ dei gratia nõ cõtraxit: ſed ad occaſionẽ maioris meriti preſtandã. Non em̃ ſemꝑ infligit penã propter peccatũ cõmiſſum: ſed qñqꝫ etiã ꝓpter dei gloriã: aut hoĩs meritũ cumulandũ. Quãdoqꝫ etiã propter eius/qui punitur aut alioꝝ inſtructionẽ: ꝙuis forte tũc improprie dicitur pena cũ nõ preceſſit culpa. ¶ Ad quartã d::ꝙ nõ contrahere originale nõ eſt priuilegiũ propriũ hoĩs xp̃i. Innocentia enim que excludit originale ⁊ actuale: cõmunicata eſt angelis et primis parẽtibus: et ſicut naſci ſine originali nõ ſolũ cõuenit xp̃o: ſed etiã per gratiã cõmunicatũ eſt quibuſdam ſanctis: ſic concipi ſine originali nõ eſt propriũ chriſto: q: cõmunicatũ eſt virgini marie: ſed cõcipi ſine originali ex modo propagationis: et ita naturaliter ſiue ex ſe carere nõ per gratiã preſeruari ſine qua cõtraheret: hoc eſt ꝓpriũ xp̃o: et illud nulli cõmunicat: et in hoc chriſtus excellit oẽm ꝓpagatũ hominẽ: et ita ſicut habuit ſingularẽ natiuitatem: habuit ſingularẽ cõceptionem: ſolus natus eſt de virgine: ſolus cõceptus de ſpũſancto ſine ſemine. Et tantũ de ſc̃do articulo.

Artic. 3. Dubiũ vnicum. A

¶ Quantũ ad tertiũ articulũ dubitat: Utrũ virgo maria fuerit immunis ab om̃i actuali: ſicut immunis eſt ab originali. Ad hoc dubium cõcorditer quoad primam eius partẽ/ab oĩbus reſpõdet ꝙ btã virgo ab omni pctõ actuali/ tã mortali ꝙ̃ veniali fuit immunis: qḋ ꝓbat auto. ſcrip. Can̄. iiij. Tota pulchra es amica mea et macula ⁊c̃. nõ eſſet aũt tota pulchra: ſi quecũqꝫ pcti macula fuiſſet in ea. Patet idẽ per auto. adductas ad probãdũ ꝙ nõ eſt cõcepta in originali Augu. et Anſel. que etiã locũ habẽt de actuali. Item per auto. Bernar. bñ dicẽtis. Decuit reginã virginũ abſqꝫ omni peccato ducere vitã. et in ſermo. ij de aſſump. Omnino piũ eſt credere ꝙ ꝓpriũ maria delictũ nõ habuit. Itẽ in ſermone cuius initiũ eſt: Signũ magnũ. idẽ ait: Eius omnia tã excellẽter irradiata noſcũtur: vt nihil in ea nõ dico tenebroſum: ſed nec obſcurũ ſaltẽ vel minus lucidũ: ſꝫ nec tepidũ quiddã aut non feruentiſſimũ liceat ſuſpicari. Ad idẽ eſt determinatio cõcilij baſilieñ. ſ̃. allegati. G. dicẽtis eam nũꝙ̃ originali nec actuali ſubiacuiſſe. ¶ Poteſt idẽ oſtẽdi quibuſdã congruẽtijs. Nã quos deus ad aliquid eligit: ita preparat ⁊ diſponit: vt ad id ad qḋ eligũtur inueniãtur idonei. ſm illud. ij. Corin. iij. Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti. Beata virgo fuit electa diuinitus vt eſſet mater dei: ideo ad hoc deus eam idoneã reddidit. Hinc angelus ad eã. Inueniſti enim gratiã apud dñm. Nõ aũt fuiſſet idonea mater dei ſi peccaſſet aliqñ. Tũ q: honor parentum redũdat in prolẽ. Prouerb. xvij. Gloria filioꝝ patres eoꝝ. ſic per oppoſitũ: ignominia matris ad filiũ redundaſſet: ⁊ qm̃ ſapiẽtia patris in ipſa habitauit: nõ tm̃ in animo ſꝫ etiã in vtero. In maliuolã aũt animã nõ introibit ſapiẽtia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sap. j. ſequit eã mẽte et corpore fuiſſe puriſſimã: et ab omni pctõ alienã. Item ij. Cor. vj. Que cõuẽtio chriſti ad belial: ſed maxima cõuentio xp̃i ad mariã quã elegit in verã matrẽ/et ſingulariſſimã ſpõſam: ideo nihil in ea eſſe potuit operis belial/qḋ eſt peccatum. Sed oportebat ꝙ eſſet immaculata mẽte ſicut intemerata carne que eſt aduocata pctõꝝ: corona iuſtoꝝ: trinitatis tricliniũ: filij ſingulare reclinatorium. ¶ Huiuſmodi aũt immunitas peccati ex trib⁹ cauſabat: ſcilꝫ ex ligatione fomitis q̇ ad malũ nõ incitabat: ex inclinatione gratie que in bonũ ordinabat: ⁊ diuine ꝓuidẽtie q̄ eã intactã ab omni peccato cuſtodiuit: ſicut ⁊ in primo ſtatu hominẽ ab omni nociuo pterit. ¶ Sed dicit btũs Augu. in de queſtionib⁹ veteris ⁊ noui teſtamẽti. Maria per quã geſtũ eſt myſterium incarnationis ſaluatoris: in morte dñi dubitauit: nõ tñ in dubitatione permãſit. Dubitatio autem in his que fidei ſunt: nõ eſt ſine pctõ. Reſpõdet Alex. ꝙ nunꝙ̃ virgo maria in paſſione filij dubitauit: immo diſcipulis nõ credentibus in paſſione ſola in fide ſtetit. Intelligẽda ergo eſt hec dubitatio: pietatis naturalis: nõ heſitatio infidelitatis. Uel poteſt dici: ꝙ fuit dubitatio admirationis que habet qñqꝫ ortũ ex cõſideratione rei ſtupẽde. Mouebatur em̃ beata virgo ſtupore admirationis cũ viderat filiũ ſuũ: quẽ firmiter credebat deum: taliter patientem: cui admirationi ſolet ſociari quandoqꝫ dubitationis motus: vt cogitare quis poſſit. Eſt ne iſte filius meus quem ſic pati video. Et tantum de iſta queſtione.

## Queſtio. ij.

A

# Queritur ſecũdo circa eandẽ diſtin.

Utrũ ſicut pcti fomes fuit virgini ablatus: ita nec chriſtus in lumbis abrae eſt decimatus. ¶ Iuxta duas materias tituli ponẽtur duo articuli: quibus additur tertius dubiorum reſolutiuus.

Artic. 1. Nota. 1.

¶ Quantũ ad primũ/rememorandum ex dictis. ſ̃. diſ. xxx. li. ij. quid fomes: vñ cauſat: an ſit intẽſibilis et remiſſibilis ⁊c̃. ſm varias opi. de pctõ originali: ſequẽdo tñ opi. Anſel. in de cõceptu virginali: fomes tãtũ ponit in carne et nõ in aĩa. Unde ſm Ocham. q. ij. tertij. ⁊. iij. quotli. x. eſt qualitas corporalis inclinans appetitũ ſenſitiuũ delectabiliter vel triſtabiliter ad actũ intenſiorem ꝙ̃ ſit ſm rectã rationẽ eliciẽdus. Nõ eſt ergo fomes appetitus ſenſitiuus: q: ille eſt in beatis: fuit ⁊ in primis parentib⁹ ante peccatũ in quib⁹ nõ fuit fomes. Inflict⁹ eſt aũt a deo p̄mis parẽtibus ꝓpter peccatũ: et ꝑ eos traductus eſt in poſteros.

Nota. 2.

¶ Sc̃do notãdum: ꝙ duplex ponit virginis ſanctificatio. Prima in cõceptione paſſiua/dũ aĩa per gratiã ſibi cõcreatã infuſa eſt in corp⁹/in vtero ſue matris: qua gr̃a p̄ſeruata eſt ab originali pctõ: et ita ſanctificata a pctõ: non qḋ infuit ſed infuiſſet: niſi ꝑ gratiã preſeruata fuiſſet. ¶ Alia eſt eius ſanctificatio in conceptione actiua: qua de ſpũſancto concepit ſaluatorẽ. De quo ait Gabriel. Spũſſanctus ſuꝑueniet in te: et virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Tunc em̃ ſanctificata eſt a ſpũſancto hoc ſc̃do modo: ſed tñ nõ a pctõ originali aut actuali: quoꝝ nullum infuit: ſed ſanctificata per gratie inexiſtẽtis augmẽtationẽ: ac plenitudinis perfectionẽ qua diſponebat vt eſſet idonea mater tãti filij.

Nota. 3. B

¶ Tertio notãdũ ſm eũdẽ vbi. ſ̃. in quotli. iij. q. x. ⁊. q. ij. tertij. ſuppoſitis his que habita ſunt diſt. xxx. q. ij. huius collec. ꝙ fomitẽ auferri põt intelligi tripliciter. Uno modo ita ꝙ qualitas illa oĩno nõ ſit in carne: et ꝑ ꝯñs nullũ penitus habeat actũ inclinãdi: hoc modo ablatus eſt a beatis. De quib⁹ Apocal. vij. Neqꝫ eſurient: neqꝫ ſitiẽt amplius: neqꝫ cadet ſuꝑ illos ſol: neqꝫ vllus eſtus. Sc̃do modo ſic: ꝙ qualitas ipſa que fomes dicitur: quantũ ad eſſentiã ſuã maneat in parte ſenſitiua: non tamen poſſit inclinare voluntatem contra iudicium rationis ad aliquem actum: et propter hoc habitum aliquem in voluntate impedientem huiuſmodi inclinationem. et hoc poteſt dupliciter fieri: vel ſimpliciter impediẽtem: ita ꝙ nõ poteſt inclinare ad actũ rationi diſſormẽ: nec venialiter/nec mortaliter/aut mortaliter tm̃. Tertio modo intelligitur auferri: ſic ꝙ nõ poſſet inclinare ad actũ ſine oĩ inobedientia et rebellione ad rationẽ et voluntatem: ita ꝙ nec ad famem; nec ad ſitim; nec ad ſomnum. et ſic de alijs.

Concluſio vnica. ¶ Quo premiſſo eſt concluſio ad hūc articulū. ¶ Fomes
ita in beata virgine penitus ablatus eſt et extinctus: vel ꝑ
gratie plenitudinē ſic debilitatus: ꝙ virginē neq̄ ad pctm̄
potuit inclinare: nec a virtutū ꝓfectu quomodolibet impe
dire. Probat̄ per beatū Bernar. in autoritate precedēti. q.
allegata: qua dicit. Eius oīa tā excellēter irradicata noſcun
tur quoad gratie plenitudinē: vt non liceat ſuſpicari aliq̄d
in ea. Nō dico tenebroſuʒ quoad mortalia: ſed nec obſcurū
ſaltē / quoad venialia: vel minus lucidū quoad motus pri
mos volūtatē preuenientes: ſed nec tepidū quidē quoad vir
tutū et meritoꝝ ꝓgreſſum: aut nō feruētiſſimū / quoad per
fectionē gratie ⁊ donoꝝ. Mō aūt illoꝝ factū ſit. ſ. an fomes
penitus ſm̄ eſſentiā fuerit extinctus ⁊ ablatus. An manēs
per gratie excellentiā ſit debilitatus: vt nec ad malum inſti
gare: nec ad bonū tardare poſſet. Etiam qn̄ ſic debilitatus
ſit: an in prima ſanctificatione eius: vel in ſecūda: qm̄ varij
ſunt modi dicēdi doctoꝝ: et nihil pōt euidēter probari: ille
nouit q̄ eā elegit et ſancto ſpiritu impleuit. Sufficit nobis
Arti. 2. ꝙ nunq̄ peccauit aut a meritorum profectu impedita fuit.
C ¶ Quantū ad ſcōm articulū de decimatione. Notandum
ꝙ magiſter volēs oſtēdere: ꝙ licet caro xp̄i in patribꝰ a qui
bus deſcēdit pctō fuit obnoxia: non tn̄ vnq̄ in xp̄o macula
ta fuit originali culpa: ⁊ ideo licet ceteri hoīes in adam pec
cauerūt: nō aūt chriſtus. Fuit quidē xp̄s in adā ſm̄ corpulē
tam ſiue materialē ſubſtantiā ſicut effectus in cauſa: q2 cor
pus ſeu caro xp̄i ſumpta eſt de carne virginis: que deſcēdit
ab adā per legē ꝓpagationis / qua genitū materialē ſubſtā
tiā accipit a generātibus. Non aūt peccauit xp̄s in adā nec
in patribꝰ: quia caro xp̄i mundata fuit priuſq̄ animata aut
verbo vnita. Cuiꝰ ſimile adducit magiſter: q2 chriſtꝰ fuit in
lūbis abrae ſicut leui: ſm̄ materialē ſubſtantiā: qn̄ abraā de
cimas dedit melchiſedech ſacerdoti ſibi benedicēti: vt ha
betur Geñ. xiiij. ⁊ Heb. vij. non tn̄ decimatꝰ eſt ſicut leui: vt
vult Augu. x. ſuper Geñ. ad litteram. Et vtriuſq̄ / ſcilʒ cur
chriſtus qui fuit in lūbis ade ⁊ abrae ſm̄ corpulentā ſubſtā
tiam: in quibꝰ fuit ⁊ leui: nō peccauit in adā: nec decimatus
eſt in abraam / ſed leui: ⁊ peccauit in vno ⁊ decimatus eſt in
alio: Rationē inquirit: ⁊ ob hoc illā decimationis materiā
Nota. 2. introduxit. ¶ Scđo notādū: ꝙ circūciſio ⁊ nūc baptiſmꝰ in
remediū cōtra originale inſtituti ſunt: ſic ante circūciſionē
quātum ad oēs: et ſub lege quātum ad exteras nationes ⁊
mulieres / remediū preſtiterūt oblatio / ſacrificiū / ⁊ decime:
vt deducit magiſter diſt. xxiiij. inquantū fuerūt proteſtatio
nes fidei mediatori baptiſmi. Vn̄ vt dicit ſanctꝰ Bona. diſ.
preſenti. Decimatio actus fuit moralis / ſacramētalis / et fi
guralis. Moralis inquantum eſt alicuius partis donatio
ad ſuſtētationē eoꝝ qui diuino ſunt cultui deputati. Mo
rale em̄ et iuſtū eſt: vt de altario viuat qui altari deſeruit. j.
Corinth. ix. Sacramētalis inquātū eſt donatio alicuiꝰ par
tis ad dei honorē in fide mediatoris ob curationem morbi
originalis. Figuralis inquātū donatio decime partis facta
ſummo ſacerdoti ſignificabat curationē vniuerſalē ſiēdam
per futurū ſummū ſacerdotē xp̄m. Decē em̄ vniuerſalitatē
importat: pro quanto oēs numeri poſteriores ex ipſo in ra
tione numeri cōponūtur. Primis duobus modis fuit actꝰ
perſonalis / decimātis perſonā dūtaxat reſpiciēs. Tertio ve
ro modo eſt actus generalis reſpiciēs oēs curādos genera
liter: et ideo in decimatione abrae / vt fuit actꝰ moralis et ſa
cramētalis: nō ſunt decimati exiſtentes in lūbis eius. i. filij
ſui futuri. q2 illa decimatio vt ſic tm̄ profuit perſone abrae:
abſoluit a debito decimandi aut ſacrificādi poſteros ſuos.
Sed quatenus fuit actus figuralis: ſignificabat figurā ge
neralē curationē oīm morboſoꝝ / preſentiū ⁊ futurorum ab
abraā deſcendētium per ſummū ſacerdotē xp̄m. Et ideo vt
ſic nō figurabat tm̄ curationē abrae: ſed omniū futurorum
ab eo deſcēdentiū: et per hoc oēs in lūbis abrae exiſtentes
ſm̄ materialē ſubſtātiam decimati ſunt qui curatione indi
guerunt. decimati hac decimatione abrae ſignificati ſeu fi
Cōcl. 1. gurati. ¶ Iſtis premiſſis eſt concluſio prima. Materialis
D chriſti ſubſtantia fuit in lumbis abrae tanq̄ effectus in ſua
cauſa. Patet: quia abraā fuit cauſa mediata xp̄i: ergo chri
ſtus fuit in eo tanq̄ in ſua cauſa. Cōſequētia nota. Añs pa
tet: q2 chriſtus deſcendit ab abraam mediante virgine: ⁊ il
la mediātibus ſuis progenitoribus. vt habetur Mat. j. et
Luc. iij. Abraam aūt omniū a ſe deſcēdētium fuit cauſa me
diata vel immediata. ¶ Cōcluſio ſcđa. Nō eiſdem ſed diſſi Cōcl. 2.
milibus modis xp̄s ⁊ leui fuere in abrae lumbis. Patet: q2
abraam nō eodem modo fuit cauſa mediata vtriuſq̄. Nam
leui fuit cauſa ſm̄ legē cōmunis propagationis: libidinoſe
ſexus vtriuſq̄ cōmixtionis. Chriſti autem non ſic: ſed eius
fuit cauſa per virginem: a qua naturam corporalem accepit Cōcl. 3.
ſine ſemine miraculoſa ſpiritusſancti operatiōe. ¶ Tertia
concluſio. Mediator dei et hominū chriſtus ieſus non eſt
in lumbis abrae decimatus. Probatur concluſio: q2 ille dū
taxat eſt in lumbis abrae decimatus: cuius vulneris (ꝓpa
gationem ex lumbis abraam cōtracti) curatio per decima
tionem abrae eſt figurata: ſed chriſtus etſi in lumbis abrae
fuit: non tamen per eius deſcenſum vulnus accepit: nec cu
ratione indiguit. Ergo eius curatio que non fuit / figurari
non potuit: et per conſequens decimatus non fuit. Conſe
quentia nota: et premiſſe patent ſatis ex notabilibꝰ premiſ
ſis. Et tantum de articulo ſecūdo. ¶ Quātum ad tertium Artic. 3.
articulum: dubitatur primo. Vtrum in ſanctificatione vir Dub. 1.
ginis ita ablata ſit peccandi potentia: vt facta ſit impecca E
bilis. Reſpondetur ꝙ eſt cōmunis doctoꝝ ſententia: ꝙ vir
go poſt eius ſanctificationē non ſolū non peccauit: ſed nec
peccare potuit: maxime poſt ſecūdam ſanctificationē quā
in cōceptione filij eſt ſortita. Modum vero impeccabilita
tis reducere videntur ad ablationem ſeu extinctionem fo
mitis. Unde beatus Tho. diſ. preſenti. q. ij. ar. j. ⁊. iij. poſt re
citationes opinionum aliorum / dicit: ꝙ fomes in virgine
poſt primam ſanctificationem manſit in virgine quantum
ad eſſentiam: ſed ita impeditus per gratiam ſanctificātem
ne in peccatum inclinaret: nec a bono retraheret. Cōtingit
enim aliquando habitum ligari ne in actum exire poſſit: ſi
cut per ebrietatem ſcientia: vt dicitur. iij. Ethic. In ſecūda
vero ſanctificatiōe eſſentialiter fomes ſubtractus eſt: et ita
in ſecunda ſanctificatione et emēdatio et cōfirmatio in bo
no conſummata eſt ſm̄ perfectionem vie: ſed in aſſumptio
ne eius glorioſa cōſummata eſt ſm̄ perfectionē patrie. Mō
ſic patet. In prima ſanctificatione inclinatio fomitis abla
ta fuit remanente eius eſſentia. In ſecunda vero extinctus
fuit fomes ipſe per eſſentiam: remanentibus adhuc pena
litatibus ex peccato cauſatis: a quibus plene liberata fuit
per aſſumptionis gloriā. Sic in prima ſanctificatione col
lata eſt gratia ad bonum efficienter liberum arbitrium in
clinans: q̄uis non eſſet ſufficiens ad tollendum flexibilita
tem liberi arbitrij in malum: quam etiā homo in primo ſta
tu habuit. In ſecunda ſanctificatione / gratia ſuperaddita
fuit: que ita potentiam liberi arbitrij impleret: vt in contra
rium flecti non poſſet. non quidem tollēdo naturam liberi
arbitrij: ſed defectū. Sed in tertia exaltatione eius per gra
tiam perfectam in gloriā tranſeuntem fini coniuncta eſt: ex
quo perfecta immobilitas cauſatur. hec Tho. Satis cōcor
dat ſanctus Bonauen. diſt. preſenti. Unde tales ponit ſan
ctificationis gradus. In prima ſanctificatione ꝑ gratiā fo
mitem reprimentem / data eſt ei poteſtas omne mortale vi
tandi: data etiam eſt ei poteſtas vitandi frequentiā venia
lium: data nihilominus facultas omne peccatū vniuerſali
ter vitandi: nō tm̄ particulariter. Et in his tribꝰ patent tres
gradus ſanctificationū: ſcʒ Iohānis baptiſte / hieremie / et
marie. nā prima cōditio cōuenit hieremie: ſcđa iohanni ba
ptiſte. Similiter hoc triplex genus ſanctificationis conue
nit virgini marie: que plus acceſſit ad filij puritatē per vie
meritū. Sed cum ſanctū ſanctoꝝ geſtauit in vtero ſuo: tūc
ſctificata fuit cōformiter ſuo filio: vt etiā impoſſibilis eſſet
ad peccādū: vt ſicut impoſſibile fuit ꝙ carnis eius integri
tas violaretur: ſic impoſſibile eſſet vt mētis eius ſanctitas
aliqua macula tāgeretur. Ad cuius teſtimonium valet qđ
quidam iudei aſſerūt: hoc mirum fuiſſe in virgine: ꝙ cum

eſſet pulcherrima mulierum: nūꝗ̄ tn̄ a viro fuerat ꝯcupita.
¶ Concordat etiā Alex. parte. iij. q. ix. quē p̄fati ſancti docto
res imitant̄: nā ponēs quinqꝫ ſtat⁹ liberi arbitrij: quoꝝ q̄n
tus eſt cū neceſſitate ad nō peccandū: qui fuit in beata vir-
gine per gratiā ſanctificationis vltime/ que fuit ꝑ plenitudi
nem gratie: potentiā liberi arbitrij neceſſitātis ad nō pec-
candū: ⁊ poſt illā ſanctificationē nō habuit potētiā ad pec-
candū. Subdit etiā/ ꝙ nō poſſe peccare nō ſolū pertinet ad
ſtatum glorie: ſed etiā ad ſtatū ꝑfecte gratie. ſicut eſt in ſan-
cto homine ꝑſeuerāte in bono: qui nō habet potentiā peccā
di in vltimo inſtāti: tn̄ nōdū eſt in ſtatu glorie: ſed eſt in ſta-
tu plene gratie: quia ꝑſeuerātia finalis eſt ſtatus plene gra
F tie. hec Alex. Sed licꝫ fomes penit⁹ extinct⁹ ſit in virgine in
prima vel ſecūda ſanctificatione: non tn̄ videt̄ ex hoc argui
poſſe impeccabilitas in virgine: quia adhuc manet vertibi
litas li. ar. Sicut em̄ in ſtatu innocentie protoplauſtus adā
non habuit fomitē: ⁊ tn̄ per arbitrij libertatē peccauit. Sic
etiam plenitudo gratie nō videt̄ ſufficere ad impeccabilita
tem: quia quantūcūqꝫ gratia fuerit intēſa: poteſt quidē for
titer ad nō peccandū potentiā inclinare: non tn̄ neceſſitare.
Nam habit⁹ nō neceſſitat potentiā: q: nō habit⁹ potentia:
ſed potētia vtit̄ habitu. Ideo pōt dici de cōfirmatione vir-
ginis aliquo modo ſicut dictū eſt in. ij. diſt. vij. de cōfirma-
tione angeloꝝ: ꝙ cōfirmata eſt in bono/ ſic ꝙ nō potuit pec
care peccato cōmiſſionis: q: de⁹ diſpoſuit non cōcurrere ad
quēcunqꝫ actū inordinatū: deo ergo nō cōcurrente/ nullus
talis cōmitti poterat. Sꝫ de peccato cōmiſſionis eſt maior
difficultas: q: non videt̄ ſtare cū li. ar. cōtradictorie: q̄n po-
tuit ab om̄i actu bono ⁊ meritorio ceſſare ⁊ nō elicere. etiā
tunc cū tenebat̄ elicere. Nā quocūqꝫ obiecto volūtati eius
preſentato: libera fuit cōtradictorie ad eliciēdū circa illud
actū vel nō eliciendū. Alioq̄n ſi nō potuiſſet nō elicere actū
bonum: eliciendo nō meruiſſet: q: nō habuiſſet actū illum
in ſua poteſtate: quod tn̄ requirit̄ ad meritum: potuit ergo
non elicere cū debuit: ⁊ ita potuit peccare. ¶ Ad hāc repli-
cam diuerſas tāgit Ockā reſpōſiones. q. ij. ⁊. iij. Una ꝙ po
tuit ceſſare ab omni actu meritorio: etiā q̄n tenebat̄ eū eli-
cere: q: omnis act⁹ volūtatis elicit⁹ eſt in ſua poteſtate. Sꝫ
ſi aliquādo ceſſare voluiſſet: de⁹ ſtatim cōcurriſſet vt cauſa
totalis ad cauſandū illum actum: nec ipa peccaret peccato
omiſſionis. Uerū ꝑ illū actū totaliter a deo cauſatū virgo
non meruiſſet: q: talis actus nō fuiſſet eius effectiue: quod
tamen requirit̄ ad actū meritoriū: cauiſſet tn̄ peccatū omiſ-
ſionis: q: habuiſſet in ſe actū debitū reſpectu obiecti p̄ſen-
tati: licet nō a ſe elicitū. Ut ſi quis ꝓ certo tempore tenetur
videre obiectū aliquod: et de⁹ cauſaret in eo viſionē illius
obiecti tanꝗ̄ cauſa totalis per quā ille videret obiectū: non
peccaret peccato omiſſionis. Sed diceres: ponam⁹ ꝙ ꝓ cer
to tempore teneat̄ elicere actū meritoriū: ⁊ eū volūtarie cō-
ſeruare ⁊ cōſeruet̄: iam peccat ſi non elicit aut elicitū nō cō-
ſeruat: licet talis act⁹ immediate ⁊ totaliter cauſet̄ a deo: q:
omittit ad qđ tenet̄. Poſſet hic dici ꝙ de⁹ ſic ordinauit/ ꝙ
nō eſſet obligata ad aliquē actū meritoriū eliciendū ſimpli
citer: ſed per actū talē tendendū in obiectū: ſiue a ſe elicitū:
ſiue in ea a deo creatū: ⁊ ideo ſi non eliceret: de⁹ illū actū in
voluntate ei⁹ crearet per quē inexiſtentē nō poſſet nō tende
re in obiectū: licet ſic tendēdo nō mereret̄: et ſi hoc verū eſt
ſoluta eſt difficultas. ¶ Si diceres: tūc beata virgo per to-
tam vitā ſuā non mereret̄: ſicut nō demereret̄. Reſpondet̄:
negando illā cōſequētiā: q: potuit elicere actū bonū ⁊ pro-
pter finē debitū: ⁊ illo mereret̄: licet nō mereret̄ ſi talē actū
bonum deus in ea tanꝗ̄ totalis cauſa cauſaret. Omittēdo
autē actum meritoriū non demereretur: dū tn̄ haberet in ſe
actū bonū quo tenderet in finē: licet a ſolo deo creatū: ⁊ ita
videtur planior reſpōſio: licet alie poſſent inueniri. ¶ Si
G queris: eſt ne differētia aliqua inter cōfirmationē virginis
in via: ⁊ confirmationē beatorum in patria. Reſpondet̄ ꝙ
ſic: nam beati in hoc cōfirmati ſunt: quia habēt in ſe actum
beatificum perpetue a deo creatū ⁊ conſeruatum: quod ta-
ctum eſt in. ij. diſt. vij. qui repugnat omni peccato cōmiſſio
nis et omiſſionis a quo beati nūꝗ̄ ceſſare poſſunt: deo illū
actum in eis cōſeruante: et per hoc nō poſſunt peccare: ſed
in nullo viatore eſt talis actus: nec ali⁹ quicunqꝫ perpetu⁹:
quia nullus viator: nec etiā beata virgo fuit ſemper in actu
diuine cōtēplatiōis: vt dicit Hugo in li. de triplici holocau
ſto. Non enim ſemper fuit in actuali vſu rationis/ tempore
ſomni. Sed cōfirmatio vie in hoc cōſiſtit: vt dictū eſt: quia
deus cōcurrit ſecū ad opera meritoria que libere vult elice
re et nunꝗ̄ ad opera mala: et ſupplet negligentiā: ſi omitte
ret opera bona debita. et ſic beatiſſima virgo maria confir
mata fuit in via: ita ꝙ mereri potuit: et nullo modo pecca-
re aſſiſtēte modis predictis gratia diuina. i. gratuita dei vo
luntate eā peccare nō permittēte. ¶ Dubitat̄ ſcđo: quō aut Dub. 2.
quare xp̄s ſeu natura humana in xp̄o nō contraxit origina- D
le. Reſpōdetur breuiter ſm̄ Scotū diſt. preſenti. q. ij. Ideo
q: nō fuit filius naturalis ade: et ideo nō erat debitor iuſti-
cie originalis. Acceperūt em̄ illi ſoli iuſticiā originalem in
adam/ qui ab eo erāt deſcēſuri ſm̄ rationē ſeminalē: hoc eſt
reſpectu quoꝝ adā habuit rationē patris naturalis ſm̄ na-
turalē ꝓpagationē: vnde ſi chriſtus fuiſſet purus homo et
non deus: miraculoſe tn̄ natus de virgine: nūꝗ̄ cōtraxiſſet
originale. Iſta eſt ſentētia beati Anſel. in de cōceptu virgi-
nali: vbi vult ꝙ innocētie chriſti duplex ratio poſſet poni:
ſcꝫ ſanctificatio v̄ginis matris: et miraculoſa formatio cor
poris/ quod nō eſt formatū lege cōis ꝓpagationis. Utraqꝫ
cauſa ſufficit vt chriſtus innocens natus fuerit.

Diſtinctio. iiij.

## Sit de conditione

nature aſſumpte. In hac diſtin. iiij. agit de aſ-
ſumptionis cauſa efficiēte. Cōtinetur autem
ſententia textus in his trib⁹ concluſionibus.
¶ Prima. Incarnationis opus nō ideo attribuit̄ ſpiritui
ſancto: ꝙ ipſe eā fecerit ſine patre ⁊ filio: ſed q: charitas eſt
ſp̄ūſſanct⁹ ⁊ ineffabili charitate operatiōe totius trinitatis
verbū factum eſt hō. ¶ Scđa. Chriſtus marie virginis nō
ſp̄ūſſancti filius de vtriuſqꝫ ſubſtantia tn̄ natus/ catholice
eſt dicēdus. ¶ Tertia. Ap̄ls xp̄m ex ſemine dauid aſſerens
nō natū ſed factū: per carnē de virginis carne ex ſemine da
uid genite poteſtate formatam/ mirabiliter et aſſumptā: in
nuit eſſe incarnatum. Has concluſiones magiſter ſanctoꝝ
auto. roborat et confirmat.

Queſtio vnica.

## Circa hāc diſtinctio

nē querit̄: Utrū btā virgo maria dei et hois A
chriſti fuit mater vera. ¶ Premiſſis notabi-
libus ꝓ articulo primo: ſubiūgētur cōcluſio
nes pro ſcđo: et mouebūtur dubia ꝓ tertio. ¶ Quantū ad Artic. 1.
primum ſupponēda ſunt illa que breuiter dicta ſunt diſt. ij. Nota. 1.
de inſtātanea formatione corporis xp̄i: ⁊ cōſiderādis in ea:
que oia faciūt ad intellectū huius queſtionis. ¶ Scđo no Nota. 2.
tādū ꝙ ad inueſtigādum an virgo maria fuerit vera mater
xp̄i ſm̄ humanitatē/ noſſe oportet quid requirat̄ ad rōnem
vere maternitatis naturalis: ⁊ quō ſe habeat mater natura
lis reſpectu ꝓlis ex ea generāde. Ubi due ſunt opi. pħorū.
Dicūt quidā ꝙ mater reſpectu ꝓlis ſe habet tm̄ paſſiue: mi Opi. 1.
niſtrādo materiā et nihil agēdo ad forme ſubſtātialis edu-
ctionē. In ſemine aūt patris tm̄ eſt vis eductiua forme ſub
ſtātialis ꝓlis. Allegāt ad hoc pħm. xv. aialiū cōparantē vir
tutē in ſemine patris arti: et materiā miniſtratam a matre li
gno: de quo artifex facit ſcānū. Ait em̄ pħs. Uir dat animā
formā et principiū motus: femina dat corpus ⁊ materiā: ſi
cut accidit in lacte coagulato: ꝙ corpus erit ex lacte: et coa
gulatio ex coagulo. et poſt pauca ſubdit. Manifeſtū eſt ꝙ
mas eſt operans: et femina patiēs: ſicut erit ſcānū ex carpē-
tario et ligno. ¶ Et in propoſito idē probat̄ ſpecialiter de
beata virgine: q: virtus finita agit in tēpore: et nō pōt age-
re in inſtanti: ſed corpus xp̄i formatū fuit in vtero virginis
in inſtāti, ergo ⁊c. ¶ Preterea niſi ſic: tūc xp̄s deſcendiſſet

de adam ſm rõnem ſeminalē: q: creatura nõ inducit for/ má ſub ſtātialem/niſi p virtutē ſeminalē: g ſi beata vgo egiſſet ad inductionē forme ſubſtātialis ſm rõnē ſemina lem egiſſet. Cõſequēs eſt ɔtra beatū Augu. ſup Gen. vbi dicit xp̄m nõ deſcēdiſſe de parentibus ſm rõne ſeminalē.
Opinio 2ria. B ¶ Sed illa opinio doc. nõ placet: licet adhuc diuerſimo de loquuntur: quā actionē habeat mater reſpectu ꝓlis: tñ quātum hic ſufficit: tenet hic ſctūs Bonauētura/Sco tus ⁊ Ockam. q. iij. ⁊ Hyta. q. j. arti. j. ꝙ mater aliquādo ſe habet actiue reſpectu ꝓlis generande ſicut cā actiua partialis cū patre: q cū matre integrāt vnā cām totalem. Tum q: formas eiuſdē ſpeciei ſequūtur potētie natura/ les eiuſdē rõnis. Mas ⁊ femina ſunt eiuſdē ſpēi. x. meta. Itē in gnatione vniuoca forma ſubalis inducēs formā: ⁊ forma inducta ſunt eiuſdē rõnis. Cū g in gnatione ꝓlis nõ ſit alia forma ſubalis cū forma inducta niſi forma ma tris: q: in inductiõe forme ſubſtātialis ꝓlis: pater nullā hȝ actionē cum ꝓ tunc pater põt nõ eſſe: g forma matris hȝ ſe actiue. ¶ Preterea: pater nõ eſt appropriat⁹ paſſo: imo nõ plus facit ꝙ vnus ignis in tertio igne gnato. pu/ ta ſi ignis generaret aliū ignē: ⁊ ſcðs tertiū: ſic pater nõ plus facit niſi ꝙ deſcindit de ſe ſemen: ⁊ poſtea ſemē eſt cā actiua. Et ideo videt̄ ꝙ mater quātū ad inductionem forme ꝓlis/habeat ſe actiue vt ſit generatio vniuoca. ¶ Preterea: potentia vegetatiua eſt potentia actiua. ij. de aīa. g cū opus ꝓlificandi ſit potentie vegetatiue: ſeq̄/ tur ꝙ potentia vegetatiua in virgine actiue ſe habuerit: niſi diceretur ꝙ in nutritiōne ⁊ augmētatione habeat ſe actiue: nõ aūt in gnatione ſibi ſimilis in muliere. Sȝ tūc vegetatiua in viro ⁊ muliere haberent ſe vt actiua ⁊ paſ ſiua: ⁊ ita eſſent oīno alterius rõnis. Itē ꝓles q̄nq₃ aſſi/ milatur matri. Aſſimilatio aūt ſit a cauſa actiua: q inten/ dit aſſimilare ſibi paſſum: g mater hȝ aliquā actiuitatē re ſpectu ꝓlis. ¶ Preterea ſi mater nõ haberet ſe aliter ad ꝓlis formationē/ꝙ ſicut vas vel locus cōueniens gene rationi ꝓlis: de cui⁹ aliquo vt de materia generaret̄ pro les: nõ plus attribueret̄ matri ꝙ terre in gnatiōe minere ſi de aliquo ei⁹ generaretur minera: imo nec plus ꝙ hoī reſpectu generationis vermis q in eo generat̄ ex aliquo humore putrefacto in loco cōueniēti gnationi ſue: et ita nihil deficeret: qn eſſet mater illius vermis: niſi ꝙ non eſſet eiuſdē ſpeciei. Sed hoc nõ tollit rõnē maternitatis ſi equus dr̄ pater muli ⁊ aſina mater. Iſta opinio rñdet
Sol. rationis. 1. ad rõnē prioris opinionis. ¶ Ad pmā dr̄: que eſt phi. xv. animaliū: ꝙ phus vult ꝙ virtus ſeminis paterni habet pncipalitatē in agendo reſpectu virtutis ſeminis mater ni: nõ vult ſimplr̄ negare actiuitatē: cū ſm eū ⁊ oēs phi/ loſophos potētia vegetatiua ſit actiua reſpectu oīm ſua rū operationū. Eſt etiā in hoc ſimilitudo ad artē ⁊ lignū q: mater miniſtrat pene totā materiā corpi ꝓlis ⁊ nõ pr̄: hȝ g in miniſtrādo materiā ſe pr̄/vt ars: ⁊ mater vt lignū
2 reſpectu ſcāni ꝓducēdi. ¶ Ad ſcðam cū dr̄: ꝙ virtus fini ta nõ agit in inſtanti. Dicendū ꝙ q̄nq₃ effect⁹ põt ꝓduci in inſtanti: puta qñ põt ꝓduci totus ſimul: ⁊ ſic virtus fi nita agit in inſtanti ſicut in tpe. Nā ⁊ ſm phm viſio ſit in inſtanti: ⁊ ſi lux aliqua in inſtāti ꝓduceret̄: in eodē inſtā
3 ti naturalr̄ ꝓduceret lumē. ¶ Ad tertiā de rõne ſeminali
Rñſio vera. C patebit infra in dubijs. ¶ Dicit̄ g ſm hāc opinionē ꝙ in matre eſt potētia actiua reſpectu corporis ꝓlis ipm nu/ triendo/fouēdo/augmētando: etiā reſpectu forme ſuba lis ſpeciuoce naturalr̄ educte: verū reſpectu illius forme potentia actiua matris eſt ſubordinata virtuti actiue ſe/ minis patris: qua agēte/inferior neceſſario cooperat̄: q: eſt cauſa naturalis. Et dico notāter reſpectu forme natu raliter educte: ꝓpter aīam intellectiuā/reſpectu cui⁹ nul la creatura hȝ vim actiuā: q: ſolū a deo infundēdo crea/ tur/⁊ creādo infundit̄: vt dictum eſt in ſcðo. Sed in gna tione hoīs/virtus actiua patris ⁊ matris agit ad organi/ zationē corporis ⁊ ꝓductionē formarū ſubſtātialiū pre uiarū aīe intellectiue: vt corporeitas ſenſualitatis/ſi po/

nūtur: aut formarū accidentaliū ſi ille forme ſubſtantia/ les nõ ponūtur: ad oīa eñ ibi ꝓducta (ſunt ſube vel ac/ cidentia) agūt vſq₃ ad vltimā formā que eſt aīa intellecti ua. Et ita ad rationē maternitatis requirit̄ ⁊ ſufficiūt qt/ tuor: ſcilȝ miniſtrare materiā corpori ꝓlis. Cõm actiue ɔcurrere ad ꝓductionem ꝓlis: quātum ad formā vltimā eductā de potentia materie. Tertiū: ꝓlē productam in vtero ɔſeruare. Quartū: ipſam ꝓlem vſq₃ ad quātitatē certā: ⁊ tps partus nutrire aut augmētare. Iſtud clari⁹ habet Henricus de Hyta. ar. j. q. vnice/cum inquit. Ubi eſt vera filiatiua ꝓductio quattuor requirūtur: materie preparatio: carnis organizatio ⁊ formatio: localis cõſer uatio: ɔcepte prolis nutritio. Hinc ɔcludit virginem glo rioſam quoad ieſu ɔceptionem ⁊ corporalem augmenta tionem vſq₃ ad natiuitatem ex vtero ſe habuiſſe actiue in materie preparatione: locali cõſeruatione: ⁊ naturali nu tritione. Et licet potuit cogiſſe ſpirituſancto etiā ad cor poris formationē: hoc tñ nõ fuit neceſſe: ſed ſpūſſanctus potuit ſolus oīa illa in inſtāti agere. Preterea: nõ eſt ne ceſſe ad verā ꝓductionē filiatiuā xp̄i/matrem cõcurrere ad corporis formationē actiue: alia eñ ſufficiūt. hec ille. Tho. de argētina quē ꝓ parte ſequit̄ Hyta: ponit ꝙ vir/ go glorioſa habuit ſe actiue quātū ad pmū/tertiū ⁊ qrtū ſed nõ quoad ſcðm. vide ibi diſt. pſenti: ſed rõnes ei⁹ ſol/
uit Hyta. ¶ Quātū ad ſcðm articulū hec eſt ɔcluſio pri Arti. 2.
ma. Beatiſſima virgo maria fuit vera mater dei/chriſti ⁊ Cõcl. 1.
verbi/ſm naturā hoīs aſſumpti. Iſta ɔcluſio eſt neceſſi/ D
tatis fidei: nam maria eſt vera mater eius qð ex ipſa na/ tum eſt/incarnatū/⁊ ex eius ſubſtātia homo factum. Ta lis eſt xp̄s deus ⁊ verbū. igitur. Minor ꝓbatur ex ſym/ bolis. ɔſequētia cū maiore nota eſt. Item Iohā. xix. Ste tit iuxta crucem ieſu mater eius. Item Matth. ij. Accipe puerū ⁊ matrē eius. ⁊ ſimilia multa. Item Dam. Dei ge nitricem vere ſanctā virginē pdicamus. Sicut eñ deus vere ex ipſa genitus eſt: ita ipſa vere dei genitrix dicitur. Deum eñ animus ex ipſa genitum: nõ vt deitate verbi ex ipſa pncipium accipiente: ſed dei verbo ex ipſo incarna/ to ⁊ genito. Non eñ hoīem nudū genuit ſancta virgo: ſed deū verbū: nõ nudum ſed incarnatū. Genuit eñ ſup poſitū. nā ſm eundē/gnatio hypoſtaſis eſt: ſed nõ eſt ibi ſuppoſitū niſi verbū deus qð eſt xp̄s: veruȝ illud genuit nõ ſm naturā diuinā: ſed ſm naturā humanā q eſt natu/ ra hoīs aſſumpti. Ex hac autoritate ptȝ ɔcluſio quātum ad oēs ſui partes. Sed dicit Dam. vbi. s. li. iij. ca. xij. Chri ſtotocon. i. genitricē xp̄i/nequaq₃ dico beatam virginē: g nõ debet dici mater xp̄i. Rñdetur cū Tho. de argē. ⁊ Hy ta ꝙ Dam. loquit̄ ɔtra Neſtoriū hereticū: q ſub illo voca bulo chriſtotocon/voluit negare eā eſſe matrē dei. Po/ ſuit naq₃ xp̄m purū eſſe hoīem. vñ eaȝ dicit Theoforō. i. xp̄m ferentē: non aūt deum. Non ergo negare voluit vir ginē eſſe matrē xp̄i: ſed in hoīe in quo hereticus venenū abſcōdit: noluit cōicare. put clare in textu cām dicti oſtē dit: eā quoq₃ manifeſte dei genitricē ɔfitet̄. Poſſet etiaȝ hec cõcluſio ꝓbari quoad eius primā partē: q: oīs ratio maternitatis pfecte in ea locū habuit. Miniſtrauit enim materiā ꝓli: coegit ad corporis formationē: localiter cõ/ ſeruauit ⁊ nutriuit ⁊c. ¶ Scða ɔcluſio. Marie veri⁹ cõ/ Cõcl. 2.
uenit maternitatis ratio reſpectu filij ſui/ꝙ cuicūq₃ ma/ E
tri ꝓlem ſm cõem nature curſuȝ generāti. Probatur: q: ratio maternitatis ɔſiſtit in miniſtratiōe materie corpo ris ꝓlis: ⁊ in cooperatione ad formationē corpis/orga/ nizationē ⁊ forme inductionē: ac formati corporis nutri/ tionē ⁊ augmētationē: ⁊ ꝙ vtrūq₃ miniſtrās ⁊ ꝓductum ſuit viuētia vita ſenſitiua eiuſdē ſpēi: materiā autē virgo maria ſola miniſtrauit. De nulla enim alia materia/ꝙ de corpore aut ſanguine vginis collecta eſt ſuba materialis corpis xp̄i: qð in ſola virgine iuenit̄. Nā in ceteris matri bus etiā ɔcurrit ſemē patris: qð eſt extrinſecū ſube mrīs: ⁊ ideo corpus xp̄i de ſola matre: ⁊ non aliquo ſumpto ex pr̄e formatum eſt. Fuit g ex hac parte veri⁹ mater xp̄i: ꝙ
E

quecūq; alia mater ſui filij naturalis. Ipſa etiam quoad
virtutē actiuā coopta eſt ꝓductiōi ꝓlis/plus ceteris ma
tribus:q; in ceteris eſt tm̄ virt⁹ naturalis. In virgine au
tem fuit virt⁹ actiua naturalis ⁊ ſupnaturalis. Qđ in ea
fuerit virt⁹ naturalis ad generationez ꝓlis ſicut in alijs
mulieribus: patet: q; nō fuit ſterilis:ſʒ naturaliter fecū/
da:q; ex virili cōmixtione potuiſſet gñare. Fuit em̄ perfe
cta in naturalib⁹ ſine aliquo vitio nature. Sterilitas aūt
vitiū eſt nature. Habuit ⁊ virtutē ſupnaturalē eā ad diui
ne ꝓlis generationē diſponentez. Nā ſm Dam̄. ⁊ allegat
magr̄ diſt.iij.hui⁹. Spūſſctūs dedit ei virtutē ſuſceptiuaȝ
ſimul ⁊ generatiuā:copulat hic virtuti ſuſceptiue gene/
ratiuā:q; vnā ſcʒ ſuſceptiuā dedit ei: nō miraculoſe ſʒ na
turaliter:q; naturalr̄ fecūda fuit potēs ꝓlem ſuſcipere:
ſed generatiuā ſine virili admixtione dedit ſupnaturalr̄
⁊ miraculoſe:q; potētia actiua cauſe inferioris/cā ſupe/
riore nō agente/eſt cā remota:ita ꝙ nunq̄ eſt cauſa pro/
pinqua ad effectū niſi cā ſuperiore agente. Scđm cōem
aūt nature ordinē/vis actiua matris inferior eſt ⁊ ſubor
dinata vi actiue patris: ⁊ a p̄re ꝯfert potentia ꝓpinqua
ad generandū. Hec aūt potētia ꝓpinq̄ nō eſt collata a pa
tre naturali:ſed īmediate a ſpūſancto habēte vim p̄nci/
palis cauſe agētis. Sic ergo ſpūſſanctus dedit ei vim ge
neratiuā.hoc eſt potentiā ꝓpinquā ſm illā vim natura/
lem remotā:qua erat naturaliter fecūda. Vñ q; in gene/
ratione naturali:p̄mo p̄cedit motus localis materie cor
poris generādi ꝓlis ad locū gñationi conuenientē:hinc
ſequit̄ figuratio/ꝯdenſatio/⁊ organizatio: q̄ etiam non
ſiūt ſine locali motu. Nō em̄ fit mutatio talis ſine motu
locali:⁊ in vltimo inſtāti illi⁹ alterationis quo corpus il
lud eſt diſpoſitū ad ſuſcipiendū formā vitalē ſpeciuocā/
educit̄ forma ipſa/ſi nō p̄uenit̄ puta cū fuerit aīa intelle
ctiua. In ꝓpoſito oīa illa facta ſunt in inſtanti. Vñ ſubi/
to in eodē inſtanti ꝯſenſus virginis dicentis. Ecce ancil/
la ⁊c. ſpūſſctūs collegit guttulas ſanguinis ī corpore vir
ginis diſperſas ad matricē. In eodē inſtāti ꝯdenſauit:fi
gurauit in corpuſculū:organizatū animauit ⁊ verbo vni
uit. ¶ Ad oēs illas operationes preterq̄ ad animationem
aīa intellectiua ⁊ vnionē verbi:etiā ſm quoſdā p̄terq̄ ad
mutationē localē/cooperata eſt vis generatiua virginis
etiā in inſtāti. Qđ ꝓbat̄:q; oīs vis actiua habens virtu/
tem reſpectu alicui⁹ effectus:⁊ nō p̄uenta ab aliquo cau
ſante totaliter illū effectū:in eodē inſtāti quo ꝓducitur:
agere pōt ad eius ꝓductionē:talis vis actiua fuit in ma/
ria:igitur. Cōſequentia nota. Maior ꝓbat̄:q; ſi nō age/
ret in inſtāti maxime ex eo:q; agit ꝑ media quoꝝ vnū ſuc
cedit alteri ꝓpter ordinē agendi inſtitutū. Sed hoc non
impedit:q; ſpūſſctūs q̄ ordinē agēdi inſtituit:libere inſti
tuit:⁊ mutare pōt. Et q̄ ſm ordinē inſtitutū ſibi ſuccede/
rent:pōt ſimul inducere:⁊ ꝑ hoc poteſt ſibi vis creata co
operari: ſicut em̄ poſito certo medio ad certā formā īdu
cendā ſtatim inducit̄ forma illa ſine medio tp̄is: q; poſi/
ta cauſa ſufficiente/ponit̄ effectus etiā ꝑ cauſas natura
les: ita ſi ſubito ꝓducit̄ p̄mū mediū.i.forma p̄uia ſit acci
dentalis vel ſubſtantialis:ponit̄ ſcđa ⁊ tertia:hoc eſt ſi/
mul cōdenſatio/figuratio/organizatio ⁊ forme ſpeciuo/
ce inductio. In ꝓpoſito aūt ſpūſſctūs hūc ſucceſſionis
ordinē mutauit:⁊ virgine ſecū agēte oīa illa in inſtāti for
mauit:ex quo em̄ ſpūſſctūs ⁊ virgo fuerūt agens totale
perfectius q̄ naturalis pater ⁊ mater nō indiguerūt his
medijs ſucceſſiuis. Minor rōnis ꝓbata eſt in rōne opi/
nionis ſecūde. Ex quo ptʒ ꝙ per virtutē ſupnaturalē vir
go maria ꝑfectius operabat̄ ad formationē corporis xp̄i
q̄ alia mater naturalis ad ꝓlē ſuā:quare verius cōuenit
marie maternitatis ratio/q̄ cuicūq; alteri matri reſpectu
Cōcl̄.3. ꝓlis ſue. ¶ Tertia ꝯcluſio. Intemerata dei genitrix ma/
F ria mater xp̄i eſt naturalis/ſimul ⁊ miraculoſa. Probat̄:
q; potentia generādi in ea fuit naturalis: q; naturaliter
fecūda:qua actuata ꝑ ſpm̄ſcm̄ actiuitatē paterni ſeminis
ſupplentē naturaliter coopata eſt ad corporis formatio

nem. Sicut ſi oculo ceco ſupnaturaliter daretur poten/
tia videndi:iam data potentia ꝑ illam videret naturalr̄.
Ita data virgini potentia generādi per ſpiritūſanctum:
iam illico operata eſt naturaliter ad ſupradictas opera/
tiones:nō minus īmo perfectius/q̄ ſi data fuiſſet ſibi ex
actuatiōe ꝑ vim ſeminis patris. Ex hac parte đ: ⁊ eſt ma
ter naturalis. Eſt ⁊ miraculoſa ſm Anſ.in de ꝯceptu vir
ginali.c.xſ.⁊ hoc quātum ad modū reducēdi potentiam
naturalē marie ad actū:nō ꝑ cauſam determinatā ſcilʒ ꝑ
vim actiuā patris naturalis. Fuit ⁊ miraculoſa quātum
ad modū ꝓducēdi:q̄ erat oīno ſubitus: qualis nō eſt ꝓ/
ceſſus naturalis in generatiōe hoīs. Fuit quoq; natura/
lis inquātum miniſtrabat humorē ſufficientē de natura/
li ſua ſubſtātia ad ꝯceptū:ſed fuit ſuꝑ naturā inquātum
ſola miniſtrabat:quātum alia mater cōmixta viro: vt di/
cit ſctūs Bonauē. ¶ Quātū ad tertiū articulū. Dubitat̄ Arti.3.
p̄mo circa primā ꝯcluſionē. Ex quo ꝯcluſio loquit̄ p̄mo Dub. 1.
cū ſpecificatione. Maria eſt vera mater dei ſm naturam G
aſſumptā. Unde ꝯcedendū ſit ſimplr̄ ſine ſpecificatione
Maria eſt mater dei ſiue xp̄i. Et arguitur ꝙ nec ꝯceden
dū ſit cuʒ ſpeciuocatione nec ſimplr̄. Primū ꝓbatur:q;
maria eſt virgo intacta ⁊ perpetua: g̊ nō eſt mater.vltra
ergo nec mater xp̄i ſm humanitatem. Ultima ꝯña nota.
Prima ꝓbat̄:q; virginitas ⁊ maternitas opponūtur: g̊
nō poſſunt ineſſe eiſdē ſm idem. ¶ Item xp̄i ſm huma/
nitatem nullus eſt pater:g̊ nec mater. Tenet ꝯña:q; pr̄ ⁊
mater ſunt correlatiua:⁊ poſito vno relatiuoꝝ/ponitur
⁊ reliquū:ſunt em̄ ſimul natura. ¶ Tertio maria nō eſt
mater humanitatis xp̄i:igit̄ nec eſt mater xp̄i ſm huma/
nitatem. Tenet ꝯſequētia: q; ꝓpter qđ vnūquodq; tale
⁊ ipſum magis:g̊ a ꝯtrario ſenſu ſi id qđ magis ineſſe vi/
det̄ nō ineſt:neq; ineſt illud qđ min⁹. Item bene ſequit̄:
album non đ: de dentibus:ergo nec de hoīe ſm dentes.
¶ Scđm ꝙ nō eſt ſimplr̄ dicenda mater dei nec xp̄i: pro
batur:⁊ ne multiplicent̄ v̄ba:me exponendo/dico ꝙ idē
volo intelligi:ſiue dicā dei:ſiue xp̄i:ſiue verbi:ſatis g̊ eſt
quodcūq; ex illis ponatur. Primo ſic:filiatio reſpicit hy
poſtaſim:ſʒ in xp̄o eſt tm̄ vna hypoſtaſis eterna:ſm quā
xp̄s nō eſt a btā virgine:igitur nō eſt filius eius: ꝑ conſe
quēs nec ipſa mater eius. Secundo oēs tres ꝑſone ſunt
vnus deus:g̊ ſi eſt mater dei:eſt mater triū ꝑſonarū diui/
narū:⁊ ita mater patris ⁊ ſpūſſancti. Tertio ſic deus nō
eſt genitus ex maria tꝑaliter g̊ nō eſt mater dei. Cōſequē
tia patet:q; nō eſt mater dei ſm generationē eternā: g̊ ſi
non ſm generationē tꝑalem nullo modo erit mater dei.
Antecedens ꝓbat̄:q; nullū eternū eſt tꝑaliter genitum:
deus eſt eternus:g̊ non eſt tꝑaliter genit⁹. Item quarto.
Qđ generat̄ tēporaliter recipit eſſe ſimplr̄ poſt nō eſſe:
de⁹ nō recipit eſſe poſt nō eſſe:igit̄. Conſequētia nota cū
minore:q; deus ſemꝑ eſt:nunq̄ nō eſt: igit̄ nō recipit eē
poſt nō eſſe. Maior ꝓbat̄:q; in hoc diſtinguit̄ generatio
ab alteratione. Item q̇nto. In xp̄o eſt tm̄ vnū eſſe qđ cō
ſequit̄ filiatio/ſcʒ eſſe ſuppoſitale:⁊ illud nō eſt receptū
nec genitū ex virgine:q; fuit ab eterno ex patre: g̊ xp̄s q̄
eſt ſuppoſitū nō eſt fili⁹ virginis. Antecedēs ptʒ: q; filia
tio ſolū denoīat ſuppoſitū: vt ſupra patuit:alioq̄n in xp̄o
eſſent plures filij ſm plura eſſe in eo. Qđ autē ſic ſit tm̄
vnū eſſe ſuppoſitale:ptʒ:q; tm̄ vna ꝑſona ſeu ſuppoſitū
eſt xp̄s. Preterea ſexto maria nō eſt mater deitatis: igit̄
nec dei. Tenet ꝯña:q; idem oībus modis eſt deus ⁊ dei/
tas. Antecedēs ꝓbat̄:q; ſi eſſet mater deitatis eadē rōne
eſſet mater patris ⁊ ſpūſſancti ſicut ⁊ filij:quia ita deitas
eſt pater ⁊ ſpūſſanctus ſicut filius. ¶ Pro illoꝝ ⁊ dubij Nota. 1.
ſolutione/notandū eſt ꝙ generatio ⁊ alteratio in h̄ diffe
rūt quātum hic ſufficit:q; ꝑ generationē alicui acquirit̄
eſſe ſimplr̄.i.eſſe ſubſtātiale tanq̄ termin⁹ illius mutatio
nis. Sed ꝑ alterationē cōicatur alicui eſſe ſm quid.i.eſſe
accidētale:ſicut g̊ ad hoc ꝙ aliq̇d alteret̄/nō opʒ ꝙ ipm
de nouo ſit/poſtq̄ nō fuit:ſed ſufficit ꝙ recipiat de nouo
aliqđ accidēs qđ prius nō habuerit:ſic de ꝑ ſe ratiōe ge/

nerationis/non eſt ꝙ illud qđ generat̃ de nouo incipiat
eſſe poſtq̄ non fuit: ſed ſufficit ꝙ de nouo recipiat aliqđ
eſſe ſimplr̃. i. aliquā ſubſtantiā quā prius nō habuit. Re/
cipiat inquā tanq̄ ſui partē eſſentialē: vel tanq̄ naturam
in qua ſubſiſtit: qđ đ ꝓpter materiā q̄ non generat̃ pro
prie: licet incipiat hr̃e nouā formā: q: forma non eſt eius
pars eſſentialis: nec materia ſubſiſtit in ea tanq̄ ſuppoſi
tū in materia. Et q̄uis naturaliter q̇cq̇d nouā recipit ſub
ſtantiā tanq̄ partē ſui eſſentialē: vel tanq̄ naturā in qua
ſubſiſtit: etiā ſimplr̃ incipit eſſe poſt nō eſſe (ſiquidē ſolū
cōpoſitū incipit habere ſubſtantiā tanq̄ partē eſſentialē
⁊ illud nō poteſt eſſe ſine ſua parte eſſentiali: nec ſuppo/
ſitū ſine natura in qua ſubſiſtit) nō tm̄ hoc eſt de rōne ge
nerationis. Unde ſi ſuppoſitū manēs in ſua ſpecie poſ/
ſet aſſumere aliā formā ſpeciuocā: ſuppoſitū illud gene/
raretur: lꝫ prius fuiſſet: imo totiens de nouo generaret̃:
quotiēs poſſet nouā formā ſubſtantialē recipere. Qđ ve
ro đ: idem nō poſſe bis generari: verū eſt naturaliter: et
Nota. 2. ſm idem. ¶ Scđo aduertendū ꝙ non eſt idem generari
D aut naſci ex vna: ⁊ eſſe filiū ex parte altera/etiā in eadeꝫ
ſpecie viuentiū vita ſenſitiua. Nā hec noīa/filius/pater/
mater/dūtaxat denoīant ſuppoſita. Nam non ſupponūt
niſi ꝓ ſuppoſito: ⁊ cōnotant generationē actiuā vel paſ/
ſiuā cū ſexus diſcretiōe ⁊c. Generari aūt ⁊ naſci denomi
nāt quodcūq; ꝓductū ꝑ generationē aut natiuitatē: ſiue
ſit ſuppoſitū/ſiue natura/ſiue pars ſuppoſiti. Rō diuer
ſitatis huiꝰ nō eſt: niſi impoſitio terminoꝝ quā ex cōivſu
loquēdi colligimus. Non em̄ admittit loquēdi vſus ani/
mā ꝓlis eſſe filiam matris: nec manuꝫ aut caput. alioq̇n
mater vna generatōe generaret multos filios aut filias
Concedit aūt loquendi vſus manuꝫ infantis p̄mo naſci
aut generari vel caput. ¶ Ex illis ſequūtur aliqua corol
laria q̇bus apparet q̄ ꝓpoſitiōes in hac materia ſunt cō
cedende: ⁊ q̄ negande. ¶ Primū. Licet natura humana
1 in xp̄o nata eſt ⁊ genita de virgine: nō tm̄ eſt filia virginis
Prima ꝑs patet: q: ꝓducta eſt de ſubſtātia virginis: ergo ex
ea genita ſiue nata. Scđa ꝑs patet: q: natura humana in
xp̄o nō eſt ſuppoſitū: ſed ſuppoſitata. ¶ Scđo ſequit̃/ꝙ
2 nō oē natū de virgine eſt xp̄s. Patet de natura humana
xp̄i: q̄ nata eſt de virgine: ⁊ tm̄ nō eſt xp̄s. ¶ Tertio ſequi
3 tur/ꝙ ſi verbū dimitteret naturā humanā: ⁊ cōſeruaret
dimiſſam: ipſa eſſet de nouo filius v̄ginis ſine noua gn̄a
tione ⁊ natiuitate. Patet: q: dimiſſa eſt ſuppoſitū genitū
a virgine: ergo filius eiꝰ: ⁊ tm̄ nō de nouo genitꝰ. ¶ Quarto
4 ſequit̃: ꝙ in caſu p̄miſſo maria haberet plures filios ſuc
ceſſiue nō ſimul: ⁊ tm̄ vna gn̄atione natos: q: v̄bū primo
xp̄m: ⁊ poſt naturā humanā dimiſſam: non aūt ſimul: q:
verbū nō eſt filiꝰ marie natura hūana dimiſſa. Nec natu/
ra humana eſt filius q̄diu fuerit a v̄bo aſſumpta. Scđa
ꝑs ptꝫ: q: maria vna generatiōe genuit naturā hūanā: et
ſuppoſitū/cui natura hūana fuit vnita: hoc aūt erat ver/
bū. Nō tm̄ ꝯcedendū eſt/ꝙ v̄go peperit duos filios: pro/
pter appellationē illoꝝ terminoꝝ peperit ⁊ duos filios: q̄
q: ſunt cōnotatiui: ⁊ ponūtur a parte eiuſdē extremi: im
portāt ſua formalia ſimul adiacere: non aūt fuerunt duo
filij cū peperit. Peperit aūt duas res: quarū q̄libet q̄nq;
5 erat filiꝰ eius. ¶ Quinto ſequit̃: ꝙ in caſu virginis filiꝰ
alius a xp̄o fuit paſſus: q: hūana natura eſt paſſa: q̄ nūc
eſt alius filiꝰ a xp̄o. Silr̃ illa eſſet concedenda. Duo filij
marie pependerūt in cruce: q: humana natura ⁊ ſuppoſi
tum xp̄i pependerūt in cruce: q̄ fuerūt duo filij marie ſuc
6 ceſſiue. ¶ Sexto ſequit̃: ꝙ ſi v̄bū nūc dimitteret naturā
humanā eāq; cōſeruaret: verū eſſet ꝙ hō. 1488. annoꝝ
inciperet eē naturalis filius marie: tot em̄ anni fluxerūt
a natiuitate xp̄i vſq; ad diem dū hec ſcribimꝰ. ¶ Sꝫ forte
diceres: in caſu illa nō eſt vera: iſte homo fuit genitus ex
virgine demōſtrādo naturā humanā dimiſſam: q: illa de
p̄ſenti nunq̄ fuit vera: ille hō generat̃ ex virgine. Reſpō
det̃ ꝙ eius de p̄ſenti nō eſt illa: ille hō generat̃/ſicut illiꝰ
hoc album fuit nigrū: illa albū eſt nigrū: non eſt eius de
preſenti: ſed illa: hoc eſt nigrū. Sic in ꝓpoſito hec de pre
ſenti: hoc generat̃ ex virgine: eſt eius de p̄ſenti demōſtrā
do naturā humanā: ⁊ hec fuit vera. Eſt em̄ ly homo con
cretū ſicut ly album. Et ideo dicenduꝫ eſt eodem mō de
duabus p̄dictis ꝓpoſitionibꝰ. ¶ Sed q̇d ſi verbū aſſu/
meret naturā dudū genitā ab adā: vtrū eſſet filius adaꝫ.
Rn̄dit Oyta ꝙ nō: q: nō recepiſſet humanitatē ab adā
ꝑ generationē ab adā: ſed eā q̄ prius fuiſſet genita. Uer/
bū em̄ nō đ genitū ꝑ aſſumptionē: niſi q: natura eſt ge/
nita vnita v̄bo: qđ nō eſt in caſu. Et ꝑ hec ad dubiū rn̄de
tur/ꝙ hec ſimplr̃ ſine ſpecificatione vera eſt. Maria eſt
mater dei. Patet ex ꝓbatiōe ꝯcluſionū q̄ loquūtur ſine
ſpecificatione. Item maria eſt mater alicuiꝰ ſuppoſiti: et
nō niſi dei: q: nullū aliud ſuppoſitū eſt genitū a virgine
niſi deus. ¶ Si dicis ſuppoſitū humanū ſiue hō eſt ge/
nitū aut genitus ab ea. Dico illud ſuppoſitū eſt ſuppoſi/
tum diuinū ⁊ deus. ¶ Ad rōnes ꝓbātes ꝙ nec cū ſpeci/
ficatiōe ꝯcedendū ſit mariā eſſe matrē dei. ¶ Ad primā E
đ ꝙ virginitas ⁊ maternitas nō opponūtur: q: virgini/
tas nō dicit integritatē corporis ⁊ mentis ſi eſt virtꝰ mo
ralis: ⁊ maternitas dicit actionē cauſe inferioris ſubordi
nate cauſe ſuperiori ad ꝯceptionē ꝓlis: ſiue illa ſuperior
agat mō nature ſiue ſuꝑnatura liter: illa autem nō repu/
gnāt. ¶ Si dicis: virginitas repugnat partui. Reſpon/
det̃ verū eſt naturaliter: ſed nō ſuꝑnaturaliter: nā in par
tu fuit ſpeciale miraculū: ſcilꝫ penetratio dimenſionū: q̄
deo eſt poſſibilis. ¶ Ad ſcđm đ negādo ꝯſequentiā. Ad
ꝓbationē đ: ꝙ pater ⁊ mater nō ſunt correlatiuū: ſed cor
relatiuū patris eſt filius viri. Correlatiuū matris proles
femine. ¶ Si đ: pater ⁊ mater habēt ſe in generatiōe vt
actiuū ⁊ paſſiuū: ſed actiuū ⁊ paſſiuū dicunt̃ adinuicem
correlatiue. Rn̄det̃ admiſſo qđ aſſumit̃ gr̄a argumenti.
Nō ſequit̃ ꝙ pater ⁊ mater ſunt adinuicē correlatiua. ſi/
cut nō ſequit̃: zacharias ⁊ iohānes habēt ſe vt pater ⁊ fi
lius: ⁊ pater ⁊ filius ſunt correlatiua: ergo iohānes ⁊ zacha
rias ſunt correlatiua. ¶ Ad tertiū negetur ꝯn̄a. Ad ꝓba
tionē de regula ph̄i/đ: ꝙ loquitur de exiſtēte tali ꝓpter
aliud eſſe tale. Nūc aūt maria nō eſt mater xp̄i ꝓpter hoc
q: eſt mater humanitatis xp̄i: ſed q: genuit humanitateꝫ
vnitam xp̄o. Nec filiatio magis ineſt humanitati q̄ xp̄o:
imo humanitati penitus nō ineſt: ineſt dico denoīatiue:
q: nō denoīat hūanitatē: lꝫ inſit humanitati inheſiue: ſi
ponit̃ reſpectꝰ diſtinctus ab abſolutis. Et ſi arguit̃: bn̄ ſe
quit̃/album nō đ de dente ⁊c illo ꝯceſſo ꝙ ſequit̃ mate
rialiter: nō tm̄ in ꝯn̄a formali. Unde hic nō ſequit̃: q: non
eſt ſimile: q: aliq̇s đ: albus ꝓpter dentes eſſe albos: ſed
xp̄s nō đ hō ꝓpter humanitatem eſſe hoīem: ſicut aliq̇s
đ: ſciens ſm habitū: nō tm̄ ſequit̃: ergo habitꝰ eſt ſciēs: nō em̄
đ: ſciens ꝓpter habitū eſſe ſcientē: ſed ꝓpter habitū ſi/
bi inherentē ⁊c. ¶ Ad rōnes ꝓbātes ꝙ nō eſt ſimplr̃ cō F
cedendū ſine ſpecificatiōe ⁊c. ¶ Ad primū ꝯcedit̃ ꝙ fi/
liatio ſit hypoſtaſis ex notabili. ij. ⁊ ſm illam eternā hy/
poſtaſim eſt a virgine tꝑaliter genitus hō in mūdū. i. hec
eterna hypoſtaſis facta eſt hō: vt hꝫ ſctūs Tho. ¶ Ad ſe
cundā neget̃ ꝯn̄a: q: deus in antecedēte ſtat eſſentialr̃: ſꝫ
in ꝯſequēte ꝑſonaliter. Cū em̄ maria đ mater dei/ſtat ꝑ/
ſonaliter ꝓ filio ⁊ nō eſſentialiter: ita ꝙ pōt dici ſingula
tim de ſingulis ꝑſonis: ꝓut fides habet. Ex ꝯſequēti ne/
get̃ ꝙ eſt mater patris aut ſp̄uſſcti: lꝫ ſit mater dei: q: ex
vſu loquēdi eccleſie: cum đ: maria eſſe mater dei/reſtrin
gitur ly deus ꝑ nomē mater ad ſtandū tm̄ ꝓ filio in diui/
nis: q: valet: maria genuit deū: gigni v̄o filio cōuenit: er
go valet/genuit deum filiū: vel eſt mater dei filij: ⁊ non
patris aut ſp̄uſſancti: ita habet fides. ¶ Ad tertium ne/
getur ꝙ deus nō eſt genitus ex maria. Ad ꝓbationē: nul
lum eternū eſt genitum: falſa eſt illa tam in diuinis q̄ in
humanis: licꝫ in diuinis nihil ſit tꝑaliter genitum: eſt tm̄
aliquid eternaliter genitum. Et quia ſequēs ratio videt̃
illam ꝓbare. Ad ſequētem cū arguit̃: qđ generatur tēpo
raliter recipit eſſe ſimpliciter poſt non eſſe. negetur illa

ſicut iacet:nā ſm eſſe ibi diſtribuitur: ſed qđ tpaliter ge/
neraf recipit aliqđ eſſe de nouo:nō curando an recipiēs
vel receptū vel vtrūq3 prius fuerit vel nō. Sed in hoc ge
neratur tpaliter ꝛ de nouo:q3 de nouo recipit aliqđ eſſe
ſimplr:qđ eſſe receptū prius nō habuit:licet pri9 habuit
aliud eſſe ſimplr:q3 ergo in xpo ſunt duo eſſe: diuinū et
humanū:ꝛ vtrūq3 eſt eſſe ſimplr: q3 eſſe ſubſtātiale reci/
pit eſſe humanū ſimplr poſt nō eſſe humanū: l3 nō poſt
nō eſſe:q3 nō poſt nō eſſe diuinū: ꝛ patet quō diſtinguif
gñatio ab alteratione. ¶ Ad qntum ꝯcedif:ꝙ in xpo eſt
tm̄ vnū eſſe ſuppoſitale:ſunt tm̄ in eo duo eſſe ſimplr. Et
cum arguif:filiatio ꝯſequitur eſſe ſuppoſitale: verū eſt:
ꝯſequif.i.importat vel reqrit:ſed nō tm̄ eſſe ſuppoſitale
vnde filius ſupponit ꝓ ſuppoſito cōnotando recepiſſe
eſſe ſimplr/ſiue ſuppoſitale ſiue nō per generationem a
parente. ¶ Ad vltimū. Maria nō eſt mater deitatis:cō/
cedif illa ſm ꝑdicationē formalē:q3 deitas nō eſt forma/
liter ſuppoſitū. Filiatio aūt ꝛ maternitas couēniunt tm̄
ſuppoſito: licet nō ſemper ſm eſſe ſuppoſitale: licet ſm
ꝑdicationē idēticā videf cōcedenda: q3 maria eſt mater
verbi qđ eſt idem deitati : ꝛ ita eſt mater alicuius qđ eſt
deitas. Et cū arguif idem eſt oībus modis deus ꝛ deitas
negetur illa/capiēdo deus ꝑſonaliter: diſtinguūtur em̄
formaliter. Et qn̄ arguif:ſi eſſet mater dei:eſſet mater pa
tris:negef ꝯña:q3 in ſimili non ſequif:cōmunicabile eſt
ꝓprietas deitatis:ergo eſt ꝓprietas pr̄is. Nec ſequif: fi/
lius h3 deitatem patris:g̊ habet paternitatē patris: ꝛ tm̄
idem realiter ſunt deitas ꝛ paternitas. Non g̊ ꝯcedendū
eſt ꝙ maria ſit mater pr̄is aut ſpūſſancti etiā ſm ꝑdicatio
nē idēticam:q3 ꝑſone diuine habent eſſe ſuppoſitalia rea
liter diſtincta:l3 eandē eſſentiam. ¶ Ex illo ſequif ꝙ ma
ria eſt mater alicui9 qđ nō genuit. Patet:q3 eſt mater dei
tatis hypoſtatice:ꝛ tm̄ nō ꝯcedif ꝙ genuit deitatē: q3 ver
bū genuit nō ꝑdicaf niſi formaliter. Sicut nō ꝯcedif ꝙ
eſſentia diuina generat vel generaf: ꝙuis illud qđ eſt di
uina eſſentia generat:ſc3 pater ꝛ filius q̇ eſt eſſentia: ge
neratur:q3 verbū generat ꝛ generaf non ꝑdicanf hypo
Dub. 2. ſtatice:ſed tm̄ formalr. ¶ Scđo dubitaf:vtrū ſpūſſctūs
A vere ꝛ ꝓprie poſſit dici pater xp̄i:ꝛ xp̄s filius ſpūſſancti
ꝛ videf ꝙ ſic:q3 virgo maria eſt vere xp̄i mater: g̊ ſpūſ/
ſanctus eſt vere eius pater. Cōſequētia ꝓbatur ꝑ locū a
maiori:q3 cū eſſe patrē ꝛ matrem cōuenit ꝑſone habenti
actionē circa generationē ꝓlis:magis cōuenit ꝑncipali9
agenti ꝙ̄ agenti ſubordinato: ſed ſpūſſctūs fuit ꝑncipa/
lius agens in generatione hūanitatis xp̄i ꝙ̄ maria. Sup
pleuit em̄ oēm actiuitatē patris: q̇ eſt agens ꝑncipalius
in generatione:g̊ magis debet dici pater/ꝙ̄ maria mater
Item xp̄s eſt natus ſpūſſancti:g̊ filius. Cōſequētia tenet
q3 oīs natus eſt filius eius cui9 eſt natus. Antecedēs ꝓ/
batur:q3 xp̄s eſt natus de ſpūſancto: vt đ3 Matth.j.er/
go eſt natus ſpūſſancti. Rn̄detur ad dubium breuiter ꝙ
ſpūſſanctus nō poteſt dici pater xp̄i:ſed nec pater huma
nitatis xp̄i/niſi tranſſumptiue:quo mō trinitas đ3 pater
creatione oīm exiſtentiū: ſic poſſet dici pater humanita/
tis xp̄i qua3 creauit. Nec ſolus ſpūſſanctus: ſed ꝛ pater:
imo ꝛ xp̄s:q3 humanitas xp̄i a tribus ꝑſonis eque crea/
ta eſt ꝛ ꝓducta: nō tm̄ pōt ſic dici ſpūſſanctus pater xp̄i:
q3 nō creauit xp̄m:non enim đ3 xp̄s creatura vt infra đ3:
poſſet tm̄ ſic dici pr̄ xp̄i ſm humanitate3: l3 illa ꝓpoſitio
in vſu loquēdi nō eſt: ne detur occaſio errādi: vt credere
tur ſpiritūſanctū de ſua ſubſtantia genuiſſe xp̄i humani/
tatem. Sed capiēdo pater ꝓprie/nō pōt ſpūſſanct9 dici
pater xp̄i:licet habuit actiuitatē ꝑncipalem in formatiōe
humanitatis xp̄i:q3 ad rōnē patris requirif ꝙ producat
aliqđ viuēs de ſua ſubſtātia in eadē ſpecie: nūc aūt ſpūſ/
ſanctus nō ꝓduxit xp̄m ſm deitatem:ſed ꝓductus eſt ab
eo. Scđm humanitatē vō nō ꝓduxit eū de ſua ſubſtātia
q3 nihil ſubſtātie deitatis.ſſ.ingreſſum eſt ſubſtātiam hu
manitatis xp̄i:nec humanitas xp̄i eſt eiuſdē ſpeciei cū.ſſ.
Hincait Myta in.q.vnica. Non op3 ꝙ etſi virgo glorio/
ſa dicatur mater eo ꝙ ei cōueniūt oēs conditiones vere
maternitatis.vt ſupra.C.patuit:non op3 ex hoc.ſſ.dicere
patrē:ꝛ item eandē denoīationē hr̄e cum matre ſeu filio
patiente cū ipſi.ſſ.nō cōueniūt oēs cōditiones veri pr̄is
hoīs alicui9. Vn̄ ſm ſctm̄ Tho.ſſ.fecit illas actiōes: non
mediante ſemine ex ſe deciſo: qđ ad patrē ꝑtinet: ſed q̄ſi
artifex operādo in materiā exteriorē. Et ꝑ hoc p3 rn̄ſio
ad ꝑmā rōnē:q3 l3 ſpūſſanctus fuit ꝑncipalius agens in
formatiōe corporis xp̄i:hoc tm̄ nō ſufficit vt dictū eſt:alio
q̇n eſſet verus pater cuiuſlibet hoīs: q3 in oī actione pri/
ma cauſa principalius agit: ꝛ.ſſ.eſt prima cauſa ſimplici
ter. ¶ Ad ſcđm negef illa:xp̄s eſt natus.ſſ.cōcedif tm̄ ꝙ
eſt natus de.ſſ.nam in ꝑma capif noīaliter: q3 mutat re/
gimen participij.ſic em̄ natus capif ꝓ filio. In ſecunda
accipitur participialiter:ꝛ ſic accipif gñaliter ꝓ viuente
ꝓducto de aliqua materia/ſiue viuēte/ſiue non viuēte.
Sic dicim9 vermes naſci de cadauere. Sic ꝯceditur xp̄m
eē natū de ſpūſctō: ꝓut dicit circūſtantiā cauſe actiue nō
materialis. Nō em̄ natus eſt de ſpūſancto ſicut de mate/
ria:ſicut natus eſt de virgine: ſed de ſpūſctō natus ē tāꝙ̄
de opifice ſiue de cauſa efficiēte. ¶ Tertio dubitaf: vtrū Dub. 3.
btā virgo maria ſuis meritis dn̄icam incarnationē impe M
trauit:ꝛ mater dei eſſe meruit:ꝛ arguif ꝙ ſic: na3 patres
dn̄i incarnationē meruerūt:ergo multomagis virgo ma
ria. Cōſequētia tenet: q3 pre oībus ipſa inuenit gratiam
apud dn̄m. Luce.j. Antecedens ꝓbaf: q3 gloſa ſuꝑ illud
Pſ. Fiat miſericordia tua dn̄e ſuꝑ nos/quēadmodū ſpe
rauim9 in te.dicit. Hic inſinuaf ꝓphete deſideriū de in/
carnatione ꝛ meritū impletionis. ¶ Preterea pr̄es me/
ruerūt beatitudinē:ergo ꝛ incarnationē:ſine qua beati/
tudo nō ꝯfertur:q3 quicūq3 meref aliqd:meref etiam oē
illud ſine quo ipſum haberi nō pōt. ¶ Preterea per fidē
operantē per dilectionē/qua credimus vitā eternā qua3
expectamus:meremur eam:ergo patres antiq qui habe
bant fidem ꝑ dilectionē operantem de incarnatiōe mere
banf eam:ergo multomagis beata virgo. Cui elizabeth
Beata q̄ credidiſti: q3 ꝑficientur in te q̄ dicta ſunt tibi a
dn̄o. Item frequenter canit eccleſia de beata virgine/ꝙ
meruit xp̄m portare. ¶ Pro ſolutione notandū ꝙ nullū
meritū eſt ſine gratia vt patuit in.ij.diſt.xxvij.xp̄s autem
in carne oībus meruit primā gratiam. Unde xp̄i incarna
tio ꝛ paſſio eſt cauſa gratie in nobis: ſm illud Johan.j.
Gratia ꝛ veritas ꝑ ieſum xp̄m facta eſt. Et ideo reſpectu
incarnationis xp̄i nullum eſſe potuit meritū. Nō xp̄i: q3
priuſꝙ̄ homo eſſet/mereri nō potuit:q3 mereri preſuppo
nit eſſe:non aūt mereri potuit niſi inquātum hō ſiue ſm
naturā humanā:ideo xp̄m mereri ꝑſupponit xp̄m eē ho
minē:nō aūt fuit hō ante incarnationē. Nec alius homo
potuit mereri incarnationē: q3 incarnatio ꝛ paſſio eſt cā
gratie oībus hoībus:ꝛ ita cā meriti. ꝛ per ꝯſequēs non
pōt eſſe ex merito:alioqn meritū ꝑcederet cauſam ſuam.
Unde dicit Sco.in.iiij.diſt.ij.q.j.ꝙ in operibus dei non
fuit aliquod opus mere gratie/niſi ſola incarnatio filij
dei. Et licet tempore conceptionis ꝑceſſerunt aliqua me
rita bona marie:tamen non erant merita abſolute reſpe
ctu incarnationis: ſed forte reſpectu acceleratiōis:vt im
pleretur incarnatio ꝑordinata. ¶ Preterea nullū opus N
inimici acceptaf vt meritū reſpectu cuiuſcūq3 doni: meri
tū dico de ꝯdigno qđ ꝓprie đ3 meritū. Sed totū gen9 hu
manū fuit inimicū deo/donec ꝑ mediatoris ſatiſfactionē
ꝛ meritū reconciliaref. Mediatoris aūt xp̄i meritū ꝛ ſa
tiſfactio ꝑuidebaf ab eterno:ꝛ acceptate fuerāt vt aliqd
boni ꝯferref electis in rōne illius ſatiſfactiōis anteꝙ̄ ex
hiberef:vt eis q̇ illā ꝑceſſerūt exhibitā remitteref origi/
nale:ꝛ gr̄a ꝯferref:ꝑ quā mereri poſſent. Vn̄ manifeſtū
eſt ꝙ oē meritū hoīs ꝑſupponit ſatiſfactionē mediatoris
vt ꝑuiſam vel exhibitā:ideo reſpectu illius nō ꝑceſſerūt
merita reconciliandorū. Hinc dicit btūs Augu. ꝛ allegat
magiſter in textu diſt.ꝑſenti. Modus iſte quo natus eſt
xp̄s de maria ſicut filius: ꝛ de ſpūſancto nō ſicut filius:

inſinuat nobis gratiam dei/quā humanitas nullis meri
tis p̄cedentibus in ipſo exordio nature ſue quo eſſe cepit
verbo dei copularet̃ in tantā pſone vnitatē: vt idem eſſet
filius dei q̇ filius hoīs: ⁊ filius hoīs q̇ filius dei: ⁊ ſic in
nature humane ſuſceptione fieret quodāmodo ipſa gra
tia illi hoī naturalis: qua nullū poſſet admittere pctm̄.
Ad.1. ¶ Per hec patet reſpōſio ad primā partē dubij/ꝙ bea⸗
tiſſima virgo ſuis meritis nō meruit/nec īpetrauit filiū
dei incarnari: ſed in virtute illius vt p̄uiſe gratia meren⸗
di alia collata eſt: ⁊ in virtute eiuſdē ab originali p̄ſerua
ta eſt. ¶ Sed de ſecunda parte dubij: vtrum meruit eſſe
mater dei: dicit ſctūs Bonauen. q. iiij. hui⁹ diſt. ꝙ merito
cōgrui meruit cōcipere filiū dei: ⁊ ita eſſe mater dei: q: ꝑ
ſuā nimiā puritatē ⁊ humilitatē: imo ⁊ charitatē/diſpo⸗
ſuit ſe vt eſſet idonea mater. Nō aūt merito cōdigni hoc
meruit: q: ꝯcipere filiū dei excedit oē meritū: ⁊ erat fun⸗
damentū meriti glorioſe virginis. ¶ Sed videt̃ ꝙ pro⸗
babiliter ſuſtineri poſſet/ꝙ btā virgo etiā merito condi⸗
gni meruit eſſe mater dei ⁊ filiū dei ꝯcepiſſe: ⁊ hoc ꝑ gra
tiam ⁊ opera virtuoſa: vnde ⁊ eā ab originali p̄ſeruauit
vt eēt idonea mater dei. Quia ꝓbabile eſt ꝙ deus pater
poſt virginis ſanctificationē/ quā nō meruit: eius bona
opera acceptauerit ad hoc: vt de ipſa formaret̃ corp⁹ aſ⸗
ſumendū a filio. Nec excedit illud meritū humanū ſicut
excedit ipſa incarnatio: q: maius vel nō minus eſt beatū
eſſe q̄ eſſe corporalē matrē dei: ſicut carnali maternitati
videt̃ dn̄s p̄tuliſſe ſpūalem q̄ eſt ꝑ obedientiā voluntat̃
dei: vt dixit Matth. xij. Quicūq: fecerit voluntatē p̄ris
mei q̇ in celis eſt: ip̄e meus frater/ſoror ⁊ mater eſt. Ma
xima aūt cōformitas voluntatū cum diuina eſt in beatis.
Beatitudinē aūt meruit beata virgo de cōdigno ſicut ⁊
ceteri ſancti: vt cōiter tenent doctores: g̃ ⁊ meruit eē ma⸗
ter dei. Nec eam eſſe matrē dei eſt cauſa gratie in ſe vel in
alijs ſicut incarnatio ⁊ paſſio. Nihil ergo videt̃ impedire
q̇n meruerit eſſe mater dei. ¶ Per hoc ad rōnes dubij.
Ad primā d: ꝙ gloſa ſic habet. Incarnationē impleri de
ſiderat: vt poſſit ꝑfectius eſſe. Unde nō dicit patres me⸗
ruiſſe incarnationē ſm̄ impletionē incarnatiōis: hoc eſt
accelerationē. Non em̄ petebāt vt incarnaret̃ aliquādo
qđ ex diuina ꝓmiſſione certū habebant: ſed petierūt vt
veniret ⁊ incarnationē nō differret. Unde eſt illud Eſa.
lxiiij. Utinā dirūperes celos ⁊ deſcenderes: vt notū fie⸗
ret nomen tuū inimicis tuis. ⁊ ſimilia. Et ſi d: Orationi⸗
bus ſuis aliquid meruerūt: ⁊ nō niſi incarnationem dei.
Reſponſum eſt modo: hoc meruerūt quod petebant. i.
accelerationē incarnationis: ⁊ maxime virgo glorioſa.
Ad.2. ¶ Ad ſcđm neget̃ ꝯſequētia: q: ſic argueret̃/ꝙ meruiſ⸗
ſent primā gratiā: ſine qua beatitudo nō ꝯfertur: vn̄ que
dam ſunt concomitantia beatitudinē: vt gaudiū/ſecuri⸗
tas ⁊c. ⁊ illa meruit qui meruit beatitudinē. Quedā v̓o
antecedētia ⁊ btitudinē inducentia: ⁊ de illis nō op: ꝙ
merens beatitudinē mereatur antecedentia. Hec enim
ſunt ipſa merita: ⁊ gr̄a meriti p̄ncipiū: q̄ nō cadunt tanq̄
Ad.3. premiū ſub merito. ¶ Ad tertiū d: negando ꝯſequētiā; ⁊
ratio eſt q: beatitudo ⁊ vita eterna nō eſt p̄ncipiū meri⸗
ti; ſed premiū: ideo cadit ſub merito. Sed incarnatio eſt
p̄ncipiū ⁊ cauſa oīs meriti noſtri q̄ p̄ſupponit̃ merito no
ſtro: ideo ipſa cadere nō pōt ſub merito: ſicut effect⁹ nō
Ad.4. pōt eſſe cā ſue cauſe ſiue ſui p̄ncipij. ¶ Ad quartū d: ꝙ
pōt dici ꝓbabiliter ꝙ btā virgo meruit portare ⁊ conci⸗
pere xp̄m: ſed ꝑ hoc nō meruit incarnationē xp̄i: quia po
tuit xp̄s de alia matre incarnari: ⁊ iō incarnationē nō me
ruit. Sed ꝙ de ipſa incarnaret̃ ſuppoſita incarnatiōe ali
quādo fiēda: h̃ meruit ꝑ gr̄am ⁊ opa/ex p̄uiſo incarnatio
Dub.4. nis ⁊ paſſionis xp̄i merito ſibi collatas. ¶ Quarto dubi
tatur: vtrū caro xp̄i q̄ in patrib⁹ pctō fuit obnoxia: de ſe⸗
mine dauid ſm̄ rōnē ſeminalē ſit ꝓducta. Et videt̃ ꝙ ſic
quātum ad ambas partes. Primā em̄ partē expſſe ponit
magr̄ diſt. iij. dicēs. Credi op: carnē xp̄i prius pctō fuiſſe
obnoxiā; ſicut reliqua virginis caro. Sed ſecūda ꝓbat̃;
q: corpus xp̄i formatū eſt de carne virginis ipſa coope⸗
rante: nō aūt cooperata eſt niſi per virtutē generatiuā:
vt pt: per Dam. vt ſupra allegatū eſt. Uirtus autē gene
ratiua eſt virtus ſeminalis. Sed oppoſitū hui⁹ patet: q:
ſi xp̄s deſcendiſſet a virgine ⁊ a patribus ſm̄ rōnē ſemi⸗
nalem: fuiſſet decimatus in lūbis abrae: ſicut et leui ⁊c.
Dubiū illud concernit p̄ſentē ⁊ p̄cedentē diſtinctionem:
iō pro intellectu reſponſionis notandū: cū dicimus car
nem xp̄i vel alterius obnoxiā eſſe vel fuiſſe pctō: non eſt
intelligendū ꝙ caro aliq̄n fuerit ſubiectū peccati: eo mō
quo peccatū conceditur habere ſubiectū. Sicut em̄ caro
nō pōt eſſe ſubiectū gratie: ita nec peccati. Idem quippe
eſt ſubiectū oppoſitoꝝ: gr̄a vero ⁊ pctm̄ opponūtur. Sʒ
caro d: obnoxia pctō: q̄ eſt ſubiectū peccatricis aīe. Un̄
q̄rere an caro xp̄i fuerit obnoxia pctō in patrib⁹: eſt que
rere an caro xp̄i fuerit aliquādo caro patrū: dum aīe car⸗
ni hmōi inherenti infuit pctm̄. ¶ Uidendū eſt ergo quō
caro xp̄i fuerit in patribus. Ubi aduertendū ꝙ carnem
fuiſſe in patribus dupl'r intelligit̃. Uno modo ſm̄ deſi⸗
gnatā materiā. i. ſm̄ certam ⁊ ſignabilem ſui materiā: ita
ꝙ eadē materia carnis ſm̄ numerū fuit in parētib⁹. Alio
modo/ꝙ fuit in parentib⁹ tanq̄ in quodā p̄ncipio: h̃ eſt
ꝙ in parentibus fuit aliqua virtus eis cōicata a ſuis pa⸗
rentibus: per quā poterat caro iſta ꝓpagari ſeu in mr̄is
vtero formari. Quod breui⁹ ſic dici pōt/ꝙ caro aliq̄ fuiſ
ſe in parente intelligitur: vel vt in p̄ncipio materiali/ita
ꝙ materia huius carnis fuit pars aīata parentis. Uel vt
in p̄ncipio actiuo. i. ꝙ in parente fuerit vis aliqua genera
tiua hui⁹ carnis. ¶ Cōſequēter notandū ꝙ de eo quō ca
ro prolis fuerit in parentib⁹ due fuerūt opiniones. Una
magiſtri quā recitat lib. ij. diſt. xxx. ꝙ q̇cq̇d materiale eſt
de veritate humane nature in quocūq: homīe/fuit reali
ter in adā: trāſmiſit em̄ adā modicū q̇d de ſubſtātia ſua
in corpora filioꝝ dū eos ꝓcreauit. De quo ꝑ illius multi
plicationē in ſe ſine alicui⁹ rei extrinſece adiectione for⸗
matur corp⁹ ꝓlis: ⁊ de illo augmētato aliq̇d inde ſepara
tur/vn̄ formant̃ poſteroꝝ corpora: ⁊ ita ꝓgredit̃ ꝓcrea⸗
tionis ordo lege ꝓpagatiōis vſq: ad finē humani gene⸗
ris. Sed illa opinio videt̃ ꝯtraria ph̃o lib. xv. de aīalib⁹.
Nā hoīes nō deſcendunt a ſuis parentib⁹ niſi mediante
ſemine. Semen aūt in aīalibus non eſt aliq̇d deciſum de
ſubſtantia aīalis: nec fuit actu pars aīalis: ſed eſt ſuper
fluū alimenti tertie digeſtionis. Alimentū aūt extrinſe⸗
cus ſumptū/non eſt: nec fuit pars: aut de ſubſtantia ani⸗
malis: ſed poſt cōpletā digeſtionē cōuertit̃ in ſubſtātiā
corporis aīalis. De illo aūt ſic cōuerſo nihil deſcinditur
ſub rōne ſeminis. ¶ Preterea generatio ſm̄ naturam in
infinitū poſſibilis eſt: ita ꝙ ſemꝑ ex hoīe generet̃ alius
hō: cum ergo aīa hoīs certam requirit corporis quātita
tem: ſequit̃ ꝙ infinite quātitates tāte corpoꝝ fuiſſent in
adam: q: oīm corpoꝝ generabiliū ex adam. Cōſequens
impoſſibile: niſi diceret̃ ꝙ quelibet portio ſubſtātie deci
ſa in ſe multiplicata cōſtitueret corpus debite quātitat̃.
Et ab illo corpore deſcinditur iterū pars in generatione
illius hoīs: que in alio hoīe generato in ſe ſimiliter mul
tiplicatur vſq: ad debitā quātitatem: ⁊ ita ꝯſequenter in
uentio. De⁹ q̃ ſemꝑ eſt:⁊ qui ſemꝑ erat:ſit creatura. Item
Richar. de ſancto victore. Fit creator creatura. Ad autori-
tates vero beati Augu. ⁊ Amb. per magiſtrum ad oppoſi
tum allegatas ⁊ inductas/dicũt/ꝙ loquunť de chriſto ſm
naturã diuinã:qđ etiã ſatis ex hoc patet: quia loquũtur cõ
tra arriũ qui chriſti negauit diuinitatẽ:et purã eſſe creatu-
ram mentit⁹ eſt. vnde dixit chriſtũ ſm omne eſſe ſuum fore
creaturã. Hinc ⁊ Amb. j. de trini. vbi dixit. Nunq̃d dicto fa
ctus eſt chriſt⁹:nũquid mãdato creatus eſt chriſtus. ſubdit
Quomodo aũt in deo creatura eſſe poteſt. Eſt em̃ de⁹ na-
ture ſimplicis/non cõiuncte:nec cõpoſite; cui nihil accidit
ſed ſolũ qđ diuinũ eſt in natura habet ſua. Ecce tota proba
tio ꝑcedit de natura diuina. Nihil aũt dubiũ eſt in chriſto
eſſe naturã humanã: nõ ergo loquiť de chriſto ſm naturã
diuinã. Unde dicũt cõſequẽter illi/ꝙ ſicut cõcediť chriſtuȝ
eſſe genitũ tẽporaliter ex virgine/⁊ tẽporaliter ꝑductum:
ita cõcedendũ eſt chriſtũ eſſe tẽporaliter creatũ ex virgine:
et per cõſequẽs eſſe creaturã. Licet ille locutiões parcius
proferẽde ſunt:ne earũ occaſione ſimplices poſſint ſeduci
in errorẽ arrij:credentes chriſtũ etiã ſm naturã diuinã eſſe
creaturã qđ eſt erroneũ ⁊ hereſis cõdẽnata. ❡ Tertio no-
Nota. 3. C tandũ/ꝙ iſti duo modi magis vidẽtur differre in q̃d nois
termini/q̃ in re ipſa. Res em̃ ſatis certa eſt:certũ q̃ppe eſt
in chriſto duas naturas fore:diuinã increatã/⁊ humanam
creatã in tẽpore et aſſumptã. Certũ eſt ſecũdo ꝙ in chriſto
nõ ſunt duo ſuppoſita aut perſone:ſed vna ꝑſona ſubſiſtẽs
in duabus naturis:diuina ⁊ hũana. Certũ eſt tertio ꝙ no-
men chriſtus ſupponit ꝑ perſona ſiue ſuppoſito ſubſiſten
te in duabus naturis. Et quoniã natura aſſumpta realiter
diſtinguiť a perſona aſſumẽte:natura aũt diuina nõ diſtin
guiť realiter a perſona ſed tantum formaliter:ideo nomen
chriſtus non ſupponit ꝑ natura humana aſſumpta:ſed be
ne ſupponit idẽtice pro diuina. ❡ Sed differentia opinio
num eſt de termino creari et creatura. Unde creari poteſt
accipi ſimiliter et creatura:vt nõ prediceť de aliquo niſi
cui immediate conueniũt:ſicut incipere ⁊ ꝑduci ſeu fieri:
de quib⁹ ſupra diſt. vij. Et ſic creatura diciť illud qđ de no-
uo ꝑduciť:ſiue ꝑductũ eſt poſtq̃ nõ fuit. Et creare eſt ali-
quid de nõ eſſe ꝑducere ad eſſe:⁊ ſic accipit magiſter ⁊ ſui
ſequaces. Alio modo accipiť creari ⁊ creatura; vt etiã pre-
dicanť de aliquo cui mediate cõuenit: ſicut genitũ ⁊ gene
rari:⁊ ſic creari eſt aliq̃d produci de nõ eſſe ad eſſe:vel ſub-
ſiſtere in natura de nouo ꝑducta de nõ eſſe ad eſſe. Et crea
tura eſt quod productũ eſt de nõ eſſe ad eſſe. Vel quod in
natura ſic producta ſubſiſtit:ſicut genitũ diciť quod ꝑ ge-
nerationẽ recipit nouum eſſe ſimpliciter:ſiue ipſum prius
fuerit:ſiue nõ. Primo mõ accipit prima opinio. Secundo
modo accipit ſecũda opinio. ❡ Quantũ ad ſecũdum arti Artic. 2.
culũ/eſt cõcluſio prima. ❡ Accipiẽdo creari ⁊ creatura in Cõcl. 1. D
prima ſignificatione in vltimo notabili poſita:chriſtus nõ
eſt dicendus creatura. Probať cõcluſio: quia chriſtus non
eſt de nouo ꝑduct⁹ ad eſſe poſtq̃ nõ fuit: ergo nõ eſt crea-
tura. Tenet cõſequẽtia a diffinitiõe q̃d nominis ad diffini
tum. Antecedens probať:quia nullũ ſuppoſitũ diuinũ eſt
de nouo ꝑductũ:chriſtus eſt ſuppoſitũ diuinũ:ergo Cõſe
quẽtia nota cũ maiore: quia ſuppoſita diuina ſunt eterna.
Minor patet ex predictis diſtinctiõe. vj. q. ij. ❡ Secunda Cõcl. 2.
cõcluſio. Creatura ſecũdo modo accepta vere predicatur
de chriſto/qui eſt verbi eterna perſona. Probať cõcluſio:
quia ſuppoſitũ verbi/qđ eſt chriſt⁹: ſubſiſtit in natura hu-
mana que eſt creatura:ergo eſt creatura. Tenet cõſequen-
tia ex quid nois creatura illo modo accepte. Antecedens
patet ex ſupradictis queſtiõe. ij. diſt. vj. ❡ Item chriſt⁹ eſt
tẽporaliter genitus:ergo creatura. Tenet ↄſequẽtia:quia
tẽporaliter gigni ẽ inferius ad creari: et tẽporaliter genit⁹
eſt inferius ad ly creatura: vt patet ex quid nois vtriuſq̃.
❡ Tertia concluſio. Secundũ vtraſq̃ opiniones ⁊ omnẽ Cõclo. 3.
catholicũ chriſtũ eſſe creatorẽ/eſt ſimpliciter cõcedẽdum.
Probatur: quia chriſt⁹ eſt verbũ per quod oĩa facta ſunt:
ergo creator. Tenet cõſequẽtia:quia factor ⁊ creator in pro
poſito ꝑ eodẽ accipiũtur. Ex quo patet ꝙ nõ opponũtur
creator ⁊ creatura/capiẽdo creaturam ſecũdo modo: licet
primo modo opponãtur:ſicut ⁊ genitus et ingenit⁹/mor-
talis et immortalis:de quib⁹ ſupra diſt. vij. patet. Secũdo
ꝙ dicte opiniones etſi ſint diuerſe:nõ tamen ſunt aduerſe:
idem em̃ ſentiunt in re:ſed in acceptione termini differunt
❡ Quantũ ad articulũ tertiũ dubitať/vtrũ illa ſit cõcedẽ Artic. 3.
da:chriſtus ſm ꝙ homo:ſimiliter ⁊ illa: chriſt⁹ ſm huma- E
nitatẽ eſt creatura. ❡ Pro reſponſione ſuppониť ex dictis
ſupra in diſtin. vij. cõcluſiõe. viij. ꝙ ille differũt: chriſt⁹ ſm
ꝙ homo eſt creatura:⁊ chriſt⁹ ſm humanitatẽ eſt creatura
Et habet hoc dubiũ locũ ſm primã opinionẽ negantẽ illã
chriſtus eſt creatura: nam ſm opinionẽ ſecundã/ certũ eſt
ꝙ ambe ſunt vere:ideo reſpondeť ſm primã opinionẽ que
cõmunior eſt:⁊ eſt prima ꝑpoſitio. Accipiẽdo ly ſm ꝙ ꝑ-
prie/ hoc eſt reduplicatiue vel ſpecificatiue: illa eſt falſa:
chriſtus ſm ꝙ homo eſt creatura. Patet quia ei⁹ preiacens
eſt falſa:ſcilicet chriſtus eſt creatura:⁊ per cõſequẽs illa re-
duplicatiua ⁊ ſpecificatiua eſt falſa. Cõſequentia tenet ex
dictis ſupra diſtin. vij. quia omnis reduplicatiua ⁊ ſpecifi
catiua preſupponit ſuam preiacentẽ. ❡ Secũda ꝑpoſitio
Illa propoſitio/chriſt⁹ ſm humanitatẽ eſt creatura/conce
denda eſt ⁊ catholice aſſerenda. Patet. quia in ea ly ſm/eſt
dictio diſtrahens ſeu diminuẽs:ſicut in illa:ethiops eſt al-
bus ſm dentes. ⁊ ita diſtrahit predicatũ ad ſtandũ pro illo
cui⁹ pars ſeu natura in qua ſubſiſtit: que eſt quaſi pars:eſt
creatura:⁊ ideo ad eius veritatẽ ſufficit ꝙ natura humana
in qua chriſtus ſubſiſtit:eſt creatura:ſicut ad veritatẽ illius
ethiops ſm dentes eſt albus (prout ſm dentes eſt deter-
minatio predicati) ſufficit veritas illius: dentes qui ſunt
partes ethiopis ſunt albi:de quo latius vbi ſupra. ❡ Ter
tia ꝑpoſitio. Accipiendo ly ſm ꝙ/improprie: vt eſt dictio
diminuens ſeu diſtrahens predicatum/ concedendum eſt
ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo eſt creatura. Patet: quia valet illã
chriſtus

chriſtus eſt creatura ſm humanitatem: q̄ eſt vera: vt pa-
tuit: ergo ⁊c.

Diſtinctio. xij.

# Sit de hoc idioma

te creatura: qd̄ ſonat indefectibilitatē cōue-
nientē ꝑſone rōne nature. In hac diſti. xij.
agit de ceteris/ ſcꝫ de inceptione alterīꝰ na-
ture aſſumptibilitate atq; peccabilitate: ⁊ ſm hec ꝯtinet
ſententia textus in tribꝰ ꝯcluſionibꝰ ſummarie: quarum
ꝑma eſt. ¶ Si ad ꝑſonam xp̄i reſpicias/ dic hoīem illum
ſemꝑ fuiſſe: ſi ad naturā hoīs ꝯcede eū cepiſſe. ¶ Secū-
da: ꝙuis deus naturā humanā aliūde aſſumere potuit/
ꝙ̄ ab ea que peccauerat: congruebat tamen ipſam ab
adam aſſumi/ vt vinceretur inimicus ꝑ eam quā vicerat.
¶ Tertia. Neq; chriſti perſona: nec natura verbo vnita
peccare potuit: quā licet in femineo valuit: in virili tamē
ſexu aſſumere voluit. Harum declarationem textus pro-
ſequitur latius.

Queſtio vnica.

A
# Irca hāc diſtinctio

nē querit̄ vtrū aſſumpta natura vel ꝑſona
xp̄i: q̄ verus eſt deus ⁊ hō: potuit ſubiacere
Arti. 1. pctō. ¶ Queſtio hec tribꝰ articulis ꝯſueto
Nota. 1. more abſoluet̄. ¶ Quoad ꝑmū articulū/ notandū ꝙ vt
tāgit magr̄ aliter reſpōdendū ⁊ loquēdū erit de xp̄o ſm
ꝑſonā ⁊ naturā diuinā: ⁊ aliter ſm naturā aſſumptā. Itē
aliter de natura aſſumpta: vt eſt hec natura in ſe: aliter vt
eſt vnita nature diuine tam ꝑſonali ꝙ̄ beatifica vnione.
Nota. 2. Aliter ſm potentiā ordinatā: aliter ſm abſolutā. ¶ Se-
cundo notandū ꝙ vt habitū eſt lib. ij. diſt. xxxv. Peccare
nihil aliud eſt/ ꝙ̄ agere vel omittere ꝯtra dictamen recte
rōnis. Eſt aūt rō recta q̄ eſt ꝯformis diuine volūtati. Re-
ctitudinis em̄ oīm cōtingētiū ꝑma regula eſt volūtas di-
uina: vnde impoſſibile eſt rōnē rectā diſcordare a diuina
volūtate/ iudicando aliquid eſſe nō rectū qd̄ eſt a deo vo-
litū. Eoipſo em̄ ꝙ aliqd̄ eſt volitū ip̄m eſt rectū: vn̄ mani-
feſtū eſt ꝙ impoſſibile eſt deū peccare: vt latius ꝓbatuꝫ
eſt lib. ij. diſ. xxxvij. Et q: materia hec ibidē eſt ſatis decla-
Arti. 2. rata: igit̄ breuiter hic trāſeo. ¶ His ꝑmiſſis quoad arti-
Cōcl. 1. culū primū/ hec eſt ꝯcluſio prima quoad articulū ſcd̄m.
B ¶ Perſonā xp̄i ſm naturā diuinā peccare penitꝰ eſt im-
poſſibile. Patet ſatis ex vltimo notabili: ⁊ ex dictis diſt.
Cōcl. 2. xxxvij. ſecūdi. ¶ Secūda ꝯcluſio. Natura aſſumpta in ſe
ꝯſiderata potuit admittere pctā. Patet ꝑ magiſtrum in
textu: naꝫ natura aſſumpta potuit a verbi dimitti ipſa in
eſſe ꝯſeruata: ⁊ tūc ſicut alius hō peccare potuit: q: nul-
lam repugnantiā habuiſſet ad pctm̄ ꝑpter voluntatis li-
bertatē: ⁊ per ꝯn̄s nō plus ꝙ̄ alius hō fuiſſet īpeccabilis
Cōcl. 3. ¶ Tertia ꝯcluſio. Natura humana a verbo aſſumpta nō
dimiſſa peccare nō potuit de potentia dei ordinata. Pro-
batur q: natura illa fuit ⁊ eſt in beatitudine ꝯfirmata cui
repugnat oē pctm̄: q̄ btitudo tolli nō pōt de potentia or-
dinata: ſicut nec ab angelis ꝯfirmatis ⁊ alijs beatis: de
quo ſupra lib. ij. diſt. vij. Utrum aūt natura aſſumpta pec-
care poſſit manens vnita. Et an natura peccatrix aſſumi
poſſit de potentia abſoluta: tractatū eſt ſm duas opinio-
nes ꝯtrarias diſt. j. huiꝰ tertij. q. ij. Scd̄m has igit̄ opi. po-
Arti. 3. nende eſſent ꝯcluſiones oppoſite: vide ibidem. ¶ Quā-
Dub. 1. tū ad articulū tertiū/ eſt primū dubiū ꝯtra ꝯcluſionē pri-
C mā. Deus ſm naturā diuinā pōt peccare. Probat̄: quia
pōt mentiri ⁊ decipere: ergo pōt peccare. Tenet ꝯn̄a: q: oē
mendaciū eſt pctm̄: ſimilr̄ oīs deceptio. An̄s ꝓbat̄: nam
deus pōt dicere falſum ſcitū eſſe tale: nam Iohā. viij. ait.
Si dixero nō noui euꝫ: ero ſimilis vobis mēdax. Potuit
aūt hoc dicere: nā dixit totā illā orationē: ergo potuit dicere
partē: ſcꝫ nō noui patrē: ⁊ ita mētiri. Item. iij. Regū. vlti.
q̄renti dn̄o. Quis decipiet achab: cū rn̄diſſet ſpūs apo-
ſtata. Ego decipiā: egrediar ⁊ ero ſpūs mēdax ī ore oīm
ꝓphetarū eius. Dixit dn̄s. Decipies ⁊ ꝑualebis. Egrede-
re ⁊ fac ita. Et ſequitur. Dedit dn̄s ſpm̄ mendacij in ore
omniū ꝓphetarū ſuoꝝ. Ecce dn̄s mādauit ſpiritui vt de-
ciperet achab: ſed q̄ mandat aliquē decipi: ipſe cenſetur
decipere. Et ſi dr̄ ad primū ꝙ licet poſſet ꝓferre orationē
falſam: nō tm̄ poſſet eā aſſerere: vt ſoluit Scotus. Cōtra.
Deus pōt falſum aliqd̄ reuelare alicui: q: pōt ꝓpoſitio-
nē falſam creare in intellectu alicuiꝰ vt talis aſſentiat: im-
mo aſſenſum ip̄m creare pōt in mente alicuiꝰ. Eſt em̄ no-
ticia apph̄enſiua ſimilr̄ ⁊ adheſiua q̄dā entitas poſitiua
q: qualitas abſoluta: ⁊ ꝑ ꝯſequēs pōt deus illā in intelle-
ctu quo voluerit creare. ⁊ per ꝯn̄s mentiri ⁊ ita peccare.
¶ Ad iſtā rōnē dr̄ breuiter ꝙ impoſſibile eſt deū peccare D
q: impoſſibile eſt deū a ſe auerti: impoſſibile eſt etiā deū
ꝯtra ſuā voluntatē velle vel agere: vt oſtēſum eſt loco in
ꝯcluſione ꝑma allegato. Sꝫ an deꝰ poſſit reuelare falſuꝫ
nō video q̄n poſſit ꝓut argutuꝫ eſt. Pōt em̄ oēm actum
pctī poſitiuū facere: nō tm̄ ideo peccare: vt dictū eſt diſt.
xxxvij. ſecūdi libri. Et ſi mentiri ſimplr̄ eſt dicere/ aſſerere
vel reuelare falſum: nō video q̄n deꝰ hoc poſſit de poten-
tia abſoluta: nō tm̄ ſic oē mēdaciū erit pctm̄: ſed ſolū mē-
daciū a creatura ꝯtra legē ꝓlatū. De illo loquit̄ Aug. li-
bro ꝯtra mēdaciū ſicut ſupra dictū eſt de angeloꝝ obſti-
natiōe. Qd̄ ꝓbabile eſt dicere ꝙ deꝰ tanꝙ̄ cā totalis pro-
ducit vel ꝯſeruat odiū ſui/ in voluntate angeli apoſtate.
Nec h̄ faciēdo peccat: q: demeruit angelus apoſtata ha-
bere ſemꝑ in volūtate ſua odiū dei in penaꝫ pctī ſui. Nec
h̄ repugnat ꝑme ⁊ ſumme ac eſſentiali veritati: nec illud
ſumme bonitati: repugnaret aūt ꝑme veritati error ī mē-
te diuina. Sic īpoſſibile eſt deū errare: ſic repugnat ꝑme
⁊ ſumme bonitati odiū dei in volūtate diuina. Sicut em̄
deꝰ errare nō pōt: ita nec ſe odire pōt: ſecus in creatura:
nā ſi creatura errat: ſi deū odit: errorē illū ⁊ odiū cauſat
deꝰ vt cā partialis in mēte ⁊ affectu errantis ⁊ odientis.
Quicq̄d aūt deꝰ cauſat vt cā partialis: pōt cauſare vt cā
totalis in gn̄e cauſe efficiētis. Si aūt mentiri ⁊ decipe in-
cludūt deformitatē: manifeſtū eſt eā non poſſe cōuenire
deo. Et ita cōiter accipit̄ mētiri ⁊ decipere. Huic reſpon-
ſioni ꝯcordat petrꝰ de aliaco. q. xij. ꝑmi ſniarū arti. iij. pro-
pe finē. Hec dico nihil aſſerēdo: ſed tm̄ recitādo deſide-
rans in h̄ informari ⁊ ſubijci ſnīe maioꝝ meoꝝ. Uerū il-
lud qd̄ allegatū eſt ex iohāne: non reſpicit xp̄m ſm natu-
rā diuinā: ſꝫ humanā ſm quā vocaliter loq̄bat̄: et dicere
poterat falſum tāꝙ̄ partē orōnis vere: ſꝫ nō potuit aſſe-
rere illud falſum: q: in btītudine ꝯfirmatꝰ fuit: lꝫ etiā qd̄
allegat̄ ex. iij. Reg. vlti. exponi pōt ꝙ v̄ba ſonātia in p̄ce-
ptū/ accipiēda ſunt vt dicāt ꝑmiſſionē: vt illa. Egredere
⁊ fac ita: vt tantū valeat: ꝑmitto vt egrediaris ⁊ ita faci-
as: vt exponit Nico. de ly. An̄ quecūq; poſitiua deꝰ ꝑmit-
tit: hec ⁊ facit: cū (vt al's dictū eſt) ſine deo cooperante
nihil poſitiuū fieri pōt. ¶ Scd̄o dubitat̄ iuxta lr̄am ter- Dub. 2.
tus. Utrū decuit deū aſſumere naturā humanā de maſſa E
ꝑditiōis: de gn̄e. ſ. adam: ⁊ nō magis aliūde. Rn̄det̄ ſm
ſctm̄ Bonauen. diſt. p̄ſenti. ꝙ lꝫ filiꝰ dei potuit aſſumere
naturā hūanā aliūde/ ꝙ̄ de gn̄e adā: cōgruētiꝰ tm̄ illā aſ-
ſumpſit de gn̄e ipſiꝰ adā. Tū ꝑmo ꝓpter ſeruādā rectitu-
dinē iuſticie: vt ſcꝫ eiuſdē gn̄is eēt ſatiſfactor cuiꝰ erat ꝑua-
ricator. Iuſte ſiq̄dē ab eo exigit̄ emēda: in q̄ repta eſt of-
fenſa. Scd̄o ꝓpter manifeſtādū dulcorē mīe q̄ maxie ap-
paret in tante mīe ꝯdeſcenſione: ꝙ ꝯtemptus ab aduer-
ſario: vt eū redimeret ſuo generi ꝑſonaliter vniret̄. Ter-
tio ad declarādū ordinē ſapiētie/ q̄ ſic decreuit: vt om̄es
hoīes deſcēderent ab vno: ad rep̄ſentandū illud vniuer-
ſale ꝑncipiū: qd̄ deus eſt: a quo ſunt oīa. Quarto ad con-
ſeruādū altitudinē hūane nature: quā deꝰ in tāta digni-
tate creauerat: vt nulli alteriꝰ generis eēt obnoxia. Ob
quā etiā cām deꝰ ipſe voluit eē redēptor q̄ creauit: q: nō
minꝰ eſt redimere ꝙ̄ creare. ¶ Tertio dubitat̄: cum dn̄s Dub. 3.
aſſumere voluit naturā de maſſa ꝑditiōis: q̄re nō aſſum- F
pſit naturā indiuidualeꝫ ipſius adā: q̄ fuit cā ꝑditionis.
Rn̄det idē: ꝙ nō decuit deū aſſumere ip̄m adā/ ſm natu-
ram indiuidualē; aliam tm̄ ab adā deſcendentē: q: nō cō-

ueniebat vt pſona dei aſſumeret naturā pctōꝛis: cuꝫ ipſe
in foꝛma aſſumpta dꝫ iudicare pctōꝛes. Et q̇ alios de pec
cato iudicat: ipſe nō debet argui de pctō. Neqꝫ ꝯuenit ho
mini redimēdo: qꝛ ſi ille hō q̇ ſatiſfecit eſſet pene debitoꝛ
non eſſet eius ſatiſfactiua paſſio ita deo grata / ſicut hoīs
innocētis. Uix em̄ nocens ſufficeret ſatiſfacere ꝓ ſe: imo
nec ꝑ ſe: qꝛ nō acceptaꝛ opus niſi operās ſit acceptus: ſꝫ
nocēs ⁊ pctōꝛ deo pri acceptus nō eſt: igiꝛ nec opus ei⁹.
Si dicis: iuſte q̇ peccauit penas ſoluit nō innocēs. Rn̄de
tur ꝙ verū eſt de pena vltionis: nō aūt de pena placatio
nis. Illa em̄ magis eſt accepta ſi ab eo ſpōte exhibetur q̇
gratus eſt ⁊ placēs. Propter eandē cām non acceptauit
naturā humanā ab vtroqꝫ ſexu ꝑ cōmixtionē ſeminū: qꝛ
illa nō fit ſine pcti trāſfuſione / ſi res dimittanꝛ ſuis natu
ralibus ꝯditionib⁹. Sed nec naturā humanā aſſumpſit
de viro: ſed de femina virgine: vt qui in celis habuit pa-
trē ſine matre: in terris haberet matrē ſine patre: ne pa-
ternū nomen ꝯfunderetꝛ ſi alius eſſet pater xp̄i in terris:
alius in celis: Ut quoqꝫ cōpleretꝛ ꝑfectio vniuerſitatis in
mō ꝓducendi hoīem in eſſe. Product⁹ em̄ erat p̄mus hō
ſine viro ⁊ muliere: ſecūdus a viro ſine muliere: ceteri a
viro ſimul ⁊ muliere: reſtabat ꝓductio homīs a muliere
ſine viro. Etiā ne dum oīa fierēt miraculoſe nulla relinq̄
retur cooperatio nature: ⁊ ꝑ hec occaſio dareꝛ erroꝛis ve
ritatē nature aſſumpte negātis. Etiā ꝓpter alias cauſas
quas ponūt cōiter doc. Aſſumpſit aūt ſexū virilem: qꝛ ca
put futurus erat eccl̄ie: qd̄ nō cōuenit femine: ſed viro q̇
caput eſt mulieris: ne quoqꝫ in aſſumptione peruerteret
oꝛdinē inſtitutū. Si em̄ ſexū femineū aſſūpſiſſet iam femi
nas viris pꝛetuliſſet: ⁊ viros ſua naturali dignitate pri-
uaſſet: nūc autē vtrūqꝫ dignificauit: qꝛ ip̄e naturā in ſexu
virili aſſumpſit: ⁊ eam de virgine matre accepit. Tantuꝫ
de iſta queſtione.

¶ Diſtinctio. xiij.

## Uperi⁹ determina-

uit magiſter de myſterio incarnatiōis quā
tum ad nature aſſumpte vnionem: ⁊ in ſe ⁊
quātum ad idiomatū cōicationē. Cōſequē
ter in ſequētibus duab⁹ diſt. agit de eodē incarnationis
myſterio / quātū ad collatā eidē nature aſſumpte ꝑfectio
nē. Et p̄mo agit de collatarū ꝑfectionū plenitudine. Se
cūdo diſ. xiiij. de earūdem ad diuinas ꝑfectiones cōpara
tione. Colligiꝛ aūt ſnīa hui⁹ diſt. in his trib⁹ ꝯcluſionib⁹
¶ Pꝛima. Chꝛiſtus ab inſtāti ſue ꝯceptiōis grē plenitu-
dinē recepit: in quo ſpūſſanct⁹ nō ad mēſurā: ſed diuini-
tatis plenitudo coꝛꝑaliter habitauit. ¶ Scd̄a. Chꝛiſtus
aliis nō in ſe ſapiētia ⁊ grā ꝓficiebat: que moꝛoſa ſui oſtē
tione magis magiſqꝫ hoībus apparebat. ¶ Tertia. Chꝛi
ſtus ſm̄ duplicem ſui naturā / duplicem habuit ſapientiā
vnam non creatam: ſed genitam: aliam creatam / gratui-
toqꝫ donatam.

¶ Queſtio vnica.

A

## Circa hāc diſtinctio

nē queriꝛ vtrū ſumma creabilis grā ſit aīe
xp̄i collata. ¶ In q̄ſtione erūt articuli tres
Pꝛim⁹ de ſuppoſito / videlꝫ vtrum crebilis
ſit ſumma grā. Scd̄s de q̄ſito / an talis collata ſit aīe xp̄i.
Arti. 1. Tertius mouet dubia. ¶ Quātū ad p̄mū / notādū eſt ꝙ
Nota. 1 lꝫ multiplex ſit grā: vt habitum eſt in. ij. diſt. xxvj. ⁊ ſupꝛa
diſt. j. q. ij. tn̄ hic loq̇mur de grā gratū faciēte: q̇ eſt habi-
tus quidā īfuſus aīe a deo īmediate: quo aīa eſt deo gra
ta ⁊ chara. i. accepta ad vitā eternā: ⁊ eſt eadē realiter cū
charitate infuſa: intenſibilis ⁊ remiſſibilis in ſua eſſentia
ꝓut hec latius tractanꝛ in pꝛimo / diſ. xvij. vbi etiā de mō
intenſionis ⁊ remiſſionis grē: ⁊ gn̄aliter de augmētatiōe
q̄litatū q̇ recipiūt magis ⁊ min⁹ dictū eſt: varieqꝫ opinio-
nes recitate ſunt de h / quō hmōi augmentatio q̄litatum
(quā intēſionē dicim⁹) ſiat. Inter quas hāc ſequoꝛ opi.
q̇ tenet eā fieri ꝑ additionē gradus ad graduꝫ in eadem
parte ſubiecti ſe penetrantiuꝫ: numero tn̄ differentiū / ꝑ
quā ſit totū maius ꝑfectiue: hoc eſt maius nō quātitate
molis: ſꝫ quātitate virtutꝭ ⁊ ꝑfectiōis. Intēſio em̄ ſit etiā
in nō habētib⁹ extēſiuā quātitatē: vt in q̄litatibus aīe: et
ſilr̄ in habētib⁹ quātitatē extēſiuā: ſine tn̄ maioꝛi partiuꝫ
extēſione: vt in augmēto caliditatis aut albedinis: vt in-
tenſio ſiue augmētatio intēſiua nihil aliud eſt ꝙ̄ additio
gradus ad gradū: q̇ ſunt ꝑtes foꝛme in eadē parte ſubie-
cti ſimul ⁊ penetratiue exiſtētes: ꝑ quā foꝛma ipſa ſit ꝑfe
ctioꝛ: non extēſiue maioꝛ. Et hec cōmemoꝛaſſe ſufficit in
pn̄ti. ¶ Scd̄o aduertendū / ꝙ cū q̄riꝛ de ſumma creabili Nota. 2.
grā: ſuꝑlatiu⁹ ſumma ſicut ⁊ q̇libet ali⁹ / duplr̄ accipitur B
ſm̄ duplicē ei⁹ expoſitionē affirmatiuā ⁊ negatiuā. Affir
matiue ſumma. i. oī alia maioꝛ. Uel negatiue ſumma. i. q̄
nulla eſt maioꝛ. Pꝛimo mō nō pōt niſi vni cōuenire. ſcd̄o
mō pn̄t eſſe plā ſumma. In pꝛopoſito accipiꝛ ſumma ne
gatiue: ⁊ nō poſitiue ſiue affirmatiue. Nā p̄mo mō / ſcꝫ af
firmatiue certū eſt nō poſſe creari ſummā grām poſſibi-
lem. Quecūqꝫ em̄ talis crearetꝛ in quocūqꝫ ſubiecto: poſ
ſet de⁹ aliā huic ſimilē creare in alio ſubiecto exiſtēre vel
de nouo creabili. grā exēpli. Quātācūqꝫ grām creet ī aīa
xp̄i: cū poſſit aliā aīam aſſumere (vt. ſ. dictū eſt) pōt tan
taꝫ grām in aīa alia aſſumpta creare. Et ꝑ ꝯn̄s grā in aīa
xp̄i ꝓducta / nō eſt affirmatiue ſumma: qꝛ non maioꝛ grā
in alia aſſumptibili aīa creabili. ¶ Tertio notandum ꝙ Nota. 3.
de hoc an creabilis ſit ſumma grā negatiue due ſunt opi. C
extreme. Una ſcoti diſtin. pn̄ti. alia Ockam: quā tenet in Opio
p̄mo diſt. xvij. q. viij. ⁊ in. iij. q. vij. Scotus tenet ꝙ in foꝛ- Scoti.
marū intēſione eſt ponere ſtatū ⁊ terminū vltra quē ꝓce
di nō pōt: ⁊ ꝑ ꝯn̄s dabilis eſt ſumma grā a deo creabilis.
Illā ꝯcluſionē ꝓbat: qꝛ aſcēdendo ab infima grā deter-
minata puta a: aut eſt ſtat⁹ ad aliquē ſup̄mū gradū / ⁊ ha
beꝛ ꝓpoſitū: aut nō: ſed pōt ꝓcedi in infinitū: ⁊ tūc quia
quāto magis aliq̄ excedit a: tāto eſt ꝑfectioꝛ: ⁊ ꝑ ꝯn̄s q̇ in
infinitū excedit: eſt in infinitū ꝑfectioꝛ: ⁊ ita erit in ſe intē
ſiue infinita: qd̄ eſt impoſſibile. ¶ Itē q̇cq̇d videꝛ a deo
tanq̄ vnū creabile: pōt ab eo creari vna creatiōe: ſed infi
nite diſtās ab a / videꝛ a deo: ġ eſt creabile a deo. Et cū ſit
infinita / eſt ſumma: qꝛ infinito nō eſt maius: ġ ſūma grā
eſt creabilis a deo. Minoꝛ p̄ncipalis pꝛobatur: qꝛ maioꝛ
eſt manifeſta: qꝛ de⁹ videt oē factibile clare ⁊ diſtincte: et
qꝛ aſcendēdo ꝓcediꝛ in infinitū: igiꝛ videt infinitas gra
tias creabiles: ġ aliquas infinite diſtātes. Itē. iij. phyſi. c.
de infinito. Quātū ꝯtingit eſſe in potētia: tantū ꝯtingit
eſſe in actu: ſed infinitas foꝛmarū eſt impoſſibilis: ġ opꝫ
ponere ſtatū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s dare ſummā. Itē quātācūqꝫ grām
de⁹ pōt creare: tantā pōt creare. hec eſt vera: qꝛ idem pꝛe
dicaꝛ de ſeipſo. ponaꝛ in eſſe: tantā creat quātā pōt crea-
re: ġ nō pōt aliquā vltra creare. erit ġ ibi ſtat⁹: ⁊ ſic datur
ſumma. ¶ Alij ad idē arguūt vt tāgit Ockā in p̄mo: quā
tacūqꝫ ꝑfectio pōt fieri ſucceſſiue in grā: tanta pōt fieri
ſimul: ſed nō pōt fieri ſimul grā infinita: ġ nec ſucceſſiue
pōt ꝓcedi in infinitū: opꝫ ergo ponere terminū. Maioꝛ
patet: qꝛ ſi nō: aut eſt defectus ex parte recipiētis: aut ex
parte dei: aut ex parte grē ⁊ charitatis. Nō pꝛimū: qꝛ ſub
iectum ſpūale eſt in plena obedientia reſpectu dei: ⁊ per
ꝯn̄s pōt recipe oēm grām quā pōt de⁹ creare: nō enim ex
ceſſus gratie coꝛrūpiꝛ cū ſit incoꝛruptibile. Nec ſcd̄m: qꝛ
deus ſimul totā virtutē ſuā hꝫ: ergo q̇cq̇d pōt ſucceſſiue
pōt ſimul. Nec tertiū: qꝛ ei qd̄ īpoꝛtat infinitatē graduuꝫ
in ſua natura: nō repugnat poſſe eſſe ſm̄ illā infinitatem
in actu: ſed grā ſi eſt augmētabilis in infinituꝫ: impoꝛtat
infinitatē graduū in ſua natura. Itē ſicut q̄libet creatura
in eſſe ſubſtantiali eſt limitata: ita ꝙ ſm̄ illā ſpēm nō pōt
eſſe maioꝛ: ita in q̄libet eſſe eſt limitata: ita ꝙ nō cōtingit
in eadē ſpecie trāſcendere. Item. viij. phyſi. Motus re-
ctus nō eſt ꝯtinu⁹ in infinitū: ſed tm̄ circularis. Cuius ra
tio eſt: qꝛ motus rectus hꝫ terminū a quo / ⁊ terminū ad
quē: inter quos nō pōt eſſe motus in infinitū: ſed augmē
tatio foꝛme eſt motus rectus: qꝛ nō redit ad partē pꝛius
acceptā: ergo. Itē natura nō incipit moueri ad terminū

quē nō pōt attingere: ſed data hypotheſi nō pōt attinge
re terminū: ḡ ⁊c. Item. ij. de aīa. c. iiij. Oīm a natura con
ſtantiū terminꝰ eſt ⁊ rō ⁊ magnitudinis ⁊ augmēti: ergo
⁊ grē (q̄ eſt res q̄dā in natura ꝯſiſtens) eſt terminꝰ aliq̄s
Opio Ockam — vltra quē nō pōt ꝓcedi. ¶ Alia eſt opinio tenēs ꝙ in au
gmētatiōe grē / ⁊ alterius intēſibilis forme nō eſt ponere
ſtatū ſeu terminū: ſed in infinitū pōt ꝓcedi. Qd̄ multipli
citer ꝓbat. Primo ꝓceſſus in infinitum nō eſt negādus
niſi ad eū ſequat̄ infinitas aliq̄ in creatura. Propter iſtā
em̄ negat̄ talis ꝓceſſus: ſed ꝑpter iſtā cām nō opꝫ nega
re: igit̄. Minor ꝓbat̄: q: vltra oēꝫ ignē datū pōt deꝰ face
re ignē maiorē: ⁊ tn̄ nō pōt facere ignē īfinitū. Sic et ſm̄
pħm. ij de aīa. Ignis in infinitū augeri pōt: ſi aſſit ſemꝑ
cōbuſtibile: ⁊ tn̄ non eſt poſſibilis ignis infinitus. Vel ſi
ꝯcedit̄ ꝙ deus pōt facere ignē infinitū: eque ꝯcedenduꝫ
foret ꝙ poſſet creare grām infinitā. ¶ Preterea dato et
admiſſo ꝙ deus nō pōt facere tot indiuidua eiuſdē ratio
nis / q̄n poſſit facere plura: nō tn̄ ideo pōt facere infinita
indiuidua in actu ſiue cathegorematice: eadē rōne ꝙuis
non pōt tantā gratiā facere q̄n facere poſſit maiorē: ⁊ tn̄
nō ſequit̄ ꝙ poſſit facere infinitā. Aſſumptū ꝓbat̄: quia
ſi ponat̄ talis ꝓceſſus in infinitū: ſemꝑ illud qd̄ ponetur
in actu eſt finitū: ⁊ ita ſemꝑ faciendo plura ſemꝑ q̄ face-
ret eſſent finita: ⁊ ideo ſemꝑ faciendo plura finita nūꝙ̄
faceret infinita: q: finitū additum finito ſemꝑ facit finitū
⁊ nunꝙ̄ infinitū. Unde ſicut in infinitū augeri pōt nume
rus (q: nō eſt dabilis maximus) nunꝙ̄ tn̄ datur numerꝰ
infinitus: ita ſi in infinitū auget̄ gratia: nō ſequit̄ ꝙ dabi
lis ſit gratia infinita: q: in iſta augmētatione ſemꝑ finitū
additur finito: imo ſi in tali ꝓceſſu deueniret̄ ad infinitū
iam nō ꝓcederetur in infinitū: q: in illo infinito termina
retur ꝓceſſus: cū vltra infinitū nō eſt ꝓceſſus. Un̄ breui
ter ex infinito ſyncathegorematice nō infert̄ infinitū ca-
thegorematice. Cū ergo d̄r ꝙ pōt fieri ꝓceſſus in infini-
tum: īfinitū accipit̄ ſyncathegorematice. i. nō pōt ꝓcedi
ad tot vel tanta / q̄n poſſit ꝓcedi ad plura vel maiora. Ex
hoc nō ſequit̄ ꝙ poſſit ꝓcedi ad aliqd̄ infinitū cathegore
matice. i. ad aliqd̄ interminatū in multitudine vel magni
tudine. Unde licet infinities poſſet ꝓcedi: nūꝙ̄ tn̄ ꝓcedi
tur infinities: q: proceſſus ſemꝑ eſt finitus ⁊ certo nume
ro cōprehenſus. Unde licet infinities pōt finitum ꝓdu-
ci: nunꝙ̄ tn̄ infinities ꝓducitur finitū. Unde illa. Infini
ties pōt finitū ꝓduci: ſic debet poni in eſſe / ꝑ ſingulares
incōiunctim ſumptas. Illa vice pōt finitū ꝓduci: illa vi-
ce ⁊c vel vna vice: duabꝰ vicibus: tribus vicibus pōt fini
tum ꝓduci. Et q̄libet illarū eſt poſſibilis: q: infinitū ⁊ in
finities ſunt ſigna cōfuſiua / q̄ diſtribuūt ⁊ ꝯfundunt: vt
ptꝫ exponēdo: de quo dictū eſt ſupra diſt. ſ. lib. ij. q. iij. Se
cūdum hāc opinionē eſt hec ꝯcluſio: put etiā ſupra habi
tum eſt diſt. xvij. pͥmi. q. viij. Quelibet forma intenſibilis
pōt augmētari a deo in infinitū / ⁊ ſine termino. Probat̄
q: quacūꝙ forma intenſibili data / pōt ei deus gradū ali
quē de nouo ꝓductū vnire: ⁊ ſic eā maiorē facere: ḡ nul-
lus pōt eſſe terminꝰ augmētationis. Conſequētia nota.
Ans̄ ꝓbat̄ ſupponēdo tres ꝓpōnes / q̄ ſunt ipſius Oc-
kā vbi ſupra. q. viij. diſt. xvij ¶ Prima. Quotcūꝙ indiui
duis datis / ſpeciei habentis plura indiuidua: deus pōt
creare aliud indiuiduū eiuſdē rōnis cū eis. Probat̄: q: ſi
nō hoc eſſet: aliud indiuiduū nō eſſet factibile: vel q: deꝰ
nō poſſet aliud ꝓducere: aut q: ꝓducendū priorībꝰ repu
gnaret. Nullū illoꝝ pōt dici / igit̄. Cōſequētia tenet a ſuf-
ficienti diuiſione. Ans̄ ꝓbat̄. Non pͥmū: q: cuiuſlibet ſpe
ciei habētis plura indiuidua eiuſdeꝫ rōnis / infinita ſunt
poſſibilia fieri ſucceſſiue. Nā ſm̄ pħm. Poſita mūdi eter
nitate / cuiuſlibet ſpeciei generabiliuꝫ infinita indiuidua
ſunt futura. Iō quocūꝙ certo numero indiuiduoꝝ dato
adhuc eſt aliqd̄ indiuiduū eiuſdē rōnis factibile. Nec ſe-
cundū: q: deus eſt infinite potentie q̄ impediri non pōt:
poteſt ḡ omne factibile facere. Nec tertiuꝫ: q: indiuidua
eiuſdē rōnis nō repugnant adinuicē: multominus ꝙ in-
diuidua adinuicem cōtraria: vt albedo / nigredo. Sꝫ po
ſito vno ꝯtrarioꝝ / nō minus aliud cōtrariū pōt eſſe in re
rum natura: lꝫ nō in eodem ſubiecto: ḡ quocūꝙ numero
indiuiduoꝝ poſito / aliud indiuiduū eiuſdē rōnis pōt cū
eis eſſe in rerū natura. ¶ Preterea nō eſt maior impotē-
tia in deo ad cōtinuandū in infinitū indiuidua eiuſdē ra-
tionis ꝙ in natura: ſed ſi deus ꝯſeruaret corpora celeſtia
in eodē ſtatu in quo ſunt: in infinitū cōtinuarent̄ genera
tiones generabiliū ꝑ naturā: ḡ ⁊ deus hoc facere poteſt
¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Quocūꝙ indiuiduo poſito / pōt deꝰ
facere aliud indiuiduū eiuſdē rōnis / priore nō deſtructo
Probat̄: q: q̄n aliqua nō habent formalē repugnantiaꝫ
adinuicem / ad poſitionē vniꝰ in rerū natura nō ſequitur
deſtructio alteriꝰ. Ideo cū indiuidua eiuſdē rōnis nō ha
beant repugnantiā adinuicē: ad poſitionē vniꝰ nō ſequi
tur deſtructio alterius. ¶ Preterea ſummū indiuiduuꝫ
in aliqua ſpecie / ſi ponit̄ cōpatit̄ ſecū aliud indiuiduum
eiuſdē rōnis in rerū natura ꝓducenduꝫ: ḡ multo magis
quod libet aliud. Ans̄ patet de grā ⁊ charitate xp̄i: q̄ ſtā-
te pōt deus creare in alio grām. Et ſi aliā naturā aſſume
ret: poſſet in ea tantā ꝓducere quātā nunc hꝫ. ¶ Tertia
ꝓpoſitio. Si aliq̄ indiuidua eiuſdeꝫ rōnis ſunt vnibilia:
nullis indiuiduis eiuſdē rōnis repugnat vniri. Patet: q:
quicq̇d cōuenit vni indiuiduo: ſimilr̄ pōt cōuenire cuili-
bet alteri eiuſdē rōnis. Unde ſi due aque ſunt vnibiles:
nulli aq̄ repugnat vniri alteri ꝑ potentiā diuinā. Et poſ-
ſet ꝓbari: q̄cquid cōuenit pͥmo alicui cōi: nulli eius ſin-
gulari repugnat: vt riſibile pͥmo cōuenit illi cōi quod eſt
hō. Sed vnibilitas cōuenit alicui pͥmo: ⁊ non niſi cōi: er
go ⁊c. Non em̄ cōuenit pͥmo alicui ſingulari. ¶ Ex illis
ꝓpoſitionibus ꝓbat̄ ans̄ aſſumptū. Nā quacūꝙ forma
intenſibili data / ipſa cōſtituit̄ ex pluribus indiuiduis. ſ.
gradibꝰ eiuſdē rōnis: ḡ pōt deus aliū gradū eiuſdē ratio
nis ꝓducere ex pͥma ꝓpoſitione: manētibꝰ prioribus ex
ſcd̄a ꝓpoſitione: ⁊ ꝓductū prioribus vnire ex tertia: ⁊ ꝑ
ꝯn̄s preexiſtentē augmentare. Fit em̄ augmētatio ꝑ addi-
tionē gradus ad gradum: vt nūc ſupponitur ex habitis
diſt. xvij. pͥmi. Non em̄ videt̄ quin quātacūꝙ aqua facta /
deus pōt facere vnā guttā aque ⁊ priori vnire: ⁊ per hoc
priorē augmentare. Et ſm̄ hanc ꝯcluſionē reſpondet̄ ad
rōnes prioris opinionis. ¶ Ad primā / ꝯcedit̄ ꝙ pōt pro — Ad pͥmā rōnem.
cedi in infinitū ſyncathegorematice / nō cathegoremati-
ce. Et cū arguit̄: tūc quāto magis aliqua excedit a: tanto
ꝑfectior eſt a. ꝯcedit̄. Et cum infert̄ / ꝑ cōſequēs aliqua q̄
in infinitū excedit / eſt in infinitū ꝑfectior. Neget̄ illa con
ſequētia: q: ibi ſubiectū ꝓ nullo ſupponit: q: in tali pro-
ceſſu nunꝙ̄ eſt deuenire ad aliquā q̄ infinite diſtat ab a.
Sicut ſi ſucceſſio dierū eſſet eterna: ꝓcedēdo ab hodier-
no die in infinitū: nūꝙ̄ eſt deuenire ad aliquā diem infini
te ab hodierno diſtantē: ſemꝑ em̄ adderent̄ diſtantia fi-
nita finite. Et ita ꝯn̄s illud implicat falſum. ¶ Ad ſcd̄m — 2
neget̄ minor: ꝙ infinite diſtans ab a / videt̄ a deo: q: nul
la talis eſt q̄ infinite diſtat: vt ſtatim dictū eſt: nō em̄ pōt
fieri ꝓceſſus in infinitū cathegorematice. i. ad aliquā gra
tiā infinitā: ſeu a certa grā data infinite diſtantē: ſed fieri
pōt ꝓceſſus in infinitū ſyncathegorematice. i. nō ad tan-
tam q̄n maiorē: nō tn̄ ad infinitā grām. ¶ Et cū arguit̄.
Deus videt oē factibile / ꝯcedit̄. Et ꝯn̄ter cū infert̄: ḡ vi-
det infinitas grās creabiles. Diſtinguendū eſt: q: vel in
finitas accipit̄ cathegorematice: ſicut videt̄ accipi de vi
ſermonis: tūc neget̄: q: nulle tales ſunt poſſibiles. Aut
ſyncathegorematice / vt valet tantū. i. videt in infinitum
grās creabiles: hoc eſt nō tot q̄n plures: conceditur: ſed
tunc nō ſequit̄ / videt aliquas infinite diſtantes: q: nulle
poſſunt infinite diſtare. ¶ Et ſi replicat̄. Deus videt oēs
creabiles: ⁊ ille nō ſunt finite: alioq̄n eſſet ſtatus in illo
ꝓceſſu: ḡ ſunt infinite. Rn̄det̄ ꝙ videt oēs diſtributiue:
ſꝫ nō oēs collectiue: q: nulle ſunt oēs collectiue: ſicut vi
det oēs partes ꝓportionales cōtinui in quas continuuꝫ
eſt diuiſibile diſtributiue; q: videt illas ⁊ illas ⁊ quaſcūꝙ

demonſtrabiles:ſed nõ oẽs collectiue:q꞉ tales non ſunt
dabiles:q꞉ tunc dareť vltima qđ eſt impoſſibile. De hoc
3 vide latius in.ij.diſt.j.q.iij. ¶ Ad tertiū dꝛ:vno modo ne
gando in hac parte pħm:q꞉ tenet ꝙ nõ eſt poſſibilis ma/
ioꝛ quãtitas celo:⁊ ideo quãta poſſibilis eſt quãtitas ſcꝫ
vniuerſi:tanta nūc eſt ꝯtra fidem. Vel reſpondendo ad
verba/ſi vbiqꝫ infinite accipiť ſyncathegoꝛematice cõce
ditur illatū/ꝙ infinitas ꝯtingit eſſe in actu. Contingit.i.
põt:q꞉ non tot qn plures:nunqꝫ tamē infinite ſunt actu.
Si autē infinitū ſeu infinite accipiť cathegoꝛematice/aſ/
4 ſumpta ſunt falſa ꝙ ꝓcediť in infinitū. ¶ Ad quartum:
ſophiſma eſt:nec ſicvt arguiť ponenda eſt in eſſe:ſed ſic/
tantū creat quãtum creat. Illa eñ eſt ꝯditionalis:q꞉ in/
cludit ly ſi. Et ita ꝯñs nõ debet poni in eſſe ſine antecedē
te:ſicut illa. Si hõ põt currere/põt moueri:nõ ſic poniť
in eſſe. Si hõ poteſt currere/homo moueť:q꞉ illa eſt im/
poſſibilis:quia mala ꝯña:ſꝫ ſic:ſi homo currit:mouetur
Item añs ⁊ ꝯñs ſunt vniuerſales:ergo debent poni in
5 eſſe per ſingulares incõiunctim ſumptas. ¶ Ad qntum
dꝛ/ꝙ a/eſt falſa:ſicut eñ deus nõ poteſt creare tot gr̃as
qn poſſit creare plures(⁊ per cõſequens nõ poteſt crea
re tantã perfectionē qn poſſit creare maioꝛē:quia plus
perfectionis eſt in multis gratijs qꝫ paucioꝛibus ceteris
paribus)ita nõ põt creare tam ꝑfectã gratiam qn poteſt
creare ꝑfectioꝛem. Et qñ dꝛ aut hoc eſt ex parte dei ⁊c. Di
cenduꝫ ꝙ eſt ex parte charitatis:q꞉ nulla põt fieri gratia
cui repugnat vniri alteri gratie a deo creabili. Et quãdo
arguiť:ꝙ impoꝛtat infinitatē graduū ⁊c.dꝛ ꝙ verū eſſet:
ſi tale impoꝛtaret vnū integratū ex illis:ſed nulla gratia
vna factibilis eſt a deo integrata:ex talibus infinitis gra
tijs:⁊ ideo repugnat eis eſſe ſimul. Poſſet etiã dici ꝙ re/
pugnantia eſt ex parte infinitatis potentie dei:q̄ ꝓpter
ſui infinitatem nõ põt terminari:⁊ ideo ſemꝑ põt in plu/
ra:nec tanta aut tot ſimul facere qn poſſit facere plura ⁊
maioꝛa:ideo nõ poteſt tot ſimul facere quot ſucceſſiue:
6 hoc eñ derogat ſue potentie infinite. ¶ Ad ſextum ꝯce/
ditur ꝙ q̄libet creatura eſt limitata ſm oēm ꝑfectionem/
q꞉ finita:⁊ ſic etiam q̄libet gratia:⁊ ideo nulli gratie re/
pugnat ꝙ ea ſit aliqua maioꝛ. Si tñ illa limitatio ſic intel
ligiť:ꝙ in illa ſpecie nõ poſſet augmentari/negandū eſt
quia qualitas intenſibilis/etiã quoad ſuã eſſentiam/põt
augeri per additionē gradus:ꝓut deſcendit in infinitum
nec ꝑ iſtam augmentationē excedit ſuã ſpeciem. ¶ Ad ſe
7 ptimū dicendum:ꝙ verū eſt de motu qui fit ad terminū
certum q̄ excedi nõ poteſt. Sic eſt de motu locali recto:
qui ſm pħm nõ poteſt fieri vltra celū:ſed per potentiam
diuinã extra celum in vacuo poſſet mobile motu recto in
infinitū moueri vbi certus terminus ad quē nõ eſt conſti
tutus. Sic in motu augmentationis nõ eſt certus termi
nus cõſtitutus vltra quē qualitas nõ poſſit augmentari.
Etiam motu recto deus poſſet mobile moueri ad termi/
nū infinite diſtantē motu infinito/ſi moueret ſm partes
ꝓpoꝛtionales ſpacij:ſic eñ nunqꝫ eſt deuenire ad vltimū
8 ¶ Ad octauū dꝛ:ꝙ quilibet motus a natura eſt ad certū
terminū:q꞉ agens naturale eſt finite virtutis ⁊ gradus:
⁊ vltra gradū ꝓpꝛiū ſua virtute nõ agit. Etiã ſuſceptiuū
eſt determinatū ad certū gradum vltra quem nõ recipit
naturaliter. Secus de potentia diuina q̄ in actiõe ſua nõ
9 eſt limitata. ¶ Ad nonū dꝛ:ꝙ autoꝛitas illa allegať con
tra mentē pħi:imediate eñ ꝑmiſit. Ignis eñ augmentū
in infinitum eſt quouſqꝫ fuerit combuſtibile. Loquiť er
go pħs de viuētibus tñ:viuētia quippe ſm naturã non
poſſunt quãtūlibet augmentari. Determinãt eñ ſibi cer
tam magnitudinē quã excedere nõ poſſunt. Requirunt
eñ debitã oꝛganizationē partium que eſſe nõ põt natu/
raliter in qualicūqꝫ quãtitate. Unde ibi addit pħus:hoc
aūt aīe ⁊ non ignis:⁊ magis foꝛme ſcꝫ viuentis ⁊ mate/
rie:hoc ideſt poſitio termini. Ignis eñ nõ requirit figu/
rationē membꝛoꝝ ad certū terminū:nec hoc requirit ma
teria viuentis:ſed foꝛma eius:verū ille termin⁹ non eſt
punctualis:ſed habet certam latitudinem. Unde cuiuſli
bet viuentis datur maxima quãtitas quã habere nõ põt
ꝓpter nimiã paruitatem:⁊ minima quãtitas quã habere
nõ poteſt ꝓpter nimiã magnitudinē:vtputa/ſi quãtitas
aīalis tantū augmenteť ꝙ deſineret eſſe quãtitas q̄ eſſet
in materia in ꝑmo inſtanti nõ eſſe aīalis/eſt minima quã
animal tale habere nõ poteſt ꝓpter nimiã magnitudinē
hoc eſt inter oēs quãtitates quas nõ poſſet habere pꝛo/
pter nimiã magnitudinem:illa eſſet minima. Sic ſi dimi
nueretur intantū vt eſſe deſineret quãtitas q̄ eſſet in ma
teria:in ꝑmo inſtanti nõ eſſe aīalis/eſſet maxima quã ha
bere nõ poſſet ꝓpter nimiã paruitatē:quia inter oēs par
uas quas habere nõ poſſet:illa eſſet maxima. Uerum ci/
tra illū terminū poſſet augmentari ⁊ minui in infinitū:ſi
fieret augmētatio ⁊ diminutio per partes ꝓpoꝛtionales
quãtitatis addende vel gradus. Patet ğ ꝙ rõnes ille ni
hil demonſtrant. Hec opi.eſt ꝓbabilis ſatis quãtum ad
qualitatem ſeu foꝛmã que põt per ſe eſſe extra ſubiectū.
¶ Sed vtrū in ſubiecto poſſet augmētari in infinitum/ F
magis dubiū eſt. Unde poſſet dici/ꝙ ſicut ſubiectum de
terminat ſibi certas qualitates:ita ꝙ nõ poteſt quaſlibet
in ſe recipere. Unde ſubiectū materiale nõ põt recipere
qualitatem ſpūalem:nec ſubiectū ſpirituale qualitatem
materialē/puta lapis non poteſt recipere ſcientiã aut vir
tutem ſeu gratiã. Nec anima rationalis caliditatē aut al/
bedinem. Sic ⁊ quodlibet ſubiectū determinat ſibi cer/
tum gradū:vltra quē non põt alium recipere ꝑfectioꝛē:
ſtante natura talis ſubiecti. Sed ſi maioꝛ introduceretur
ſtatim ſubiectū coꝛrūperetur:ſicut lignū nõ poteſt reci/
pere caloꝛem quãtūlibet intenſum:ſꝫ ſi augereť caloꝛ in
ligno tandē coꝛrūpiť in ignē:⁊ h̄ quidē videre eſt in oib⁹
gnabilibus ⁊ coꝛruptibilibus:cuius ratio nulla alia aſſi
gnari poteſt:niſi q꞉ hec natura ē hec natura:⁊ hec ratio
ſufficit quãdo factum eſt euidēs per naturã. Ubi factum
nõ eſt euidens ꝑ experientiã vel euidentem rõnem:tunc
aſſignatio huius rõnis non ſufficit. In ſubiectis vero in/
coꝛruptibilibus vt angelis ⁊ aīabus/nulla eſt nobis ex
periētia nec ratio efficax:ſed ſolū a ſimili hoc dici poſſet:
q꞉ ita videmus in coꝛruptibilibus. Itē in incoꝛruptibili
bus experientiã quidē habemus:ꝙ ꝑ exceſſiuam qualita
tem coꝛrūpiť ſubiectum per agens naturale:⁊ hoc quã/
tum ad mixta:nõ quãtum ad elemēta vniuerſaliter quã/
tum ad oēs qualitates. Siquidē nulla experientia docet
ignē coꝛrūpi ꝓpter nimiū caloꝛem vel ſiccitatem. An aūt
per diuinã potentiã ſubiectū conſeruari poſſet ſub quali
tate quãtumcūqꝫ intenſa nõ eſt euidens. Nam ⁊ pueros
cõſeruauit in camino ignis ꝯtra naturã. An etiam ſic cõ/
ſeruare potuit cū ſuſceptione caloꝛis ignis/dubium eſt.
Non eñ id fieri poſſe implicat manifeſtã ꝯtradictioneꝫ:
⁊ a potentia nihil negandū eſt:qđ nõ implicat apud quē
nõ eſt impoſſibile oē verbum. Poteſt eñ mutare pꝛo ſua
voluntate oꝛdinē nature inſtitutū:qui omnia quecunqꝫ
voluit fecit in celo ⁊ in terra. Si ergo teneť ꝓbabiliter ꝙ
ſubiectū ſimpliciter determinat ſibi certū gradū qualita
tis quē recipit:ita ꝙ maioꝛē etiam ꝑ potentiã dei abſolu/
tam recipere nõ poteſt:tunc datur ſumma gratia poſſibi
lis nature intellectuali:nõ tñ ſumma ſimplr̃. Que etiam
ſumma receptibilis in ſubiecto/ſi per ſe cõſeruaretur ex
tra ſubiectū poſſet augmētari:licet nõ in ſubiecto:q꞉ eſt
ſumma receptibilis in ſubiecto tali. Poteſt aūt deus oēꝫ
foꝛmã ſuſceptibilem in ſubiecto conſeruare extra ſubie/
ctum. Et in talibus foꝛmis ſm ſe conſideratis/locum ha
bent rationes ꝓ ſecūda parte ſupꝛa adducte. ¶ Quan/ Arti.2.
tum ad ſecundum articulum de eo. An ſumma gratia ſit G
anime xp̄i collata. Aduertendum ꝙ difficultas hui⁹ arti
culi in duobus conſiſtit. Pꝛimū eſt:vtrum ſubiectum ſu/
ſceptiuū alicui⁹ ꝑfectionis determinetur ad certum gra/
dum:vltra quē recipere nõ poteſt ꝑfectioꝛem:⁊ de hoc
tactum eſt in fine pꝛioꝛis articuli. Et qꝫuis ita dici poſſet:
oppoſitum tamen videtur pꝛobabilius. Tum:quia licet

ſm potentiam naturalem ſubiectū determinetur ad cer⸗
tam qualitatem vt ibi dictū eſt. Tum ſm potentiā ſupna
turalem hoc valde dubiū eſt. Non em̄ facile aſſerendum
eſt deū nō poſſe qualitatē ſpūalem: qualis eſt cognitio/
ſcientia/vl̓ gratia creare in ſubiecto materiali/puta in la
pide ita ꝙ inhereat: licet tunc qualitas illa nō diceret co
gnitio/ſcientia/vel gratia ꝓpter nois cōnotationē: quia
per eam lapis nō intenderet cognitiue in obiectum: nec
redderet acceptus ad beatitudinē: nec per ꝯñs diceret
cognoſcens/ſciens/vel gratus: nullā em̄ includit hoc con
tradictionē. nō plus de forma accidētali: ꝙ̄ ꝙ formā ſub⸗
ſtantialem indiuiſibilē ⁊ ſpūalem: aīam ſcꝫ intellectiuā
ꝓducit in ſubiecto diuiſibili corpore ſcꝫ hūano cui inhe⸗
ret. Nec videtur magis impoſſibile ꝙ̄ ꝙ ꝓduceret hmōi
qualitates ⁊ conſeruaret extra ſubiectū: quo modo facit
de accidentib⁹ materialibus in ſacramēto altaris vbi mi
nus videtur. Minus em̄ videt ꝙ accidēs materiale eſſe
poſſit ſine ſubiecto: qḋ eſt imꝑfectius: ꝙ̄ accidēs ſpūale/
quod eſt ꝑfectius. Tum: quia etſi ſubiecta corruptibilia
determinata ſunt ad certū gradū qualitatis receptibilis
Tum hoc de ſubiecto incorruptibili nulla experiētia nec
ratio docet. Nam ⁊ materia pͥma/quia incorruptibilis: ſi
cut nō determinat ad aliquā formā materialē quoad ſpe
ciem: ſed oēm factibilem recipere pōt. Ita nec ad gradū
aliquē forme ſuſceptibilis: vnde non eſt dabilis maxima
caliditas in materia pͥma ex rōnibus pͥmi articuli. Unde
nō videt q̇n intellectus quācunꝙ ꝑfectionē ſm ſpēm ſi⸗
bi cōuenientem quātumcūꝙ intenſa fuerit recipere poſ
ſet: cum per nullā quātumcūꝙ excellentē corrumpi poſ⸗
ſet. ¶ Secūdo dependet difficultas huius articuli ex eo
Utrū eadem ſit ꝓportio ꝑfectibilis ad ꝑfectibile que eſt
ꝑfectionis ad ꝑfectionē. hoc eſt dictu. Utrū ſicut ꝑfecti⸗
bile inferioris ſpeciei nō poteſt attingere ꝑfectionē eſſen
tialem ſuperioris ſpeciei/puta intellect⁹ human⁹/intelle
ctus angelicus: ita etiā nō poſſit attingere ꝑfectionē ac
cidentalem: ita ꝙ intellectus humanus aliquā cognitio
nē vel gratie gradū attingere ſeu recipere nō poſſit quā
recipere poſſet intellectus angelicus. Quoniā ſi hoc eēt
verū: iam manifeſtū foret: ꝙ aīa xp̄i que eſt eſſentialiter
⁊ ſpecie inferior angelo. iuxta illud Minuiſti eū paulo⸗
minus ab angelis. pſal. viij. ⁊c. nō poſſet recipere ſummā
gratiā creabilē in ſubiectū: quia nō ſummā receptibilem
ab angelis: nec redundaret in derogationem dignitatis
xp̄i: ſicut nec ꝙ aſſumpſit naturā hoīs ⁊ angeli q̄ eſt ex⸗
cellentior. Et ſicut naturā aſſumpſit: ita etiā oīa naturaꝫ
eſſentialiter concomitantia: ſed illud nō eſt ꝓbabile: nec
credo verum. Sed tenendū ꝙ oīs natura creata intelli⸗
gibilis eſt eiuſdē capacitatis reſpectu cuiuſcūꝙ gradus
cognitionis/ſcientie/gratie/⁊ charitatis: maxime per po
tentiā diuinā: nec ꝓportio ꝑfectionū ſequit ꝓportionem
ꝑfectibilium: ſicut in ſimili. Oīs natura ſenſitiua eſt eiuſ
dem capacitatis/reſpectu ſenſationis ceteris paribus. i.
organis eque diſpoſitis: alioq̇n ꝓpter organoꝝ indiſpo
ſitionē etiā in eadē ſpecie non eſſet eadē capacitas. Et tn̄
potentia ſenſitiua in ſpecie ſuperiore eſt ꝑfectior: eſſentia
liter ꝙ̄ in ſpecie inferiore: qḋ indubie eſt tenendū ſuppo
ſito ꝙ in eodem cōpoſito nō ſit niſi vna forma ſubſtātia
lis. Sic em̄ in potentia ſenſitiua hoīs eſt aīa homīs: que
eſt perfectior eſſentialiter aīa canis. Sic in non cogniti⸗
uis/potentia receptiua perfectior nō recipit formā acci⸗
dentalem ꝑfectiorē. Nā mixta que ſunt ꝑfectiora elemen
tis: nō ſunt receptiua qualitatū pͥmarū ꝑfectiſſimarū in
ſummo: ⁊ eo gradu quo elemēta. Unde breuiter ḋr poſt
Scotum ꝙ qḋlibet gratificabile: hoc eſt ſuſceptibile gr̄e
accidentalis: eſt in potentia obedientiali ad recipiendū
quēcunꝙ gradū gratie a deo: q: reſpectu huius acciden
tis ſibi inherentis ſiue cōuenientis: nihil habet gratifica
bile ex ſe repugnās cuicūꝙ gradui gratie vñ determinet
ad certū gradū gratie quā capere poſſet: ⁊ nō ad vlterio
rem. Illa ergo ꝓpoſitio ꝙ ꝓportio eſt ꝑfectionis ⁊ ꝑfe⸗
ctibilis: ſi intelligitur ſm ꝓportionē preciſam ſcꝫ ꝙ per⸗
fectius ꝑfectibile eſt ſuſceptiuū maioris ꝑfectionis fal⸗
ſa eſt: imo totū ꝑfectibile in cōi reſpicit totam ꝑfectionē
in cōi ⁊ quodlibet quālibet: ita ꝙ gratificabile in cōi re⸗
ſpicit gratiam in cōi: ⁊ quodlibet gratificabile quālibet
gratiā a deo creabilem. ¶ Preterea ſm ſanctos nō erit
differentia capacitatis angeloꝝ ⁊ hoīm in glia: q: ſingu⸗
lis eoꝝ ordinibus hoīes aſſociabuntur ſm be. Grego. in
homel. imo virgo glorioſa in beatitudine p̄cellit omnes
angelos vt canit eccleſia. Ecce exaltata es ſuꝑ choros an
geloꝝ. qḋ verum eſt quātum ad gloriā nō naturam: igit
nō erit diuerſa capacitas gratie: cū gloria p̄ſupponit gra
tiam: imo eſt gratia ꝯſummata. ¶ His p̄miſſis eſt cōclu⸗ Cōcl̓. 1.
ſio pͥma ad iſtum articulum. Anima xp̄i non habuit ſum⸗ H
mā gratiam a deo ꝓducibilem: ſed potentiā eius abſolu
tam. Probatur: q: talis gratia non eſt dabilis: ergo. Añs
patet: q: potentia dei ꝓductiua: cum ſit infinita: non eſt
ad aliquē gradum gratie terminata. ergo quācunꝙ pro
ducit poteſt ea maiorē ꝓducere. vt pꝫ ex ar. j. ¶ Secun⸗ Cōcl̓. 2.
da ꝯcluſio. Si capacitas creature intellectualis termina
tur ad certum gradū gratie: gratia aīe chriſti eſt ſumma
poſſibilis nature intellectuali create. Probatur: q: qui
dat maius: etiā dat minus: ſed natura humana chriſti aſ⸗
ſumpta eſt ad ſummū eſſe ſubſtantiale ſibi cōicabile/ꝑſo
nalem ſcꝫ vnionē cū ſubſtantia diuina. ergo etiā ad ſum
mā perfectionē accidentalē ſibi poſſibilem. Patet: quia
ſumma perfectio nature humane eſt vnio hypoſtatica:
igitur nō deerit ꝑfectio accidentalis. Patet etiā ꝑ magi⸗
ſtrum in textu: deus aīe chriſti tantā gratiā contulit: quā
tam ꝯferre potuit: ſed potuit cōferre ſummā/ſtante hy⸗
potheſi. igitur. ¶ Tertia ꝯcluſio. Anima xp̄i ſummā per Cōcl̓. 3.
cepit gratiā cui⁹ capax eſt creatura intellectualis ſm po
tentiā dei ordinatam. Patet ꝑ illud Iohā. j. Uidim⁹ glo⸗
riam eius glo. q̄ſi vnige. a patre ple. gra. ⁊ ve. Item non
ad menſurā dedit ei pater ſpm̄. g̊ dedit totā gratiam dari
poſſibilem/ſaltē ſm potentiā ſuā ordinatā. Si em̄ mino
rem dediſſet: dediſſet ad menſurā. Similr̄ nō eſſet plen⁹
gratia/ſi maiorē gratiā accipere potuiſſet. Item cui de⁹
ꝯtulit ſummā gloriā: hoc eſt gloriam excedentē gloriam
cuiuſlibet creature rōnalis: cōtulit ⁊ ſummā gratiā: ſꝫ ta
lem gloriā contulit chriſto: nedū ſm naturā diuinā quā
dedit per eternā generationē: ſed etiā ſm naturā huma⸗
nam diuine vnitā g̊ ſummā contulit nature intellectuali
poſſibilem ſm potentiā ordinatā. Cōſequētia nota: quia
talis gr̄a ſic ſumma eſt poſſibilis. Preuidit em̄ diuina ſa
pientia ſummū gratie gradum quē creature rōnali dare
diſpoſuit. Maior pꝫ: quia glia reſpondet gratie: iō ma⸗
ximā gloriam/maxima p̄ceſſit gratia. p̄ceſſit inquā tēpo⸗
re vel natura. Minor probatur: q: xp̄s aſcendit ſuꝑ oēs
creaturas ad dexterā patris: vt habet Mar. vlti. Dñs q̄
dem ieſus poſtꝙ̄ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celū: ⁊
ſedet a dextris dei. per dexterā intelligūtur potiora bo⸗
na patris/ipſa ſcꝫ beatitudo ſm Augu. in ſermo. de ſym
bolo: cui cōſonat illud pſal. Glia ⁊ honore coronaſti eū:
cōſtituiſti eū ſuꝑ opera manuū tuarū. ¶ Quoad articu
lum tertiū: dubitatur pͥmo ꝯtra ꝓbationē tertie ꝯcluſio Arti. 3.
nis ex eo ꝙ ḋr pater plen⁹ gr̄a ⁊c. nā ⁊ de virgine matre Dub. 1.
ḋr. Aue gratia plena. Similr̄ de ſancto Stephano dicit I
Actuū. vj. Stephanus aūt plen⁹ gr̄a ⁊ fortitudine. ergo
in illis etiam fuit ſumma gratia: alioq̇n nō fuiſſent pleni
gr̄a ſicut argutū eſt de xp̄o. Ad hoc reſpondet ſm Alex.
parte. iij. q. xij. mē. iij. quē ceteri imitant: ꝙ nomen plen⁹
gratia equiuocū eſt: ⁊ quādoꝙ importat plenitudinem
ſufficientie: qñꝙ plenitudinem excellentis prerogatiue:
qñꝙ plenitudinē copie: qñꝙ plenitudinē effluētis ſuꝑ⸗
abundantie. Plenitudo ſufficientie eſt: vel q̄ ſufficit ad
finē. i. ad vitā eternā habendā: ⁊ hec excludit oē mortale
ſiue ſecūdo q̄ ſufficit ad ſtatum illum: vel ad opus ad qḋ
quis eſt ordinatus: ſiue etiā tertio ad gr̄am ad quā eſt di
uinitus p̄ordinatus. vl̓ quarto que ſufficit nō tm̄ ad ha⸗

bendū aureā:ſed etiam aureolam. Hec plenitudo tri⸗bus p̄mis modis eſt omniū ſanctoꝝ: de qua illud accipi poteſt ad Eph.iij. Ut impleamini in omnē plenitudinē dei. Sed quarto modo accipitur Actuū.vj. Stephanus autem ⁊c.quia ſua gratia nō ſolum cōdigna fuit aurea.i. p̄mio eſſentiali:ſed etiam aureola. Meruit em̄ aureā ⁊ aureolam:quia fuit p̄dicatoꝛ ⁊ martyꝛ. Plenitudo excel⸗lentis p̄ꝛogatiue eſt:qua ſcʒ habēs excellit ceteras crea⸗turas puras verbo nō vnitas:⁊ hec excludit oē peccatuʒ moꝛtale/veniale ⁊ oꝛiginale. ⁊ hec eſt plenitudo v̓ginis gloꝛioſe:de qua Luce.j. Aue gratia plena. Plenitudo ge⸗neralis copie/eſt plenitudo numeroſa includēs oē gen⁹ gratie:⁊ hoc modo eccleſia ꝺ: plena gratie. quia non eſt aliqꝺ genus gratie qꝺ nō ſit in eccleſia:quātum ad aliqꝺ membꝛū eius. Hinc dicit apoſtolus. Diuiſiōes gratiarū ſunt:vnus auteʒ ſpiritus. Alij datur ſermo ſapientie:alij ſermo ſcientie ⁊c.j.Coꝝ.xij. Plenitudo effluētis ſupabū⸗dantie/eſt gratia ſumma de facto cōmunicata nature re⸗dundans ⁊ ſupereffluens in ceteros:⁊ hec eſt gratia aīe chꝛiſti:que nedū abundat in xp̄o quātum ad oēs virtu⸗tes ⁊ effectus eius impfectionem nō includentes (quod additur ꝓpter fidem/ſpem/penitentiam:⁊ ſimilia: qui⸗bus annexe ſunt alique impfectiones:⁊ ideo in xp̄o non fuerunt) ſed etiam effluit tanꝙ̄ capitis in oīa membꝛa ec⸗cleſie. Non ꝙ eadem gratia numero ſit in xp̄o ⁊ in mem⸗bꝛis eccleſie: aut aliqua pars gratie xp̄i que in xp̄o fuit realiter transferatur in mēbꝛa:ſed effluit cauſaliter meri⸗toꝛie:q꞉ xp̄s per gratiā ſuam meruit oībus gratiā ⁊ p̄ſer⸗uationē vel remiſſionē peccatoꝝ. Et hec plenitudo eſt ſo⸗lius xp̄i:que excedit grām virginis intemerate ⁊ omniū electoꝝ:⁊ de hac ꝺ: quātum ad ſupabundantiā oīm vir⸗tutum/donoꝝ/⁊ effectuū in xp̄o. Uidim⁹ glīam ei⁹.g.q. vni.a pa.ple.grē ⁊ ve. Johā.j. Glīa aūt et grā vnigeniti ꝓpꝛia eſt xp̄o. ⁊ quoad effluentiā ꝺ: ibidem. Et de pleni⸗tudine eius accepimus om̄es grām pꝛo grā. Et p hoc ptʒ reſponſio ad queſtionē ꝙ in ꝓbatione ꝯcluſionis tertie plenus grā accipitur pꝛo plenitudine grē vltimo mō di⸗cte q̄ eſt ꝓpꝛia ſolius xp̄i. Alie autoꝛitates loquuntur de

K plenitudine alijs modis dicta. vt patuit. ¶ Similiter du⸗bium q̄ſtioni mote pꝛincipali moueri poſſet de fruitione humanitatis xp̄i: vtrum fuerit ſumma cōicabilis nature create. Sed ſili mō reſpōdendū erit:ſicut de grā dictum eſt:maxime ſi fruitio beatifica eſt effectiue a deo ſolo: vt tenet Ockam. De fruitiōe v̓o q̄ elicit̃ ab aīa xp̄i eiuſq꜒ vo⸗luntate actiue ꝯcurrente:poſſet dici ꝙ nō eſſet maxima q̄ elici pōt a creatura:q꞉ pfectioꝛ voluntas eſſentialiter:pu⸗ta voluntas angeli/cū equali grā poſſet elicere pfectioꝛē q̄uis de facto nulla pfectioꝛ elicitur a quocūq꜒ angelo ꝓ⸗pter exceſſum grē in aīa xp̄i ſup grām angeloꝝ:q̄ ad elici⸗endū cōcurrit actiue cū voluntate. vide Sco. in q̄one.iij.

L ¶ Sed dubiū adhuc eſſe videt̃:an voluntas angeli (ſtā⸗ti equali cognitiōe ⁊ gratia) poſſit elicere pfectioꝛē actū fruendi deo/ꝙ̄ voluntas humana/ꝓpter libertatem vo⸗luntatis:que videt̃ eſſe equalis in angelo ⁊ hoīe: qui in eliciendo actū ſuū nō neceſſitatur a cognitione:neq꜒ per gratiā:nedū quoad actū:neq꜒ quoad actus intenſionē. Un̄ videt̃ ꝓbabiliter dici poſſe:ꝙ ſicut nō eſt diuerſa re⸗ceptiuitas volūtatis angelice ⁊ humane:ita nec diuerſa actiuitas:ita ꝙ neutra poſſet in actū aliquē in quem non poſſet alia ceteris parib⁹ ſicut de ſenſualitate hominis ⁊ bꝛutoꝝ:ſi oꝛgana ſint eque diſpoſita:videt̃ ꝙ p̄nt in eaſ⸗deʒ ſenſationes actiui ⁊ paſſiui: licet ſenſualitas hoīs ſit

ſed ſeipſis intrinſece vniūtur ⁊ diſtinguūtur: ⁊ licꝫ ex di/
ſtinctione obiectoꝝ arguatur diſtinctio actuū: nō tamen
ex vnitate vnitas: quia eiuſdē obiecti ſub eadem ratione
poſſunt eſſe plures actus: ſicut cognitio et volitio. Et co
gnitio intuitiua ⁊ abſtractiua ſunt eiuſdē obiecti ſub ea/
dem ratione: vt in prologo dictū eſt. Sed an intellectus
creatus videns verbū cōprehendat ipſum / eſt notandū
ꝙ cōprehendere accipitur quinqꝫ modis: vt dicit Ockā
q. xij. quarti. Primo modo eſt videre aliquod viſibile / ita
vt nihil eius lateat: ⁊ ſic cōprehendere eſt diſtincte vide
re. Scd̄o modo eſt videre aliquod totū ⁊ diſcernere in/
ter partes eius. Tertio modo eſt videre aliquod viſibi/
le perfectiſſima viſione qua videri poteſt. Quarto mo/
do cōprehēdere eſt cognoſcere aliquid ſub omnibꝰ pre/
dicatis ſibi cōuenientibus. Quinto modo eſt cognoſce
re intellectione habēte talem proportionē ad alias intel
lectiones / qualē habet obiectum ad alia obiecta. Vel vt
dicit Scotus. Cōprehēdere eſt ſic intelligere / vt ſit tāta
perfectio in intellectiuitate intelligētis / quāta eſt intelli
gibilitas intelligibilis: ita ꝙ ſit ibi quedā cōmenſuratio:
⁊ neutrum aliud excedat. Et ſic dicit Auguſtinus lib. xij.
de ciuitate dei. c. xviij. Quicquid ſciētia cōprehēditur / ſci
entis cognitione finitur. quod nō eſt intelligendū ꝙ ab
ſolute finiatur: ſed finitur cognoſcēti vt ibi manifeſte de
clarat: quia cognoſciť ſm totā ſui cognoſcibilitatē: ⁊ ita
reſpectu eius ſe habet ac ſi eſſet finitū / eo ꝙ non excedit
cognitiuitatē intelligētis: ſed eſt ibi cognoſcētis ⁊ cogni
ti adequatio. Primo modo dicitur ꝙ quicqd videt eſſen
tiā diuinā cōprehendit eā: quia videt eam diſtincte: quia
non habet partes quarū aliqua poteſt latere aliqua ap
parere. Secūdo modo eſſentia ſeu verbū a nullo cōpre/
henditur: quia nō habet partes inter quas diſcerni poſ/
ſit. Tertio modo nō poteſt cōprehendi niſi ab intellectu
ſuo: quia omni cognitiōe creata ꝑfectior eſt viſio increa/
ta. Neqꝫ aliqua creatura iſto modo cōprehēdi pōt niſi a
ſolo deo. Quarto modo ſimiliter nō poteſt cōprehendi
niſi a ſeipſo: q: ipſe ſolus nouit oīa predicata ſibi conue
niētia. Sic ⁊ quinto modo ſolus cōprehēdit ſeipſum: q:
ſicut cognitio increata infinite excedit oēm cognitioneꝫ
creatā: ita obiectū increatū infinite excedit omne obie/
ctum creatū. Et tanta eſt intellectiuitas in intellectu di/
uino: quāta intelligibilitas in eſſentia diuina. quia vtro/
biqꝫ eſt īfinita. His tribꝰ vltimis modis cōmuniꝰ accipiť
cōprehēdere: qui ſoli deo cōueniunt reſpectu obiecti in/
creati. ¶ Et ſi obijciť ſi intellectꝰ creatꝰ cognoſcit diuinā R
eſſentiā ſub rōne infiniti: tūc cognoſcit ipſam ſub perfe/
ctiſſima rōne: q: nō eſt ꝑfectior ratio / ꝗ ſit ratio infiniti:
ergo cōprehēdit. Dicendū ꝙ nō oīs ratio infiniti eſt ꝑfe
ctiſſima: hoc eſt non oīs ratio qua aliquid cognoſciť eſſe
infinitū eſt perfectiſſima: q: inter tales ſunt gradus: q:
vna clarior alia: ⁊ increata ꝑfectior creata ſicut in ſimili:
nihil eſt ꝑfectius natura intellectuali: tn̄ nō oīs natura
intellectualis eſt ꝑfectiſſima. Poſſet moueri dubiū: vtrū
perfectiſſima noticia creabilis tā rerū in vbo ꝗ in ꝓprio
genere ſit cōicabilis anime chriſti: ſed ꝑ oīa rn̄dēdū erit
ſicut de grā. ſi ſumma cognitio eſt creabilis: rn̄deť affir/
matiue. ſin autē rn̄detur negatiue. ¶ Tertio dubitať iu/ Dub. 3. S
xta tertiā concluſionē tertus: vtrū anime chriſti cōmuni
cari potuit omnipotētia. Reſpōdeť ꝙ homini chriſto at/
tribuitur omnipotētia per cōmunicationē idiomatū: ſi/
cut cetere ꝓprietates diuine. Sed de humana natura in
chriſto / que eſt creatura: reſpōdetur breuiter ꝙ omnipo
tentia nulli creature cōmunicari poteſt. Cuius ratio eſt:
q: omnipotētia includit infinitatē intēſiuā et extēſiuam
quantū ad durationē. vtraqꝫ repugnat creature: et ratio

omnipotētie

omnipotētie repugnat rationi creature. Primū pꝛobatur: potentia pꝛoducendi dicit perfectionē in pꝛincipio pꝛoductiuo ad minus tantā/quanta eſſe poteſt in effectu ꝓducibili ab eo tanꝙ̄ a cauſa totali: ergo omnipotētia dicit perfectionē equiualentē aut maioꝛē perfectionē omniū pꝛoducibiliū: ſed ꝓducibiliū nō eſt terminus: quia quocūqꝫ pꝛoducibili dato/poteſt ꝓduci ꝑfecti⁹: vnde nō eſt dabile ſummū ꝓducibile. Similibus rationibus ſicut de gratia tactū eſt diſt. xiij. huius ergo ꝑfectionis pꝛincipij omnipotentis nō eſt dare terminū: et ꝑ cōſequēs habet ꝑfectionē infinitā. Secundū pꝛobaꝝ: quia neceſſe eſt omnipotentē eſſe eternū et ita duratiōe infinitū. Antecedēs ꝓbaꝝ: quia cū nihil poſſit ſeipſum pꝛoducere de nō eſſe. j. de trinitate. nihil generat ſe. neceſſe eſt omnipotentē eſſe impꝛoducibilem de nō eſſe: quia ſi eſſet ꝓducibilis: cū non habeat potentiā pꝛoducendi ſe de nō eſſe/non erit omnipotens: deficit em̄ ſibi potentia ſe ꝓducendi: cum tamē ſit ꝓducibile de nō eſſe ad eſſe: et per hoc patet tertiū/ꝙ ratio omnipotentie includit eſſe pꝛincipiū omnium factibiliū de nō eſſe ad eſſe. Hec autē repugnat creature: quia nulla creatura poteſt eſſe pꝛincipiū omniū poſſibiliū: quia nō ſuijpſius. ¶ Si dicis. Omniſcientia etiā includit infinitatē: et tamē attribuiꝝ anime chꝛiſti. Reſpondeꝝ ꝙ eo modo quo includit infinitatē: hoc eſt vt includit cognoſcere oīa cognoſcibilia diſtincte/ſm̄ pꝛopꝛias rationes/non attribuiꝝ anime chꝛiſti: ſed modis ſupꝛa expoſitis/ſm̄ quos non includit infinitatē. ¶ Additū eſt notanter ꝓducibili de nō eſſe: quia omnipotētia non repugnat ꝓducibili ſimpliciter: quia filius in diuinis ꝓducitur et eſt omnipotens/ſimiliter et ſpiritusſanctus. ſed neuter ꝓducitur de non eſſe: vt patuit in pꝛimo.

¶ De ſacramento dominice paſſionis. Diſtinctio. xv.

# Oſtꝙ̄ magiſter egit

de myſterio incarnatiōis: cōſequenter in octo ſequētibus diſt. agit de ſacramento dominice paſſionis. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo agit de paſſione quantū ad eius initium ⁊ pꝛogreſſum. Secundo quantū ad eius terminū diſt. xxj. Circa pꝛimū pꝛimo de paſſione agit quantū ad eius veritatē. Secūdo quantū ad eius congruitatē diſ. xx. Circa pꝛimū adhuc duo facit. Pꝛimo agit de paſſione in ſe/inueſtigādo eius poſſibilitatem et neceſſitatē. Secūdo quātum ad eius effectum/inquirendo eius meritum ⁊ vtilitatē diſt. xviij. Pꝛima in duas: quia pꝛimo inueſtigat paſſiōis poſſibilitatē. Secundo eius neceſſitatē. diſt. xvj. In hac ergo diſt. xv. poſſibilitatē paſſionis chꝛiſti ex eo ꝓbat: quia coꝛpus vere paſſibile aſſumpſit. Unde huius diſt. ſentētia his tribus cōcluſiōibus ſummarie notaꝝ. ¶ Pꝛima. Chꝛiſtus verā naturā hoīs/animā. ſ. paſſibilē ⁊ coꝛpus paſſibile accepit/cū penalibus vtriuſqꝫ defectibus: quos ipm̄ ſuſcipe decuit: ⁊ noſtre ſaluti expediuit. ¶ Secūda. Sicut aſſerere chꝛiſtū hoīs ſimilitudinem nō veritatē aſſumpſiſſe ē hereticū: ita dicere ipm̄ in paſſiōe doloꝛē in carne ⁊ in animo triſticiā verā nō ſenſiſſe ē a veritate deuiū. ¶ Tertia concluſio. Chꝛiſt⁹ defect⁹ penales q̄s aſſumpſit nō ſm̄ paſſionē: ſed ꝓpaſſionē volens ſuſtinuit. Pꝛopaſſionē vocat magiſter poſt beatum Hierony. ſuper Matth. dum q̄s ita timoꝛe vel triſticia aut doloꝛe afficitur vt mens inde a rectitudine aut de cōtēplatiōe nō moueaꝝ. Paſſio vero diciꝝ cū mens turbatione victa a rectitudine declinat. Hāc chꝛiſtus nō habuit: qui ſicut nō peccare: ita nec a rectitudine aut perfectiſſima dei contēplatione declinare potuit. Has concluſiones multis auto. coꝛroboꝛat: ⁊ ad cōtrarium ſonātes auto. Aug. ⁊ Hila. exponit.

¶ Queſtio vnica.

a # Irca hāc diſtinctionem

queriꝝ/vtrū anima chꝛiſti ſm̄ quālibet ei⁹ partē/habuit maximā triſticiā ⁊ doloꝛē. ¶ Pꝛemiſſis notabilibus terminoꝝ declaratiuis ꝑ articulo pꝛimo: cōcluſiōes ponūtur pꝛo ſecūdo/cū mouēdoꝝ ſolutiōibus dubioꝝ pꝛo tertio. ¶ Quantū ad pꝛimū/notādū circa iſtū terminū eius anime partē/ꝙ ꝑ partes anime intelliguntur anime potētie et potētiarū poꝛtiōes: nō em̄ habet anima chꝛiſti (ſicut nec alterius hoīs) partes aliquas ſm̄ ſuā ſubſtantiā: cum ſit ſubſtantia ſimplex ⁊ incōpoſita/indiuiſibilis: licet cōponibilis cū materia ad hoīs cōpoſitionē. Querit autē queſtio ſolū de potētijs anime cognitiuis et appetitiuis: q̄m nō cognitiue/nec appetitiue/neqꝫ doloꝛis/neqꝫ triſticie ſunt capaces/q̄les ſunt nutritiua ⁊ executiua. Intelligēda ergo eſt q̄ſtio tantum de potētia ſenſitiua ⁊ intellectiua/nō quidē cognitiua: talis em̄ vt ſic non triſtaꝝ/aut dolet cognoſcēdo: nam penarū cognitio nō infert doloꝛē vel triſticiā in cognitiua: licet ſit cauſa mediata doloꝛis ⁊ triſticie in affectiua. Deus naqꝫ ⁊ beati: ſed ⁊ iudex human⁹ et executoꝛ ſentētie penas cognoſcūt: nō tamē ex hoc triſtanꝝ neqꝫ dolēt. Sunt em̄ doloꝛ ⁊ triſticia paſſiones ſequētes actus appetitus: ſicut ⁊ gaudiū ⁊ delectatio: ſed intelligēda eſt de potentia appetitiua tā ſenſitiua ꝙ̄ intellectiua. Appetitus vero intellectiuus diſtinguiꝝ: ſicut ⁊ intellect⁹ in poꝛtionē ſuperioꝛē ⁊ inferioꝛē. Superioꝛ poꝛtio dupliciter accipiꝝ. Uno modo ſtricte ꝓ illa poꝛtione q̄ circa diuina ⁊ eterna volēda ⁊ diligēda verſatur: tanꝙ̄ circa obiecta tantū. Large capiꝝ pꝛo poꝛtiōe que verſaꝝ circa eterna vel tēpoꝛalia in oꝛdine ad eterna tanꝙ̄ circa ſua obiecta. Per oppoſitū diciꝝ de poꝛtiōe inferioꝛe. Pꝛimo modo ad poꝛtionē ſuperioꝛē volūtatis ꝑtinet tantū fruitio oꝛdinata: ſed ſcđo modo eius eſt tam fruitio ꝙ̄ vſus oꝛdinatus: ⁊ de hoc latius tractatū eſt diſt. xxiiij. li. ſcđi. ¶ Scđo notandū/ꝙ beatus Augu. xiiij. de ciui. dei. c. xv. ponit differentiam inter doloꝛē ⁊ triſticiā: nā dicit. Doloꝛ carnis tantummodo offenſio eſt anime ex carne ⁊ quedā ab eius paſſiōe diſſentio: ſicuti animi doloꝛ q̄ triſticia nūcupaꝝ: diſſenſio ē ab his rebus q̄ nobis nolētib⁹ accidūt. Unde patet ꝙ doloꝛ ꝓpꝛie accipiēdo terminū: q̄a eſt paſſio iexiſtēs aīe a carne ꝑtinet ad partē ſenſitiuā. Triſticia vero q̄ eſt paſſio conſequēs nolitionē rei nobis accidētis ꝑtinet ad partē intellectiuā ſiue ad rōnē: vtrūqꝫ ad appetitū: illa ad appetitum ſenſitiuū: iſta ad appetitū ſiue volūtatē. Cauſaꝝ aūt doloꝛ in appetitu ſenſitiuo ab appꝛhenſiōe ſenſitiui obiecti diſcōuenietis ſeu leſiui: ⁊ a potētia ↄcurrēte deo tāꝙ̄ cauſa p̄ma ⁊ nō ab obiecto appꝛehēſo. Qđ nō ab obiecto patet ꝑ ꝓpoſitionē frequēter acceptā: q̄a effect⁹ ſufficiēter depēdet a ſuis cauſis eſſentialib⁹: ſed deſtructo obiecto/remanēte appꝛehēſione ei⁹ in ſenſu: nihilomin⁹ cauſari poteſt in appetitu ſenſitiuo doloꝛ vel delectatio: ſicut patet cū ſenſus interioꝛ: puta phantaſia per noticiam abſtractiuam appꝛehendit aliquod obiectū nociuū vel delectabile. quantūcunqꝫ obiectū illud annihileꝝ/poteſt cauſari doloꝛ vel delectatio in appetitu ſenſitiuo. Similiter ſi deus cōſeruaret noticiā intuitiuā in ſenſu/deſtructo obiecto: aut cauſaret eā abſente obiecto: cauſareꝝ nihilominus delectatio vel triſticia: ⁊ ideo obiectū appꝛhēſum non ē cauſa imediata iſtaꝝ paſſionū: ſed tm̄ cauſa cauſe q̄ten⁹ naturaliter cauſat cognitionē intuitiuā in ſenſu ⁊ eam cōſeruat: q̄ cognitio imediate cauſat paſſiōes pꝛedictas. Pꝛimum patet ꝑ experientiā in ſomno ⁊ in amētib⁹ ratiōe carētib⁹: q̄ delectanꝝ ⁊ triſtanꝝ vſqꝫ ad riſum ⁊ fletū obiectis nō p̄ſentib⁹: ꝙ̄uis ab eis appꝛhendunꝝ vt p̄ſentia. Scđm qđ adduciꝝ de noticia intuitiua a deo ſupnaturaliter cauſata nō videꝝ ꝓbare: tum q̄a naturaliter nō poteſt ꝓduci nec cōſeruari noticia intuitiua ſine obiecti p̄ſentia: ſed ꝑ actū ſupernaturalē nō tolliꝝ ratio cauſe naturalis: ſicut licet de⁹ poſſet cauſare omnē effectum ſine cauſa ſcđa ſupnaturaliter: nō tamē ideo tolliꝝ ratio cauſe a cauſa ſcđa/ceſſante actu ſupnaturali. Tum q̄a ſi cōſeruaret de⁹ intuitiuā noticiā deſtructo obiecto: ꝑ illā cognoſcereꝝ obiectū nō eſſe: ⁊ ita ꝑ illā noticiā nō cauſareꝝ doloꝛ vel delectatio. ¶ Doloꝛ ergo eſt paſſio cōſequēs appꝛehenſionē obiecti diſcōueniētis tāꝙ̄ pꝛeſentis: ⁊ delectatio eſt paſſio cōſequēs appꝛehēſionē obiecti tanꝙ̄ cōueniētis ⁊ p̄ſentis: ⁊ hoc in parte ſenſitiua ſiue obiectū ſit p̄ſens ſiue nō: ⁊ per

[Right margin notes: Artic. 1. — Nota. 1. — Nota. 2. — B]

ħoc cauſa doloꝛis ⁊ delectatiōis eſt appꝑhenſio cū potētia.
E ¶ De triſticia q̄ eſt paſſio voluntatis aliter ſentit Sco. in
ſuo tertio diſt. preſenti: aliter Ockā in fine ſui tertij. Sco-
tus ponit quattuoꝛ modos q̄bꝰ triſticia generari poterit in
voluntate. Pꝛimus ⁊ pꝛincipalis eſt/ quādo accidit aliqđ
nolitū actu elicito: tunc em̄ nolitionē illā obiecti appꝑhenſi
per intellectū ſeq̄tur triſticia in volūtate: que nō eſt actus
volūtatis elicitꝰ: ſed paſſio naturaliter cōſequēs appꝛehen
ſionē obiecti ſic noliti. Nec eſt illa triſticia in libera poteſta
te volūtatis immediate: quia ſtāte pꝛeſentia obiecti quātū
ad eius appꝛehēſionē et nolitionē eius/ nō poteſt ſequi tri-
ſticia naturaliter. Eſt tamē triſticia in poteſtate voluntatis
mediate: quia mediāte actu nolitiōis elicito q̄ eſt in libera
poteſtate volūtatis: vnde poteſt nō elicere nolitionē obie-
cti: immo poteſt elicere actū oppoſitū: quia poteſt ipm vel-
le: et tūc cedit triſticia. Sic ⁊ gaudiū in voluntate generaꝛ̄
naturaliter ad p̄ſentiā (hoc ē ad appꝛehēſionē) obiecti vo
liti tanq̄ p̄ſentis. Ex quo patet duplex differentia inter ge
neratione doloꝛis in appetitu ſenſitiuo/ ⁊ triſticie in volun
tate. Pꝛima: q̄a doloꝛ generaꝛ̄ in appetitu ſenſitiuo ad ap-
pꝛehenſionē pꝛeſentie obiecti ex natura ſua diſcōuenientis
appetēti: quia ex natura ſua leſiui. Triſticia vero in volūta
te generaꝛ̄ ad appꝛehēſionē pꝛeſentie obiecti diſcōueniētis
nō ex natura rei: ſed ex nolitiōe volūtatis. Unde licet aliq̄d
ex natura ſua ſit cōueniēs volūtati: puta vltimꝰ finis: ⁊ ali
quid ex natura ſua diſcōueniēs vt coꝛruptio ſubiecti: tamē
ſit vltimate cōueniēs per actū volūtatis elicitū/ acceptan-
tis ⁊ cōplacētis ſibi in p̄ſentia talis obiecti/ q̄ actꝰ eſt velle.
Et ſimiliter obiectū ſit diſcōueniēs vltimate voluntati: q̄a
nolitū. Unde bꝛeuiter obiectū dicit̄ cōueniēs volūtati: q̄a
eſt volitū: ⁊ diſcōueniēs quia nolitū. ¶ Sc̄da differētia q̄a
triſticia in volūtate p̄ſupponit actū voluntatis elicitum: a
quo realiter diſtinguit̄: nō ſic doloꝛ in ſenſu. Pꝛimū patet
quia quātūcunq̄ ratio pꝛeſentet aliqđ obiectū volūtati vt
diſcōueniēs: nō tamē ſequit̄ triſticia in volūtate: niſi obie-
ctū ſit nolitū actu volūtatis elicito: immo ſi fuerit volitū.
(Poteſt em̄ volūtas velle obiectū oſtenſum: vt diſcōueni
ens ex ſua libertate: vt patet de ſciēter peccātibus cōtra di
ctamē ratiōis rectū) tūc ſequit̄ delectatio ſiue gaudium in
volūtate. iuxta illud ſapientis Pꝛouerb. ij. Letant̄ cū ma-
lefecerint: ⁊ exultāt in rebus peſſimis. ¶ Q̄đ autē gaudi-
um ⁊ triſticia nō ſit actus ille elicitꝰ/ velle vel nolle obiectū
patet: quia poteſt ſtare actus elicitus obiecti nō cōſequēte
gaudio vel triſticia. Pꝛimū patet in demonibꝰ qui multa
volunt: vt peccata hominū/ eoꝝq̄ perpetuā dānationē: ⁊
tamē his accidētibus nō gaudēt. Si angeli boni nolūt ſue
cuſtodie cōmiſſos peccare: ⁊ tamē ipſis peccātibus nō tri-
ſtant̄: quia ſicut gaudiū miſerie: ita triſticia oīs repugnat
gloꝛie: ideo aūt illi nō gaudēt: nec iſti triſtant̄: quia deꝰ ad
huiuſmodi paſſiones nō concurrit: et ꝑ hoc cauſas inferio
res a ſuis actiōibꝰ reſpectu taliū paſſionū ſuſpēdit: nō aūt
ſuſpēdit reſpectu actuū elicitoꝝ: ad hoꝝ em̄ ꝓductionē con
currit. Sc̄m patet: q̄a appetitꝰ ſenſitiuꝰ reſpectu obiecti cō
ueniētis et pꝛeſentis appꝛehēſi/ nō habet aliū actū niſi dele
ctationē: et reſpectu diſcōueniētis nō niſi doloꝛem: aliū em̄
actū nō experimur: nec ponēda eſt pluralitas ſine neceſſi-
tate. Unde vt dicit Ockā vbi ſupꝛa. Appetitus ſenſitiuus
non habet actū aliquē niſi deſiderij ⁊ fuge. Et illi ſoli ſunt
reſpectu obiectoꝝ abſentiū ⁊ nō habitoꝝ. Reſpectu illiꝰ ob
iecti aūt qđ appetitꝰ deſiderat vel fugit/ ſtantibꝰ illis acti-
bus in appetitu nunq̄ cauſat̄ doloꝛ vel delectatio in eodē
appetitu: ſed quādo obiectū deſideratū habetur et eſt pꝛe-
ſens potētie appꝑhenſiue: tūc ceſſat actus deſiderij: q̄a tunc
actus deſiderij nō eſt quādo cauſat̄ huiuſmodi delectatio:
et ꝑ cōſequēs eius cauſa eſſe nō poteſt: hos aūt actꝰ deſide-
rij et fuge. (Actus fuge eſt actus diſplicētie) ſequit̄ in eodē
appetitu ſpes ⁊ timoꝛ: q̄ ſunt paſſiones: ⁊ patet eoꝝ diſtin
ctio per ſeparationē: quia ſtat appetitū deſiderare obiectū
cōueniēs ⁊ abſens: et tamē nō ſperare: quia nō oſtendit̄ vt
poſſibile haberi. Similiter ſtat ad appetitū refugere obie-
ctum diſcōueniēs et nō timere: quia nō oſtēditur vt occur-
ſurum. ¶ Secūdus modus cauſandi doloꝛē in voluntate D
(doloꝛ hic ſumit̄ large ꝓ triſticia) ſm̄ Sco. eſt ꝑ nolle cō
ditionatū: vt ſi nolitū cōditionata nolitiōe accidat. Unde
duplex eſt nolle: ſimiliter ⁊ velle: ſcilicet abſolutū ⁊ ꝯditio
natū. Nolle abſolutū eſt quando aliq̄s ſimpliciter obiectū
oſtenſum nō vult actu poſitiuo ſine quacūq̄ cōditione: vt
dum vult nō moꝛi. Sic velle abſolutū oppoſito modo quā
do quis ſimpliciter vult obiectū oſtenſum ſine cōditione.
Nolle em̄ cōditionatū eſt: dū quis vult aliq̄d ꝓpter certam
cōditionē exiſtentē: qđ tamē quantū in ſe eſt nollet: ſublata
ſcilicet cōditione tali: vt ſi mercatoꝛ in periculo maris exi-
ſtens pꝛoijcit merces vt euadat periculū: reſpectu ꝓiectio
nis merciū habet nolle conditionatū. Licet em̄ ſimpliciter
loquēdo vult pꝛoijcere: quia nō coactꝰ ab aliquo extrinſeco
pꝛoijcit: tamē nollet pꝛoijcere quātū in ipſo ē: ſi alias nō ꝓij
ciēdo periculū poſſet euadere. Uolitio ergo qua vult ꝓij-
cere merces expꝛimit̄ per volo: ⁊ nolitio cōditionata ꝑ nol
le: ſcilicet ſi poſſet alias euadere: ⁊ talis nolitio cōditiona-
ta ſufficit ad triſtandū de ſic nolito eueniēte: ſicut mercatoꝛ
cū triſticia eijcit merces: nec ibi velle oppoſitū facit tantū
habere gaudiū ſicut nolle conditionatū triſticiā. Talis em̄
nolitio ⁊ volitio cōditionata ſufficit ad pctm̄ moꝛtale: qua
le foꝛte fuit peccatū angeloꝝ non pꝛius deceptoꝝ q̄ pecca
rent: quia voluerūt quātū in eis erat: eſſe equales deo: ſed
noluerūt ſimpliciter: quia hoc viderūt eis impoſſibile. Si-
militer q̄ metu pene moꝛtis idola colit: moꝛtaliter peccat:
licet nollet ſi alias moꝛtē euadere poſſet. Similiter q̄ vel-
let occidere pꝛoximū ſi impune poſſet; licet ſimpliciter no-
lit: tamen ſic volēdo cōditionate peccat moꝛtaliter. Etiam
ſufficit volūtas ꝯditionata ad meritū quale eſt in miſerāte
coꝛde ꝓximo nō potēte ſubuenire in opere. ¶ Tertius mo
dus cauſandi triſticiā eſt: dum obiectū naturaliter diſcōue
nit: ſiue nolitū ē ab ipſa volūtate vt potētia naturali abſq̄
hoc q̄ obiectū ſit nolitū nolle elicito: tūc nihilominꝰ ſuffi-
cit (dum tamē oſtēdit̄ ꝑ intellectū vt tale) ad triſticiā in vo
luntate cauſandā. Hoc ꝓbat̄: quia ſm̄ Aug. in encħ. Uolū
tas ita vult beatitudinē: q̄ non poteſt velle miſeriā. Illud
aūt velle eſt naturale: igit̄ velle naturale alicuiꝰ ſufficit ad
nō velle oppoſitū illius. Et ꝑ cōſequēs ad nō poſſe natura
liter gaudere de illo oppoſito ⁊ ad neceſſario triſtari de il-
lo: ſicut naturale velle beatitudinis ſufficit ad triſtandū de
miſeria naturaliter. ¶ Quartꝰ modus eſt: dum obiectū eſt
diſcōueniēs appetitui ſenſitiuo ⁊ ſibi triſte: ⁊ ꝑ hoc ſufficiē
ter diſcōueniēs volūtati: dū tamē oſtēdat̄ ſibi ꝑ intellectū:
ꝓpter colligantiā volūtatis cū appetitu ſenſitiuo. Nā illa
cōnexio volūtatis cū appetitu ſenſitiuo p̄ſentato appetibi
li ꝑ intellectū volūtati: ſufficit ad hoc vt cōueniēs appeti-
tui ſenſitiuo ſit conueniens volūtati: ⁊ diſcōueniēs triſte.
Sic em̄ ponit̄ aliqua delectatio ſurrepticia p̄cedere in vo-
lūtate oēm actū liberū volūtatis. Et ſicut ponit̄ in delecta
tionibus ſurrepticijs: ita poni poteſt in triſticijs et doloꝛi-
bus reſpectu obiectoꝝ triſtiū: vt ſicut intellectꝰ cooperat̄
ſenſui foꝛtiter immutato ſi nō ſit circa alia diſtractꝰ: ita po-
nat aliquis volūtatē nō neceſſario coopari: ſed cōpati ap-
petitui ſenſitiuo patiēti: et hoc circa idē obiectū ſi nō impe
pediat̄ volūtas ꝑ non cōſiderationē intellectꝰ: vel ꝑ aliud
impedimentū vincēs. Hoc modo diceret̄ q̄ coꝛrupta violē
ter: licet cōdelectet̄ in volūtate delectatiōe appetitus ſenſi
tiui nō tamē peccaret: q̄a etiā delectatio ⁊ delectabile poſ-
ſent eſſe nō volita quātū ad omnē actū elicitū voluntatis.
¶ Sic ergo recolligēdo dictos modos/ pōt dici ait Sco.
de quadruplici diſcōuenienti volūtate eſſe triſticiā pꝛopꝛie
Uno modo de ſimpliciter nolito actu ⁊ habitu eueniente.
Sc̄do modo de habitualiter nolito et actu cōditionaliter
eueniēte: licet tamē abſolute volito cōtra conditionē habi
tualem. Tertio modo: q̄a diſcōueniēs volūtati vt natura.
Quarto modo: quia diſcōueniēs appetitui ſenſitiuo: cui
cōiungit̄ volūtas nō habituata ſeu inclinata ad oppoſitū
vehementius/ q̄ ſit inclinatio eius ad appetitū ſenſitiuū.

¶ Primis duobus modis cōſentit Ockā tāq̄ veris ⁊ cer
tis:ſed vltimis duobus modis diſſentit. Nam videtur eſſe
cōtra experientiā.ſeipm em̄ volūtarie interimēs nō triſtaꝛ
ſm volūtatem:licet doleat ſm ſenſum:q̄uis corruptio il/
la ſit volūtati diſcōueniens vt nature. Itē apl'i gaudentes
ibāt a cōſpectu cōcilij:qm̄ digni habiti ſunt ꝓ nomine ieſu
cōtumeliā pati. Actuū.v.et tamē paſſio illa fuit diſcōueni/
ens nature. Sic beata Agatha gloriāter et cum leticia ibat
ad carcerē. Et generaliter ſancti martyres nō cum triſticia
volūtatis:licet cū pena ſenſus paſſi ſunt:ſed cum gaudio.
Nō autē ſtant ſimul triſticia ⁊ gaudiū de eodē obiecto ⁊ in
eodē ſubiecto:nec pōt dictū illud ꝓbari niſi ꝑ experientiā
ſicut nec aliter improbari. Et qm̄ de hoc nō eſt habita aliq̄
experiētia:ſed magis ad oppoſitū:ideo videꝛ volūtarium
¶ Ad rationē ꝓ tertio modo de ſancto Aug.diciꝛ:ꝙ eſto
ꝙ nō poſſit velle miſeriā:et ꝑ hoc nō poſſe gaudere de mi/
ſeria:quia deficit actꝰ volūtatis elicitꝰ:puta velle quē ha/
bere nō poteſt reſpectu miſerie:non ſequiꝛ ꝙ neceſſario tri
ſtetur de miſeria:niſi diceretꝛ ꝙ oſtēſa miſeria neceſſario eli
ceretur nolle eiꝰ:et ita autoritas magis eſt ad oppoſitum.
¶ Ad aliud pro quarta via de corrupta violēter dici poteſt
dupliciter. Uno modo ꝙ talis licet delecteꝛ ſm ſenſum ta/
ctus:nō tamen ſm volūtatē niſi libere de nouo cōſentiret.
Hanc ſolutionē tāgit Sco.ipſe. ¶ Aliter poteſt dici: ꝙ vo
litiōes ſurrepticie nō ſunt in poteſtate voluntatis:ſed cau
ſantur naturaliter ex apprehēſione intellectꝰ ⁊ a volūtate:
⁊ poſtea eadē naturalitate ac neceſſitate cauſant delectatio
nē. Eſt tamē opinio Sco.valde ꝓbabilis et cōſona ceteris
doctoribus:etiā principijs Ockā. Nec eſt certū Ockā te/
nuiſſe oppoſitū:q̄a nō inueniꝛ in operibꝰ ſuis: ſed in qua/
dā additiōe vltime.q.ſui tertij:neſcio ꝑ quē facta. ¶ Cōſe
E quēter notandū:loquēdo de portiōe ſuperiori ſtricte et vt
libera:ſic portio ſuperior non poteſt ordinate triſtari:quia
tale triſtari ſequiꝛ ad nolle deū in ſe: vel ad nolle aliquā ꝑ/
fectionē intrinſecā ſibi ineſſe:cū portio ſuperior illo modo
nō habet ꝓ obiecto niſi deū in ſe ⁊ ad ſua intrinſeca:reſpe/
ctu cuiꝰ obiecti nullū nolle poterit eſſe ordinatū:immo ta/
le nolle deū eſſe aut nolle ꝑfectū eſſe:qđ eſt nolle ꝑfectiōes
intrinſecas ſibi ineſſe:adeo eſt inordinatum:vt dicit Sco.
diſt.preſenti:ꝙ forte eſt pctm̄ in ſpiritūſanctū ⁊ vix dānati
ſic peccāt:quia ſi nolūt deū eſſe iuſtū: nō tamē forte hoc ab
ſolute nolūt:ſed quia nolūt effectū iuſticie ſcilicet punitio
nem quā ſentiūt:⁊ hoc nō ꝑtinet ad portionē ſuperiorē ſtri
cte ſumptā. Loquendo aūt de portiōe ſuꝑiore ſcđo modo:
ſic de tribus poteſt ordinate triſtari talis portio. Primo ſci
licet de carētia fruitiōis reſpectu obiecti eterni. Secūdo de
peccato ſui vel alterīꝰ volūtatis. Tertio de alijs malis ſuo
ſuppoſito vel alijs ꝑſonis ſibi dilectis cōueniētibus. Et pa
tet ordo:quia ſicut ſuperior portio large ſumpta p̄mo vult
ſuā fruitionē reſpectu dei. Scđo vult iuſticiā quācunq̄ʒ ad
fruitionē ordinatā:et hoc vel in ſe vel in alio. Tertio vult
ſm regulas eternas bona media ⁊ minima ſibi ⁊ alijs in or
dine ad maxima:ita habet nolle reſpectu oppoſitorū: ⁊ ita
triſticiā de illis ſi accidāt. Et tantū de articulo p̄mo termi/
Artic. 2. norū declaratiuo. ¶ Quantum ad ſecundū articulū:quia
F queſtio q̄rit duo. Primū: vtrū chriſtꝰ ſm quālibet partem
anime habuit triſticiā ſeu dolorē. Secundū/vtrū dolor ille
vel triſticia fuerit maximꝰ vel maxima. Secūdum hec di/
uidiꝛ articulus ille in duas partes:in prima ponūtur ꝯclu/
ſiones ad primū queſitū reſpōſiue:in ſecūda ad ſecūdum.
Cōcl. 1. ¶ Quantū ad partē primā ponūtur cōcluſiones nouem.
¶ Prima. In parte anime chriſti ſenſitiua fuit verꝰ dolor
⁊ ſenſibilis pena. Patet illa cōcluſio ꝑ magiſtrū ⁊ auto. in
textu allegatas. Patet etiā ratiōe. Nā obiectū approxima/
tum tactui chriſti ⁊ ſuo appetitui ſenſitiuo/erat diſcōueni/
ens ſenſui:⁊ ille ſenſus erat ꝑfecte ꝑceptiuus:quia ſm pro
portionē diſpoſitiōis boni corporis: eſt diſpoſitio exiſtētie
tactus.ij.de anima. Et illud corpus fuit optime cōplexio/
natū: vtpote ſpeciali ſpūſſancti operatione de puriſſimis
ſanguinibus virginis formatū;vt dicit Dam.ſicut et aīa il

lius corporis erat ꝑfectiſſima:et ꝑ cōſequēs ex approxima
tione diſcōueniētis ⁊ leſiui tactus ꝑcipiētis:ſecutus eſt do
lor ⁊ ꝑceptibilis pena. Tenet cōſequētia: quia his modis
naturaliter ⁊ neceſſario induciꝛ dolor ⁊ pena in partē ſen/
ſitiuā:vt patet ex articulo primo. ¶ Scđa cōcluſio. In ſen Cōcl. 2.
ſitiua chriſti parte fuit dolor tantū de ꝓprij corporis leſio/
ne. Patet hec cōcluſio:quia ſenſus tantū ꝑcipit incōueniē
tia ſui ſuppoſiti vel partis eiꝰ et nō extrinſeca: ergo nec do
let niſi de diſcōueniētibꝰ ſupopſito aut parti eiꝰ:hec aūt ſūt
leſiua corꝑis:ergo ⁊c. ¶ Tertia cōcluſio: ſm primā viam Cōclo. 3.
(opinionē ſcilicet Sco.)cui ſatis cōſentire videꝛ Alex.de G
ales ⁊ ſanctꝰ Bonauen̄.ac Tho. Uoluntas chriſti vt natu/
ra ſimilieer vt ſenſui cōiuncta de eiſdē triſtabaꝛ de quibus
dolebat potentia ſenſitiua. Hāc cōcluſionē ſic ꝓbat Scotꝰ
quia ſi ſenſu vehemēter patiente ac delectabili vel triſtabi
li intellectus poſſet eſſe in vſu ſuo:naturale eſſe videꝛ vt ve
hementer cooperareꝛ illi potētie inferiori:⁊ volūtas cōpa
tiatur delectādo vel ꝯtriſtādo ipſi appetitui ſenſitiuo iuxta
modū tactū in tertia via. Sic igiꝛ ad ꝓpoſitū: cū in chriſto
ratio ꝑmāſit in ſuo vſu:⁊ volūtas nō fuit abſorpta a dolore
appetitus ſenſitiui:⁊ intellectꝰ per cōſequēs intuitiue do/
lorē illū apprehendit:⁊ volūtati oſtēdit:illa volūtas cōdo
luit quia naturaliter inclinabaꝛ ad oppoſitū: q̄ inclinatio
ſufficit ad triſticiā ſm tertiā viā. Quod etiā ſic declaratur
quo ad viā quartā:quia affectio cōmodi q̄ eſt cōcupiſcētia
preſupponit affectionē amicitie:quia oīs cōcupiſcens bo/
nū alicui/prius vult illi bene eſſe q̄ illi cōcupiſcat aliquod
cōmodū:ergo ſi aliqua inclinatio ad ꝯmodū cōcupitū po/
teſt eſſe neceſſaria ratio cōtriſtādi de oppoſito: multoma/
gis inclinatio ad amandū illud:cui bonū concupiſciꝛ:po/
teſt eſſe cauſa triſticie de oppoſito bono ipſiꝰ amati. Sed
volūtas cū ſit appetitus principalis ꝑſone:ſumme natura
liter inclinatur in bonū cōmodū ꝑſone et appetit illud: q̄a
quādo ſunt multa in eodē:ſuperius diciꝛ principale inter
iſta multa illius ſuppoſiti. Sicut cū ſunt multe in hoīe co/
gnitiue potētie:ſuprema cognitiua ſcilicet intellectiua po/
tiſſima/diciꝛ hoīs cognitiua/vt homo. Ita ſupremꝰ appe/
titus hoīs/ſcilicet volūtas diceꝛ appetitus hoīs:ergo ſum
me naturaliter appetit bonū ꝑſone cuius eſt tanq̄ eius qđ
diligit amore amicitie:in quo fundaꝛ omnis amor cōcupi/
ſcentie:⁊ ita illū amorē amicitie neceſſario ſequiꝛ triſticia
de oppoſito: et ꝑ hoc corruptio ꝑſone neceſſario eſt triſtis
volūtati. ¶ Preterea:quia volūtas neceſſario colligatur
appetitui ſenſitiuo: ſm opinionē vie quarte in primo arti/
culo:⁊ illa colligatio fuit ꝑfectiſſima in chriſto:⁊ intellectꝰ
apprehendit illud obiectū triſtabile: quia nō fuit abſorptꝰ
nec impeditꝰ ſequiꝛ ꝙ paſſio triſticie ſiue doloris fuit in vo
luntate. ¶ Sic apparēt due vie quō poteſt poni chriſtum
doluiſſe in voluntate. Una ꝓpter inclinationē naturalē vo
luntatis ad ſalutē perſone. Alia ꝓpter colligationē eiꝰ cū
appetitu ſenſitiuo. ¶ Sed ꝯtra illā cōcluſionē eſt alia opi
nio ſupra recitata. Nam cū volūtas vt natura nō habet ali
quē actū elicitū:ideo nō eſt capax triſticie nō magis q̄ ap/
petitus naturalis alterius rei inſenſibilis. Res em̄ ſenſibi
lis habet naturalē appetitū ad ſui eſſe: per quē etiā reſiſtit
naturaliter corrūpenti:ſed quia nō habēt aliquē actū elici
tum ex eoꝝ corruptione nō habēt triſticiā nec dolorē.idem
videꝛ de volūtate vt eſt appetitus naturalis. Sed ad illā
replicā:⁊ vt melius intelligaꝛ illa opinio(quantū ego ca/
pio ſi non erro)nō vult illa opinio ꝙ volūtas vt natura nō
habeat aliquē actū reſpectu leſionis ꝑſone vel doloris ſen
ſus:ſed ꝙ nō habet vt natura actū elicitū/liberū ad primā
oſtenſionē intellectus. Habet tamē quoddā nolle reſpectu
leſiōis ⁊ doloris: quod in ea naturaliter ꝓduciꝛ ab appre/
henſione intellectus/reſpectu cuius volūtas nō eſt libera:
ad quā nolitionē leſionis(que tamē ineſt)ſequiꝛ triſticia
naturaliter in voluntate:ſicut infra habeꝛ diſt. xxiij.q.j.in
tertio dubio. Etiā ſi volūtas fuerit cōcauſa nō tamē libera
ſed naturalis:⁊ ideo nō diciꝛ actus elicitus:⁊ per hoc dici/
tur/ꝙ nō eſt ſimile de volūtate vt natura ⁊ de appetitu na

turali rei inſenſibilis. Nam appetitus rei naturalis: quia
non requirit preuiā cognitionē rei appetēde: ideo nullum
habet reſpectu eius actū: neqꝫ paſſionē triſticie vel doloris
Sed volūtas vt natura habet vel habere poteſt preuiā co-
gnitionē obiecti: ideo habet actū reſpectu eius non libere
elicitū: ſed vel a ſola apprehēſione vel ab ea cōcauſante vo
luntate nō libere: ſed naturaliter ꝓductū: quē etiam ſequi
tur in volūtate naturaliter paſſio triſticie. Vel poſſet dici:
ꝙ ſtatim ad apprehenſionē obiecti diſcōueniētis ſequit̄ in
volūtate triſticia nullo actu volūtatis medio: ſicut dictum
eſt de dolore ſenſus. Si vero intellectꝰ leſionē perſone aut
dolorē non apprehēderet: vt ſi tantꝰ eſſet vel tanta ꝙ vſum
rationis impediret: tūc neqꝫ dolor neqꝫ triſticia in volūta-
te generaret̄. ſicut nec in appetitu naturali rei inſenſibilis.
Cōcordat Gregorius diſtin. j. primi libri. q. ij. articulo. ij. ꝙ
Cōcl. 4. volūtas non omnē actū libere eliciat. ¶ Cōcluſio quarta.
B Sicut volūtas chriſti vt libera: ſm portionē eius ſuperio-
rē ſtricte acceptā nō habuit dolorē vel triſticiā: ita parifor-
miter ſm eandē largius ſumptā de fruitionis carentia: aut
peccato ꝓprio nullā habuit penā. Prima pars patet: quia
nihil inordinatū fuit in chriſto: ſed in portiōe ſuperiore ſtri
cte ſumpta vel libera nō pōt eē triſticia ordinata: vt patuit
notabili vltimo articuli pmi: igit̄. Scđa pars ꝯcluſionis ſi
militer ꝓbatur: quia carētia viſiōis nolita nō euenit in mor
te ipſi chriſto: quia nō fuit cōgruū vt ipſe minus cōiungere
tur fini per fruitionē: per illud ſcilicet mortē/per quod me
ruit alios fini cōiungi. Fruebat̄ ergo etiā in morte diuina
eſſentia: et ita fruitione nunq̄ caruit. Nō etiā pro peccato
proprio nō habuit penā/manifeſtū eſt: quia nullū peccatū
fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Eſaie. liij. ⁊. j. Pe.
ij. Eum aūt qui nō nouerat peccatū ꝓ nobis fecit peccatū
deus/id eſt ſacrificiū pro noſtris peccatis: vt nos efficere-
mur iuſticia dei in ipſo. ij. Corinth. v. ¶ Quinta cōcluſio.
Cōcl. 5. Chriſtus ſm portionē ſuperiorē large acceptam nō habuit
triſticiā de morte ac paſſione ſue pſone: nec mēbrorꝝ ſequē-
tem nolitionē corū abſolutā. Probat̄: quia reſpectu illorū
nō habuit nolitionē abſolutā: ergo nec triſticiā illā preſup
ponentē. Cōſequētia nota. Antecedēs ꝓbat̄ quoad paſſio
nē propriā: quia ſicut ratio ſuperior nō potuit pro tūc mor-
tem chriſti eiuſqꝫ paſſionē/referendo ad vltimū finem iudi
care malā: ſed determinate bonā: eo ꝙ vel imediate ordina
batur in finē vltimū: propter eius virtuoſitatē velle pati et
mori. Vel mediate/mediāte ſcilicet ſalute humana: ꝓ qua
procurāda fuit mors volita: ita volūtas ſuperior vt libera
nō potuit ordinate illam pro tūc nolle: ſed abſolute velle.
Non eñ tunc recte noluiſſet: quia cōtra rationē rectā: ⁊ ita
nec de illa triſtari triſticia abſolutū nolle liberū cōſequēte.
Patet etiā de paſſione ⁊ pena mēbrorꝝ/apoſtolorꝝ ſcꝫ ⁊ cete
rorū fideliū: q̇a illas relatas ad vltimū finē: quatenus fue-
re preuiſa a deo ⁊ determinata ſic vt fierēt ordinate nō po-
terat volūtas chriſti abſolute nolle: igit̄ nec ex eis ſic cogni
tis determinate futuris potuit cōtriſtari. Ex illo tamē non
ſequit̄ chriſtum ſemꝑ et ſimpliciter abſolute voluiſſe mori:
ſed cōditionatim ꝓ tunc: dum humanū genꝰ illo erat mo-
do redimendū poſt lapſum in peccatum. ¶ Sexta conclu
Cōcl. 6. ſio. Volūtas chriſti vt portio ſuperior large ⁊ libera triſtici
am habuit de delictis hominū atqꝫ culpa. Probat̄: quia de
infidelitate diſcipulorꝝ/ac crudelitate iudeorꝝ perſequētiū
omniūqꝫ ceterorꝝ peccatis doluit: ſm illud Ambro. ſuꝑ Lu
cam ⁊ ponit̄ in littera. Doles dn̄e nō tua vulnera ſed mea:
id eſt triſtaris de peccatis meis naturā meam vulnerātibꝰ
non de tuis: ⁊ hoc triſticia nolitionē abſolutā conſequēte.
Simpliciter enim ⁊ abſolute illa noluit q̄ cōtra diuinā vo-
luntatē fore nouit. Non eñ vult deus peccata ſub ratione
Cōcl. 7. peccati: licet ea fieri permittat. ¶ Septima cōcluſio. Chri
ſti voluntas paſſa eſt triſticiā de penis ac paſſionibus ſuis
et aliorum ſm portionē ſuperiorem: nolle conditionatum
aut habituale conſequentē. Et vocatur nolle conditiona-
tum habituale: in cuius actum voluntas prona eſt ex ſe exi
re niſi aliud obſtet. Probat̄ concluſio: quia illa portio no-
luit conditionata nolitione paſſionē: id eſt noluiſſet quan-
tum in ſe fuiſſet: ſi oīa iuſta et ꝓſpera ꝑ ſe appetibilia eque
fuiſſent: ſine ea: quod probatur duplici autoritate et ratiōe
poſt Scotū. Una eſt autoritas Augu. xiij. de trinitate capi
tulo. vij. Licet iuſtus per fortitudinē paratus ſit excipere:
et equo aīo ferre quicquid aduerſitatis acciderit: mauult
tamē vt nō accidat: ⁊ ſi poteſt facit: atqꝫ ita paratꝰ eſt ī vtrū
qꝫ: vt quātū in ipſo eſt alterū optet: alterū vitet. Et ſi qđ vi
tat incurrerit: ideo volens ferat: quia fieri nō potuit quod
volebat. ſupple quātū in ipſo fuit. Patet ergo ꝙ ita inten-
dit ſicut littera ſonat: quia per hoc probat̄ nullū quantūcū
qꝫ virtuoſum poſſe eſſe hic beatū: quia hic poteſt pati ad-
uerſa: ⁊ ita nō habere quicq̇d vult: quia alterū optat quātū
in ipſo eſt/ſcilicet proſperū. Alia autoritas phi. iij. Ethico-
rū capitulo. viij. Mors ⁊ vulnera triſtia forti ⁊ volēti erūt
Suſtinet aūt hec quoniā bonū vel nō turpe: ⁊ quāto vtiqꝫ
magis virtutem habeat omnē ⁊ felicior ſit: tanto magis in
morte triſtior erit. Tali eñ maxime viuere dignū: ⁊ iſte ma
ximis bonis priuatur ſciens: triſte aūt hoc. hec ibi. Nō nō
eſſet: niſi quantū in ipſo eſt vult oppoſitū: ⁊ tale nolle ſuffi
cit ad triſtari. Ratio ad hoc ē: q̇a obiectū patiētie nō videt̄
ſm ſe eligibile: tūc eñ nō req̄reret̄ patiētia: neqꝫ beati aliq̄
talia eligunt. Nō ergo elegiſſet chriſtus mori per patiētiā:
ſi aliter iuſticia/veritas ⁊ ſalus hoīm cōſtitiſſet. ¶ Et ſi di
ceretur ad autoritates: ꝙ loquūtur de forti moraliter: cuiꝰ
fortitudo deponit portionē inferiorē nō ſuperiorem. Illud
non obſtat: quia ſuperior ſm regulas eternas nihil aduer-
ſum videt̄ iudicare eſſe eligibile quantum in ipſo eſt: quin
oppoſitū eſſet eligibilius ſi illud iuſticia nō vetaret: alioq̇n
qualiter alligati ⁊ iuncti fini vltimo vt beati nihil eligunt
aduerſum. Hec omnia Sco. ¶ Octaua cōcluſio. Volun-
tas chriſti vt libere portio inferior de eiſdem triſtata eſt vo Cōcl. 8.
litione conditionata de quibus ⁊ ſuperior. Patet cōcluſio I
per eaſdē autoritates ⁊ rationes quibus ꝓbatū eſt de por-
tione ſuperiore. Ille eñ hoc ipſum magis oſtendunt de in
feriore q̄ de ſuperiore. ¶ Cōcluſio nona ⁊ probabilis. Vo
luntas chriſti vt libera nō eſt contriſtata ſm portionem in- Cōcl. 9.
feriorem de morte ſua et paſſione tanq̄ de nolito abſoluta
nolitione. Probatur concluſio: quia portio inferior nō ab-
ſolute noluit mortē ⁊ paſſionē: ergo. Cōſequētia nota. An
tecedens probatur: quia eadē potentia circa idem obiectū
nō poteſt habere actus oppoſitos maxime quorū alter ſit
in ſummo. Sed portio ſuperior ⁊ portio inferior ſunt vna
potētia ſm beatū Augu. xij. de trinitate. cap. iiij. ⁊ oſtēſum
eſt in ſcđo diſt. xxiiij. Superior autē intellectiua in ſummo
dictat ipſam paſſionē eſſe volēdā: et ſuperior portio quātū
ad volūtatē ſumme vult: ergo inferior nō poteſt nolle. Itē
oppoſita demōſtrari nō poſſunt: ſed alterū tantū ſophiſti-
ce arguetur. Ergo ſi ratio ſuperior hoc eſſe volendum de-
monſtrat: ex nullis ꝑncipijs niſi ſophiſtice pōt inferior ar-
guere hoc eſſe nolendū aſbolute. Ratio autē xpi errare nō
potuit nec ſophiſmatibus illudi: ergo inferior portio ratio
nis concludere non potuit mortem eſſe nolendam: et per
cōſequens nec inferior voluntatis portio que a ratione nū
q̄ diſcrepabat: mortē abſolute non potuit nolle: quod ra-
tio nō potuit dictare. ¶ Dixi notāter ꝓbabiliter: quia op-
poſitum illius concluſionis quidā videntur defendere di
centes: ꝙ portio inferior abſolute noluit iſtam penam: nō
ſic ſuperior. Unde aiunt ꝙ portio inferior conſiderat paſ-
ſionem abſqꝫ ordine ad finem vltimum: quia ſub illa circū
ſtātia conſiderare ē rationis ſuperioris. Circunſcripta au-
tem hac circunſtantia non eſt volenda: ⁊ ita nec voluntas
illa vult eam. Et quia non vult eam que tamen euenit: ſeq̄
batur triſticia tanq̄ de nolito abſolute in iſta portione: et
ita ex alia cauſa q̄ in portione ſuperiore. Ambas iſtas opi-
niones late proſequitur Scotus diſtin. preſenti. Primam
tamen prefert ſecūde tanq̄ magis probabilē: ſm quam eo
dem modo dicendum erit de vtraqꝫ portione ſuperiore et
inferiore vt libera ſcilicet ꝙ neutra triſtata eſt de paſſione
vt abſolute nolita. Utraqꝫ vero de ea triſtata eſt vt de no-

lita ex conditione. ¶ Ex omnibus premiſſis poteſt breui/
ter epilogari: ꝙ chriſt⁹ ſm appetitū ſenſitiuū doluitvere ⁊
vehementer de corporis leſione. Volūtas vt natura de ea/
dem doluit tanꝙ̄ de corruptiua perſone: cuius ſalutem na
turaliter voluit tanꝙ̄ appetit⁹ principalis ꝑſonē. ¶ Etiam
doluit de eiſdem de quib⁹ ſenſus tanꝙ̄ coniunctus natura/
liter ſenſui in eodem ſuppoſito. ¶ Voluntas vt libera ſm
portionem ſuperiorem ſtricte ſumptam de nullo triſtabať.
Sed ſm portionē ſuperiorem large acceptā doluit de pec/
catis omniū hominū non ſuis: triſticia nolitionē abſolutā
conſequente. De ceteris malis pene ſue perſone ⁊ mēbroꝝ
triſtatus eſt triſticia nolitionē conditionalem cōſequente
non abſolutā. De eiſdem penis etiā triſtata eſt portio infe
Secūda pars ſe/cundi ar/ticuli. A rior: ⁊ eodem modo quo ſuperior. ¶ Quantū ad ſecundā
partem hui⁹ articuli de quantitate paſſionis doloris ⁊ tri/
ſticie chriſti. Aduertendū/ꝙ cum queriť: vtrum paſſio chri
ſti (ſub quo nomine intelligo dolorem/triſticiā/leſionem/
et quicq̄d ad penā pertinet a chriſto paſſam) vtrū inquam
paſſio chriſti fuerit maxima. Cum ſic queritur: comparatio
fieri poteſt ad paſſionem cuiuſcunqꝫ viatoris. Vel ſecun/
do ad paſſiōes viā preſentis vite excedentes vtputa dāna/
torum in inferno: aut ſatiſfacientiū in purgatorio. Simili/
ter cū deo paſſiōis magnitudine queriť: poteſt queſtio in/
telligi de magnitudine intenſiua vel extenſiua. Intenſiuā
voco paſſiōis ac pene acerbitatē: ſiue in pena ponať inten
ſio proprie dicta que fit per additionem gradus ad gradū
in eodem ſubiecto ſe vnientiū: ſiue alias augeať acerbitas
non eſt cura ad propoſitū. Extenſiuā voco pene multipli/
citatem ⁊ numeroſitatem: ſiue illa numeroſitas ſit formali
ter in doloribus et penis: ſiue in cauſis vel in obiectis aut
circunſtantia. Et patet diſtinctio: quia poteſt dolor vnus
numero de vno obiecto acerbior eſſe pluribus doloribus
de plurib⁹ obiectis: ſicut acerbior poteſt eſſe dolor de amiſ
ſione vite corporalis/ꝙ̄ dolor de amiſſione multorum tem
Cōcl. 1. A poralium bonoꝝ. ¶ Eſt ergo cōcluſio prima ad hanc ſecū
dam huius articuli partem. Minor fuit chriſti noſtri redē
ptoris paſſio/ꝙ̄ anime ſeparate in inferno aut purgatorio
Hec concluſio eſt ſancti Tho. partis. iij. q. xlvj. artic. vj. in
ſolutione. iij. rationis. Et probať: quia paſſio anime ſepa/
rate excedit omne malum huius vite: ſicut gloria ſanctorū
excedit omne bonū huius vite. Unde beatus Auguſtinus
de pena purgatorij vbi minus videť. in de vera ⁊ falſa pe/
nitentia cap̄. xviij. ait. Hic autem ignis etſi eternus non ſit
miro tamen modo eſt grauis: excellit em̄ omnem penam
quam vnꝙ̄ paſſus eſt aliquis in hac vita: nunꝙ̄ in hac car/
ne tanta inuenta eſt pena. Cuius ratio adduci poteſt: quia
paſſio anime ſeparate eſt de maiori malo clarius cognito
et in ſubiecto magis ꝑceptibili. Eſt em̄ de carentia maximi
mali beatifice viſionis et fruitionis: que ſunt maximū bo/
num creature rationali poſſibile: et tunc cum eſſet debita
⁊ cum eſt feruentius ꝯcupita: quod malum clarius cogno
ſcitur ab anima ſeparata: que tanto clari⁹ cognoſcit: quā/
to tunc immediate obiecta apprehendit: non egens ſenſu/
um miniſterio: magis deniqꝫ triſticiam percipit: ipſaqꝫ ma
gis animū affligit que immediate anime inheret non per
corporis organum. Concurrit et diuinum iudicium quod
ibi grauius ꝙ̄ hic punit. Ibi quippe arguit in furore ſcili/
cet in inferno: in ira/in purgatorio: hic vero in miſericordia
et paterno flagello. Hinc propheta orat. Domine ne in fu/
rore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miſere/
re mei domine quoniam infirmus ſum ſana me dn̄e ⁊c̄. Et
per carentiam harum circunſtantiarum in hac vita: patet
cur hic non eſt tāta triſticia de beatitudinis carentia: quia
hic debilius credita: minus cognita: tepide ⁊ minus effica
citer conſiderata: ⁊ hic indebita. Cuius etiam concupiſcen
tiam ſuperant preſentium amor commodorum et impedi/
Cōcl. 2. M unt neceſſitates huius vite. ¶ Secunda concluſio. Pena
chriſti paſſa pro redemptione humana: maior fuit intenſi
ue et extenſiue omni pena quorūcunqꝫ hominum experta
in hac vita. Iſta cōcluſio probatur ſimul de dolore partis

ſenſitiue: ac etiam de triſticia appetit⁹ intellectiui. Primo
tamen de magnitudine extenſiua: ſecundo de intenſiua.
¶ Quoad primum fuit pena chriſti inter omnes huius vi
te paſſiones/maxima extenſiue: quia prout colligi poteſt
ex doctoribus ⁊ ſanctis Alexan. Tho. Bonauen̄. ⁊ ceteris
paſſio chriſti ſe extendit ad omniū cauſaꝝ genera. ¶ Ma
gna ſiquidem fuit chriſti paſſio ꝓpter cauſam efficientem/
materialem/formalem/et finalem. ¶ Primo propter effi/
cientem/multitudinem ſcilicet cauſarum ⁊ occaſionum ad
ſuam paſſionem interiorem et exteriorem effectiue concur
rentium chriſti paſſio fuit maxima. ¶ Paſſus em̄ eſt ab om
ni conditione ſexu et ſtatu. ¶ Ab omni conditione: quia a
gentilibus et iudeis inimicis gaudentibus: amicis condo
lentibus: mulieribus flentibus: quarum cōſolationi ſe ne/
glecto intendit dicens. Nolite flere ſuper me. Luce. xxiij.
A diſcipulis etiam dormientibus pre triſticia. A cōpatien/
te matre in anima et ſpiritu cōcrucifixa. Sed a tota trinita
te patre dilectiſſimo/ſeipſo/ſpiritu ſancto. Nam pater filio
non pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illū. Rom̄.
viij. Hinc vox illa maximi doloris expreſſiua: hely hely la/
maſabathani ⁊c̄. Matth. xxvij. Tradebat iudicāti ſe iniu/
ſte. j. Petri. ij. Tradit⁹ eſt etiam a ſpiritu ſancto: qui per os
cayphe pontificis prenunciauit: quia expedit chriſtum mo
ri pro populo. Johannis. xj. ¶ Paſſus eſt ab vtroqꝫ ſexu:
mulieribus ancillis anne pōtificis/petrum ad negationē
impellentibus. et ſimiliter a viris. ¶ Paſſus eſt ab omni
ſtatu: principibus et miniſtris/ſimplicibus/doctis/⁊ ſcri/
bis/extraneis ⁊ notis/a fugientibus diſcipulis/a petro ne
gante/a iuda tradente. ¶ Secūdo chriſti paſſio fuit maxi/
ma paſſio ꝓpter cauſam materialem obiectiuā circa quā:
⁊ ſubiectiuam in qua. Magna igitur fuit propter obiecto
rum numeroſitatem. Nam paſſus eſt de omnibus que ad
eum extrinſecus pertinebant ſcilicet de peccatis ⁊ offenſa
patris: omnium generaliter quos redimere venerat. Spe
cialiter iudeorum: quibus ſe multipliciter notificauerat.
Specialiſſime diſcipulorū: quos ex omnibus in ſui fami/
liaritatem elegerat: ⁊ eccleſie ſue quaſi fundamenta ſolida
deputauerat. petri negantis: iude tradentis: et crucifigen/
tium. Pro quibus primā in cruce totius benignitatis vo/
cem ad patrem emiſerat. Pater dimitte illis: non em̄ ſciūt
quid faciunt. Luce. xxiij. ¶ Paſſus eſt etiā de proprij ſup
poſiti grauiſſimis ⁊ multiplicibus penis: videlicet ſua in/
iuſta damnatione: aceti ⁊ fellis amaritudine. De corporis
multiplici vulneratione: de innocentis anime afflictiōe: de
vite nobiliſſime amiſſione: de quibus omnibus et alijs ꝙ̄
plurimis tanꝙ̄ de obiectis nolitis ſimpliciter: vel ex cōdi/
tione: ⁊ tamen accidentibus paſſus eſt et doluit vehemen
ter. De diffamia nominis irriſionibus et blaſphemijs. De
ſpoliatione veſtis: et per hoc omnium temporalium: quia
aliud quo ſpoliari poſſet preter veſtem non habuit. Vul/
pes inquit foueas habent ⁊c̄. Matth. viij. De matris con
dolentis aſſiſtentia: de diſcipulorum deſolatorum fuga: et
de martyrum ⁊ iuſtorum perſecutione: de omnium miſeria
et tribulatione. Doluit inquā lapſum ade: per quem in vi/
te huius miſerias multiplices incidit ei⁹ poſteritas: quas
vt auferri mireretur doluit. ¶ Fuit etiā paſſio chriſti maxi
ma ꝓpter cauſam materialem in qua: hoc eſt patientis ſub
iecti totalitatem. Paſſus eſt enim in toto corpore/et omni
bus eius membris: in ſenſib⁹ ſingulis: et mentis qualibet
portione: in capite coronam ſpineam et arundinis percuſ/
ſionem: in facie ſputa et excreationes: in genis ⁊ barba ala
pas et vellicationem: in collo et dorſo colaphos ac graues
illudentiū percuſſiones: in ſcapulis crucis pondera in ma
nibus et pedib⁹ transfixa clauorum vulnera: in latere aper
turam: in corde profundam lancee fixuram: in corporis ſu/
perficie nuditatem et diram flagellationem: in oſſibus/vi
ſcerib⁹/brachijs/crurib⁹/⁊ iuncturis rigidiſſimā extenſio/
nem: et in membris vitalibus et venis totius ſanguinis ef
fuſionem. Et ꝑ hoc oſſium dinumerationem/liquefactio/
nem/ariditatem/ſitim ac nimiā ſiccitatem: ſm illud Pſal.

xxi. ex perſona chriſti. Sicut aqua effuſus ſum: et diſperſa
ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meũ tanꝗ̃ cera lique-
ſcens in medio ventris mei. Aruit tanꝗ̃ teſta virtꝰ mea: et
lingua mea adheſit faucibꝰ meis. et ſequit. Foderũt manꝰ
meas et pedes meos: dinumerauerũt oia oſſa mea. ¶ Paſ-
ſus deniꝗ eſt ſm omnes ſenſus. in oculis caligatiões ⁊ la-
chrymas: videns matris diſcipulorum ac amicorum turba-
tionem: ⁊ inimicorũ inſolentes motiones/ ludibria/ inſul-
tus et gloriationem. in auditu peccatorũ multiplicem blaſ-
phemationem: accuſantium dolos ⁊ teſtium falſitatem: in
odoratu ſputorum cadauerumꝗ fetorem: in guſtu fellis et
aceti amaritudinem: in tactu totius corporis vulneratio-
nem: aſperitatem ventoꝝ et imbrium. ¶ Paſſus eſt quoꝗ
ſm quamlibet membrorũ portionem: in ſuperiore triſtatꝰ
eſt de omnium peccatis ⁊ patris offenſione: in inferiore de
matris ac diſcipulorum amicorũꝗ compaſſione: in appe-
titu ſenſitiuo de ꝓpria corporis mortifera leſione. Hinc ve-
riſſime per ꝓphetam dixit. Repleta eſt malis anima mea
malis vtiꝗ pene nõ culpe. ¶ Tertio paſſio chriſti fuit ma-
xima quãtũ ad cauſam formalem / actuum ſcilicet ſuorum
peruerſiſſimas interpretatiões. Paſſus eſt enim in verbis
contradictores: in predicatiõe detractores: in operibus ob-
ſeruatores: in miraculis blaſphematores: in meritis ac mi-
ſericordie operibus ſcandalum accipientes ⁊ odientes: in
penis irriſores: in morte exprobratores: in ſepultura cuſto-
des: in reſurrectiõe doloſas teſtium ſubordinationes. Si-
quidem pacti ſunt dare cuſtodibus pecuniam: vt teſtaren-
tur dominũ eis dormientibus a diſcipulis fuiſſe ſublatum
¶ Quarto maxima fuit chriſti paſſio extenſiue ex cauſa fi-
nali ꝓpter fructus modicitatem qui ſequebatur. Nam cũ
pro omnibus ac toto genere humano ſit paſſus ſufficiẽter
pro paucioribus profuit efficienter: quia multi vocati/ pau-
ci electi. Et anguſtam regni viam pauci inueniunt. Mat-
thei. vij. Et hoc propter paſſionis contemptum ⁊ ingrati-
tudinem redemptorũ. De his omnibus tanꝗ̃ de ſubiectis
multiplicibus paſſus eſt dñs. ¶ Hanc extenſiuã pene ma-
gnitudinem extenderunt loci temporiſꝗ circunſtantie: nã
paſſus eſt in locis plurimis. Nam vt vult Auguſtinꝰ. Paſ-
ſus eſt in preſepio indigentiam. adde duriciem ⁊ anguſtiã
in egypto laborem ⁊ exilium: in deſerto famem ⁊ pugnam
in templo lapidum impetitionem et reſiſtentiam: in hoſpi-
tio obſeruationem malignam: in itinere fatigationem ⁊ la-
borem: in ciuitate eiectionem: in mõte precipitij conatum:
in horto ſanguineum ſudorem ac proditoris oſculum: ſed
et comprehenſionem/ ligationem/ ⁊ diſcipulorum fugam:
in atrijs pontificum alapas et illuſiones: falſam teſtifica-
tionem/ conſpuitionem ac multiplicatam percuſſionem.
In pretorio calumnioſam accuſationem/ flagellationem/
coronationem/ et crudeliſſimã mortis adiudicationem: in
caluaria expoliationem veſtium et mortale crucis ſupplici-
um. ¶ Paſſus eſt demum in omni ſue vite tempore: in in-
fantia anguſtias vteri: fetorem ſtabuli: indigentiã mater-
ni obſequij: circũciſionem ſm legem moyſi: perſecutionẽ
herodis aduerſarij: fugam in egyptũ ſub cura ioſeph iuſti
viri: in puericia et adoleſcentia labores/ abſtinentias/ vigi-
lias: quas ſcriptura non exprimit niſi in genere: ꝙ ſubditꝰ
eſſet matri et ioſeph putatiuo patri. ¶ Paſſus eſt pauper-
tatem vulpes aueſꝗ vincentem: dum filius hominis non
habuit vbi caput ſuum ſanctiſſimum reclinaret. Nec dubi-
um quin in illa etate cruciatus fuerit ſiti et fame: prolixus
in orationibus: fatigatus vigilijs et laboribus. Creſcente
vero etate creuerunt labores et abſtinentie. Nã in iuuenili-
bus annis quadraginta diebus continuo in deſerto inter
feras habitans: corpus innocens caſtigans: ſine cibo man-
ſit et potu: tentatus eſt a maligno ſpiritu: ſuper templi pin-
naculum/ ⁊ montem ductus eſt excelſum. Deniꝗ ſudores
labores/ fatigationes ſuſtinuit: in predicãdo/ currendo de
ciuitate in ciuitatem: per caſtella/ agros/ montes ⁊ maria:
vt annunciaret vitam mortuis: redemptionem captiuis:
preſtaret beneficia infirmis; atꝗ collectis diſcipulis / per

eos innoteſceret omnibus finibus orbis: in quibus pertu-
lit lachrymas in compatiendo: inſidias in colloquendo: pe-
ricula in falſis fratribus ac mille tales iniurias ⁊ cõuitia ab
inſidiantibus. Demum elaboratis omnibus ad noſtrã re-
demptionem neceſſario precurrentibus/ conſummaturus
opus noſtre ſalutis: inſtituto paſſionis ſue memoriali diui-
niſſima euchariſta: ſurgens a cena hora completorij/ tedet/
pauet/ triſtatur et factus in agone ſanguinem ſudat in hor-
to. ¶ Hora matutina/ comprehẽditur/ ligatur vt latro: ad
annam primo: deinde ad caypham ducitur/ ceditur/ mole-
ſtatur. ¶ Hora diei prima corã preſide pilato ſiſtitur et ac-
cuſatur. ¶ Hora tertia linguis iudeorum crucifigitur: nu-
datus flagellatur/ coronatur/ purpura illuſorie veſtitur. ¶ Hora
ſexta ꝯtemnitur/ eijcitur/ cõdemnatur/ cruce oneratur/ crucifigitur.
¶ Hora nona in cruce tenſus ſitiẽs ⁊ clamãs voce magna
moritur. ¶ Hora veſpertina latus lancea ꝑforatur ac de cru-
ce mortuus deponitur. ¶ Cõpletorij hora ſepelitur: ac ſe-
pulcrum poſitis cuſtodibus, clauditur et ſignatur. Ecce
nullum tempus aut etas inuenitur in qua ſalus mundi nõ
pateretur. Ex ꝗbus omnibus alijſꝗ ꝗ̃plurimis hic breuita-
tis gratia omiſſis: in alio quodã ſermone hiſtoriali latiꝰ di-
geſtis patet ꝙ paſſio chriſti maxima fuit ⁊ omnibꝰ mortaliũ
paſſionibus quãtum ad extenſiuam magnitudinem incõ-
parabilis. ¶ Sed magis hoc ipſum deduci poteſt ex paſ-
ſionis intenſiua grauitate et incomprehenſibili acerbitate
Fuit enim dolor patientis ieſu acerbiſſimus tam exterior
ꝗ̃ interior. Exterior propter corporis chriſti teneritudinem
optimam complexionem: etatis vigorem: propter que pe-
ne fuerunt magis ꝑceptibiles ⁊ ita doloris acerbioris cau-
ſe. Sed et propter mortis genus quod fuit turpiſſimum/
acerbiſſimũ/ diuturnũ. Quid enĩ turpius ꝗ̃ vniuerſorum
iudicem mortis ſententia condẽnare: celi terreꝗ regem il-
ludere: ſummum pontificem crucifigere: mundi conditorẽ
in loco caluarie deſpectiſſimo ac latronum medio et male-
dictionis ligno ſuſpendere: innocẽtiſſimũ dñm ac ſummo
honore ſuꝑ omnia venerandũ: ab angelis ⁊ cunctis celi ci-
uibus adoratum: coram tanto populo/ toto corpore nuda-
ri. Propter quod obtenebratꝰ eſt ſol ſm Augu. vt celaret
membra creatoris. Oim conſeruatorem/ angeloꝝ hoimꝗ
cõſolatorẽ/ ab oibus in penis vltimis derelinqui. ¶ Fuit
et genus illud mortis acerbiſſimũ: quia fuerat chriſtus to-
to corpore vulneratus/ in locis maxime neruoſis: pedibꝰ
ſcilicet et manibus confoſſus/ articulatim extenſus/ ac to-
to corpore vulneratus/ nudus ſoli ⁊ ventis expoſitus. Cor-
pus pre filijs hoim ſpecioſum: quãtitate ꝑfectũ ⁊ pondero-
ſum: tribꝰ tantũ vel ſm alios quattuor clauis ferreis ſuſtẽ-
tatũ. ¶ Fuit etiã pena diuturna: qm̃ ab agonia ⁊ mortali
anguſtia ſanguineũ ſudorẽ in horto ꝑmi cõpletorij hora in
terrã fundere cepit. Et ad nonã horã diei ſequẽtis penarũ
cõtinua ſucceſſione carũꝗ grauatione perdurauit. ¶ Et
ꝗ̃uis paſſio chriſti exterior grauiſſima fuit corporis et ſen-
ſu nimium doloroſa: fuit tamẽ interior triſticia in parte ra-
tionali maior ⁊ excellentiſſima. Nã fuit de ſumme nolito. ſ.
patris offenſa ⁊ cotẽptu: ꝑ peccata oim tũc preſentiũ/ pre-
teritorũ et futuroꝝ. Nunꝗ̃ aliꝗs conuerſorũ tantã habuit
cõtritionẽ et triſticiã de peccatis ꝓprijs: quãtũ in illa hora
ſatiſfactionis dñs habuit ꝓ pctis ſinguloꝝ. Sua enĩ cõtri-
tione ꝓ nobis aſſumpta oim pctã ſufficiẽter deleuit: ⁊ om-
nẽ penã ꝓ eis debitã ſoluit. Legimus tamẽ nõnullos pro-
pter vehementiã cõtritiõis ſubito extinctos: quorũ tamen
cõtritio ad intenſionẽ triſticie chriſti nõ ꝑuenit. Quis enĩ
dubitare poſſit dñm in horto/ effuſo ſudore ſanguineo pre
mentis anguſtia extinctũ fuiſſe: niſi ad vlteriora patienda
fuiſſet ꝑſeruatꝰ ſuꝑnaturaliter a patre/ ipo teſte. Triſtis eſt
anima mea vſꝗ ad mortẽ. ¶ Hanc aũt triſticiã de offenſa
patris omniũꝗ ceteroꝝ malorũ penalium ꝓprij corporis
ac omniũ hominũ ſibi in cognitione preſentium/ auxit ani-
me patientis perfectio/ ꝓpter cognitionis claritatem tam
paterni honoris ꝗ̃ contemptus ac culpe grauitatem. Et
propter triplicis amoris integritatem ſummi patris; pro

pꝛij ſuppoſiti: et totius humani generis: qui cum in chꝛi-
ſto fuit maximus: quilibet in genere ſuo de malis diſconue
nientibus dilectis et accidẽtibꝰ doloꝛ fuit maximus. ¶ Au-
cta eſt et paſſio interioꝛ ex doloꝛis puritate: propter pater-
ne cõſolationis ſubtractionẽ: ac redũdãtie gaudij ſuperio-
ris poꝛtionis pꝛohibitionẽ: ac oĩm doloꝛẽ augere valentiũ
cõſeruationẽ: et oĩm mitigare poꝛentiũ (que ceteris marty
ribus exhibuit) ſubtractionem. ¶ Aucta eſt quoqꝫ ꝓpter
agẽtium ſubitationẽ. Nã quo actio cõtrarij velocioꝛ: eo do-
loꝛ inflictus intenſioꝛ. Hinc actio ignis vehementioꝛẽ inge
rit doloꝛem ceteris elemẽtis. Fuit aũt actio affligẽs ſubita
que in breui tꝑis interuallo totũ coꝛpus lacerauit: totũ ſan
guinẽ elicuit: et tã exterioꝛa ꝙ̃ interioꝛa penis ac doloꝛibus
repleuit. ¶ Itẽ aucta eſt ꝓpter volũtariã maioꝝ doloꝛis ⁊
triſticie: quam exterioꝛa affligẽtia inferre naturaliter pote-
rãt: aſſumptionẽ. Nã ſm beatum Tho. par. iij. q. xlvj. ar. vj.
Dñs aſſumpſit doloꝛẽ volũtarie ꝓpter finẽ liberationis ho
minũ a pctis: ideo tantã doloꝛis quãtitatem aſſumpſit: que
eſſet ꝓpoꝛtionata magnitudini fructus inde ſecuti: ſcilƺ re-
miſſionẽ oĩm peccatoꝝ cũctoꝝ hominum. Unde aſſumpſit
triſticiã et doloꝛẽ maximũ quãtitate: regulã tñ rõnis nõ ex-
cedentẽ. Et ꝙ̃uis minoꝛ doloꝛ ſatiſfeciſſet pꝛo pctis oĩm ho
minũ ꝓpter perſone infinitatẽ hũc patiẽtẽ: voluit tamẽ ge
nus humanũ redimere: nõ poteſtate ſed iuſticia. Ideo non
ſolũ attendit quãtã virtutem haberet doloꝛ eius ex diuini-
tate vnita: ſed quãtus ſufficeret ſm humanã naturã ad tan
tã ſatiſfactionẽ. Unde in flagellatione vltra doloꝛẽ quẽ fla-
gella ex vehemẽtia et percuſſione flagellãtium intulerunt:
dñs ſponte maioꝛẽ aſſumpſit: et ſic ſuo modo de alijs/ coꝛo
na/ clauis/ ⁊ ceteris affligẽtibus intelligendũ eſt. Ex quibꝰ
patet: ꝙ nullus vnq̃ moꝛtalis tantũ doloꝛẽ eſt expertus: li-
cet quidã martyꝛũ aſſati: vt laurẽtius/ vincẽtius: quidã arti
culatim dimẽbꝛati ſint vt quintinus: alijſqꝫ hoꝛribilibꝰ pe-
nis varij ſint extincti: que pene videtur cruce foꝛe ſeuioꝛes:
oĩbus tñ pꝛedictis ſimul iũctis/ patet exceſſus pene chꝛiſti
ſup oẽs allegatas martyꝛũ penas: maxime ꝓpter interioꝛẽ
triſticie puritatẽ: ſpontaneũ earũ augmentũ: et ſatiſfactio-
nis pꝛopoꝛtionẽ ſm diuinã iuſticiam: et cetera ſupꝛadicta.

Artic. 3. ¶ Quãtum ad tertiũ articulũ eſt pꝛimũ dubiũ: vtrũ in in-
Dub. 1. ſtãti moꝛtis fuerit maxima triſticia in ſenſualitate xp̃i: tunc
N enĩ fuit maxima leſio ꝑſone ꝓpter quã deſijt eſſe hõ. Rñde
tur ſm aliquos ꝙ ſicut aĩe in moꝛtis inſtãti datur impecca
bilitas: ita et impaſſibilitas. Qđ ſi etiã verũ eſt: de aĩa chꝛi
ſti dicit̃ ꝙ in moꝛtis inſtãti nõ fuit maximus doloꝛ: ſed priꝰ
triſtabatur de moꝛte certiſſime cognita. ¶ Si di. Nõ ſciuit
futurũ contingẽs niſi viſione in verbo: ergo nec de illa tri
ſtabat̃/ niſi ſm voluntatẽ vt ei oſtẽdebat̃ in verbo. Iſta au
tẽ volũtas pertinet ad poꝛtionẽ ſuperioꝛẽ: non ergo de hac
moꝛte doluit ſm ſenſum. ¶ Preterea illa viſio eſt beatifi-
ca: igitur nõ eſt alicuius doloꝛis aut triſticie cauſatiua. Re
ſpondet̃: ꝙ non ſolũ moꝛtẽ ſuã cognouit viſione in verbo:
ſed etiã illã oſtẽdere potuit poꝛtio inferioꝛ intellectus. Nec
hoc ſolũ: ſed etiã imaginatiua potuit iſtã vt terribilẽ imagi
nari: et ita appetitus illius partis ſenſitiue potuit timere.
Poteſt tñ dici: ꝙ ſi in alijs aĩalibꝰ nõ eſt paſſibilitas in moꝛ
tis inſtãtia: tñ nõ ſic in aĩa chꝛiſti: in qua oẽs vires ac poten
tie fuerũt ꝑ ſpeciale miraculũ cõſeruate in ſuis operationi-
bus perfecte vſqꝫ ad aĩe ſeparationem incluſiue: ſicut ⁊ aĩa
chꝛiſti fuit plena ſapiẽtia ab inſtãti ſue conceptionis. Pꝛo-
pter qđ ſola aĩa chꝛiſti ſenſit: et cõſequẽter ſm rationẽ intui
tiue appꝛehendit moꝛtis amaritudinẽ. Et ideo doloꝛ maxi
mus fuit in ſenſu: et triſticia grauiſſima in rõne: qđ de nul-
lo alio moꝛiente credendũ eſt: qm̃ in ceteris oĩbus ante in-
ſtãs ſeparationis aĩe iam oꝛgana ſenſuum deficiũt: et ceſſat
operatio oĩs ſenſitiua: et ꝑ ꝯñs deficit cognitio intellectus
rerũ ſenſibiliũ intuitiua. Et ex hoc patet doloꝛem moꝛtis ⁊
triſticiã in voluntate cõſequentẽ exceſſiſſe doloꝛẽ ⁊ triſticiã
oĩm hoĩm viatoꝝ: eo ꝙ nullus ceteroꝝ doloꝛẽ hunc qui ma
Dub. 2. ximus eſt: ſentit nec percipit. ¶ Dubitatur ſcđo: quõ doloꝛ
O chꝛiſti potuit eſſe maximus: cũ tñ doluit ſm ſenſum: et tri-
ſtabatur tñ ſm poꝛtionẽ inferioꝛẽ nõ ſuperioꝛẽ ſtricte acce
ptam. Reſpondetur bꝛeuiter: ꝙ doloꝛ ac triſticia in moꝛte
chꝛiſti de malis ꝑſone ſue fuit maximus omniũ viatoꝝ eiuſ
dẽ generis: ita ꝙ nullus viatoꝛ tantum doluit de moꝛte ſua
ac triſtabatur quantũ chꝛiſtus. Fuit tamen alia triſticia ma
ioꝛ ſcilƺ de offenſa patris vt dictum eſt: que fuit in poꝛtione
ſuperioꝛe large. In poꝛtione enim ſuperioꝛe ſtricte ſumpta
nõ poteſt eſſe doloꝛ ſeu triſticia oꝛdinata/ vt dictũ eſt. Ma-
xima autem quantitas paſſionis chꝛiſti: non ex vno tantũ: Dubi. 3.
ſed ex omnibus ſimul que paſſus eſt colligitur. ¶ Dubita- P.
tur tertio: quomodo ſimul eſſe potuit in chꝛiſto ſumma tri
ſticia et ſummum gaudium: cum illa ſint contraria in eodẽ
ſubiecto: non obſtante reſpectu cuiuſcũqꝫ obiecti: quia ob-
iectum habet ſe ad doloꝛem/ triſticiam et gaudium vt cau-
ſa efficiens. Sed contraria repugnant in eodem ſubiecto/
non curando a quibuſcunqꝫ cauſis ſiant ſicut caloꝛ et frigi
ditas/ albedo et nigredo ſemper repugnant in eodem ſub-
iecto: ſiue ſiant ab igne: ſiue a ſole: ſiue quocunqꝫ alio agen
te. ¶ Preterea etſi non eſſent contrarie dum ſunt diuerſo-
rum obiectoꝛum: tamen ſm phũm. vij. Ethicoꝝ. c. vltimo.
Delectatio vehemens expellit triſticiam: non tñ oppoſitã:
ſed etiam contingẽtem. Gaudium autem in anima chꝛiſti
fuit ſummum: quia beatificum: ergo nõ compatiebatur ſe-
cum aliquam triſticiam. ¶ Item potentie impediunt ſein-
uicem in actibus ſuis: vt patet in raptu pauli: qui ꝓpter ar
cana illa que vidit: nõ ſine maximo gaudio neſciuit an eſſet
in coꝛpoꝛe vel extra coꝛpus: ⁊ ſi ſic ſe impediunt diuerſe po
tentie: quanto magis eadem potẽtia reſpectu diuerſoꝛum.
¶ Item maioꝛ eſt triſticia de obiecto ſimpliciter nolito ac-
cidente ꝙ̃ de volito ſimpliciter: et tñ ex conditione noli-
to. Sed paſſio chꝛiſti fuit ſimpliciter volita et nolita ex con
ditione. ſimpliciter ſi fuiſſet nolita ſm omnes poꝛtiones ⁊
vires fuiſſet maioꝛ: quia virtus vnita maioꝛ eſt ſe diſperſa.
Minoꝛ per pꝛopoſitionem ſeptimã de cauſis. ¶ Preter-
ea gaudium ſequitur coꝛdis dilatatio; triſticiam vero coꝛ-
dis conſtrictio: non poteſt autem ſimul coꝛ dilatari et con-
ſtringi. ¶ Ad dubium reſpondetur ꝙ gaudium ⁊ triſticia
reſpectu diuerſoꝛum obiectoꝛum non ſunt contraria: ſicut
nec ſcientia et ignoꝛantia. Cõtrariãtur autem reſpectu eiuſ
dem: ſicut ſtant ſimul gaudium de deo/ ⁊ triſticia de pecca
tis: ſicut ſimul ſtant amoꝛ dei et odium peccati. ¶ Conſe-
quenter dicitur/ ꝙ licet cauſe diuerſe efficientes nõ tollant
repugnantiam effectuum: dummodo ſunt pꝛeciſe cauſe et
non obiecta. In pꝛopoſito autem obiectum non tñ eſt cau
ſa efficiens: ſed etiam obiectiua a quibus vt talibus eſſen-
tialiter dependet gaudium et triſticia: ſimiliter quãdo per
diuerſas cauſas non immutatur ſpecies effectus: tũc diuer
ſitas cauſarum non tollit cõtrarietatem et repugnantiã: ſi-
cut omnes coloꝛes: ⁊ ſimiliter omnes albedines vndecũqꝫ
pꝛoducãtur ſunt eiuſdem ſpeciei: ſecus ſi variatio cauſarũ
variat ſpeciem effectuum: ſicut in pꝛopoſito diuerſitas ob
iectoꝛum variat ſpeciem cognitionum et affectionũ: ⁊ per
conſequẽs paſſionum ſequentium. Huic cõcoꝛdat ſanctus
Bonauen. diſt. xvj. ar. v. et addit ꝙ triſticia et gaudium nõ
tñ non ſunt contraria: ſed etiam vnum eſt materiale. i. ob-
iectum alterius: et ideo ſimul ineſſe poſſunt eidem ſicut in
penitẽte/ qui ſimul dolet de peccatis: et gaudet de doloꝛe:
ſic et anima chꝛiſti ſm naturam coꝛpoꝛi compatiebatur: et
de compaſſione letabatur. Et ſubdit. Chꝛiſtus fuit verus
compꝛehenſoꝛ et verus viatoꝛ: ita ꝙ viatoꝛis cognitio non
impediebat cognitionem compꝛehẽſoꝛis: nec affectio affe-
ctionem: et hoc fuit in chꝛiſto ſingulare pꝛopter officiũ me
diatoꝛis quo debebat experiri diuina et humana. Unde ſi
cut ſimul et ſemel poterat conuerti ad deum et ad nos: ita
ꝙ vna conuerſio aliam non impediuit: ita potuit ſm can-
dem partem anime ſimul et ſemel gaudere in deo ⁊ compa
ti coꝛpoꝛi ſuo: ita ꝙ nec doloꝛ a gaudio nec gaudium a do-
loꝛe minueretur. Hec Bonauen. ¶ Ad illud quod argui-
tur in oppoſitum ex philoſopha. vij. Ethico. dicendum ꝙ
verum eſt de facto/ ꝙ delectatio magna excludit triſticiam

contingētem/ propter colligantiam potētiarum adinuicē: tāta enim poteſt eſſe delectatio in vna parte anime: ꝙ excludit vſum alterius partis anime. Licet aūt in propoſito fuit maximū gaudiū in portione ſuperiori volūtatis chriſti: tn̄ vt ait Sco. nō excluſit dolorē in appetitu ſenſitiuo: nec etiā triſticiam in portione inferiori: q꞉ illa delectatio non redundabat in portionē inferiorē/ ſicut nec gloria: hoc aūt fuit factum per nouā miraculū ꝙ gloria in ſuperiori portione voluntatis nō redūdabat in corpꝰ: ſed ſuſpenſa ibi fuit: vt corpus maneret paſſibile. Nec etiā redundabat in eandē potētiam/ vt comparat̃ ad aliud obiectū: vnde ſicut per miraculum erat ꝙ fuit viator ⁊ cōprehenſor: ita fuit miraculoſum ꝙ iſta gloria non redundabat in corpꝰ/ nec in vires inferiores. ❡ Sic ad aliud de raptu pauli dicit̃ ꝙ verū eſt/ ꝙ naturaliter potētia intenta vni operationi impedit aliā a ſua operatione: cōtrariū tn̄ fuit diſpēſatiue in xp̄o: vt dictū eſt. ❡ Ad aliud de obiecto ſimpliciter nolito dicit̃ ꝙ licet xp̄s non triſtabat̃ de paſſione tanq̄ de ſimpliciter nolito vt potētia libera: triſtabatur tn̄ de eadē tāq̄ de ſimpliciter nolita vt natura/ ⁊ vt appetitui ſenſitiuo cōiuncta. ❡ Itē de peccato ac diuina offenſa doluit vt libera tanq̄ de ſimpliciter nolito ſm portionē ſuperiorem. ❡ Itē magis noluit cōditionē propter quā paſſus eſt/ ſcilicet dānationē humani generis: cuiꝰ debitū incurrit propter peccatū: q̄ q̇cunqꝫ alius homo: et ideo triſticia ex omnibus his alijſqꝫ ſuprapoſitis collecta/ fuit maior omni triſticia viatoris: licet forte ipſe xp̄s maiorē aſſumere potuiſſet/ ſi fuiſſet nolita ſm omnes portiones aīe eiꝰ: ſicut arguit ſequēs argumentū. ❡ Ad illud de cōſtrictione cordis ⁊ dilatatione/ rn̄det Sco. Credo inquit ꝙ non habuit corpꝰ magis dilatatū q̄ alij: vnde pōt dici ꝙ gaudiū nō redūdabat in cor: q꞉ etiā nō redundabat in portionē inferiorē: cū gaudiū voluntatis xp̄i/ qđ habuit circa idē obiectū eternū: nō redundabat in eandē potentiā circa aliud obiectū: ⁊ hoc per ſpeciale miraculum: vt dictū eſt: ideo nec mirū ſi nō redūdabat in cor. ❡ Vel aliter pōt dici ꝙ aut gaudiū et triſticia circa cor fuerunt equalia: vel non. Si ſic: cor nec mouebat̃ motu dilatationis nec conſtrictionis: q꞉ tunc vnū impediret actionē alteriꝰ: ſicut ſi ponatur aqua ⁊ ignis penitꝰ equales ſm virtutē agendi ⁊ patiēdi: et ponatur lignū in medio: quod natū eſt pati equaliter ab vtroqꝫ: nec caleſiet nec frigeſiet. Si aūt fuerint inequalia: tunc vnū ſcilicet dolor circa cor/ dominabat̃ quantū ad eius cōſtrictionē: q꞉ gaudiū nō redundabat vſqꝫ ad cor aut corpus: vt dictū eſt.

¶ Diſtinctio. xvj.

**OStēſa dominice paſ**ſionis poſſibilitate: in hac diſtinc. xvj. agit de eius neceſſitate: cuiꝰ diſt. ſentētia in his colligit̃ ꝯcluſionibꝰ. ❡ Prima ꝯcluſio. Chriſtꝰ nō tm̄ moriēdi aptitudinē: q̄ ſine pctō fuit in ſtatu innocentie: accepit: ſed etiā neceſſitatē patiendi in anima/ ⁊ moriēdi in corpore aſſumpſit. ❡ Scđa. Chriſtꝰ patiendi neceſſitatem nō ſuſcepit ex cōditione ſue nature: ſed ſola miſericordi volūtate. ❡ Tertia concluſio. Chriſtus de quolibet hominis ſtatu ante peccatū/ poſt peccatū/ et ante gratiā/ ſub gratia/ et in gloria aliquā accepit cōditionē. De primo pcti immunitatē. de ſecūdo defectꝰ et penā. de tertio gr̄e plenitudinē. de quarto impeccabilitatē ⁊ perfectā contemplationē: nam habuit quedam bona vie: ⁊ quedā bona patrie: ſicut et quedam mala vie. Hec magiſter ſatis breuiter oſtendit ⁊ ꝓbat in textu.

¶ Queſtio vnica.

A **CIrca hāc diſtinctio**nem queritur/ vtrū chriſtꝰ ſm hominē habuit moriendi neceſſitatē. ❡ In queſtionis huiꝰ ſolutione tres erunt articuli. Primus terminos declarabit. Scđs ad queſtionē reſpōdebit. Tertius dubia

Artic. 1. mouebit. ❡ Quantū ad primū/ notandū ꝙ chriſtū habere

Nota. 1. neceſſitatē moriēdi multipliciter intelligi poteſt. Vno modo cōparando chriſtū. i. perſonā verbi ad naturā aſſumptā. et ſic eſt ſenſus/ vtrū perſona chriſti aſſumpſit neceſſario naturam mortalem. Vel vtrū perſona chriſti habuit ſimpliciter moriēdi neceſſitatē ſm aſſumptā humanitatem: ⁊ hunc intellectū habet titulus de rigore verboꝝ. Scđo modo cōparādo naturā aſſumptam ad qualitates naturā cōſequentes: ⁊ ſic erit ſenſus vtrū natura humana in chriſto conſiderata in ordine ad ſuas naturales qualitates eā cōſequētes habuit neceſſitatē moriendi. Tertio modo comparādo ſeu cōſiderando naturā humanā cū qualitatibꝰ ad gloriā: ⁊ eſt ſenſus vtrū humana natura in chriſto habens gloriā in portione ſuperiori habeat neceſſitatē moriēdi. ❡ Quantū ad primū intellectū/ qui eſt vtrū perſona chriſti aſſumpſit neceſſario naturā mortalē: aduertendū ꝙ perſona chriſti que eſt verbū: potuit aſſumere naturā humanā ſimpliciter glorioſam: qualis nunc eſt ad dexterā patris. Potuit etiā aſſumere naturā in ſua puritate ⁊ innocētia ſine peccato: quemadmodū eā de facto aſſumpſit. Potuit iterū aſſumere naturam glorioſam quantū ad partē ſuperiorē: ita tn̄ ꝙ gloria in alias partes non redūdaret/ quod ⁊ fecit. ❡ Scđo notā- Nota. 2.

dum ꝙ multiplex eſt neceſſitas. Eſt em̄ neceſſitas abſoluta vel ſimpliciter dicta: cuiꝰ ſcilicet oppoſitū includit cōtradictionem. Alia eſt neceſſitas violentie ſiue coactionis qualis eſt neceſſitas corruptionis ligni poſiti in ignē quod violēter ab igne corrūpit̃. Tertia eſt neceſſitas finis ſiue conditionata: ſic neceſſariū eſt ad finē: ſine quo finis haberi non poteſt: ſic merita ſunt neceſſaria ad btitudinē cōſequēdam: ⁊ quelibet duarū neceſſitatū vltimarū accipi poteſt ſm potentiam dei ordinatā vel abſolutā. ❡ Tertio notādum ſm Nota. 3.

B beatum Tho. in tertio ſcripto diſ. preſenti. q. j. ꝙ neceſſitas moriendi partim ineſt homini ex natura/ et partim ex peccato. Ex natura quidē: q꞉ corpus hominis compoſitū eſt ex cōtrarijs: que nata ſunt agere et pati adinuicē ſm diuerſas partes organicas: ad quoꝝ actionē ſequit̃ tandē corruptio corporis: corruptis ſcilicet qualitatibꝰ ad operationes vitales requiſitis. Itē propter cōſumptionē humidi radicalis/ et propter violētias extrinſecas: de quo in ſcđo dictū eſt latius diſt. xix. Tamen in ſtatu innocētie per donū a deo gratis datū (ſiue id fuerit lignū vite: ſiue originalis iuſticia: ſiue vtrūqꝫ ſimul) largita eſt hmōi immortalitas: nā per hoc donū potuit caueri omnis corruptio/ ⁊ ꝑ cōſequens mors: ſed propter peccatū donū illud perdidit: et ideo relicta eſt humana natura (vt dicit Diony. de eccle. hie.) in ſtatu q̇ debetur ei ex natura ſuoꝝ principioꝝ: ſm ꝙ dictū eſt Geñ. iij. Terra es/ ⁊ in terrā reuerteris. Et ideo poſt peccatū neceſſitas moriendi ineſt homini ex peccato: ſicut ex remouente prohibens donū illud/ ſcilicet vite cōſeruatiuū. ❡ His pre- Artic. 2.

miſſis quātū ad ſcđm articulū eſt hec ꝯcluſio pīma. Chriſtꝰ Cocl. 1.

C qui eſt verbū patris: non habuit ſimpliciter moriēdi neceſſitatē/ ſm aſſumptā humanitatē. Patet: q꞉ potuit nō mori: ergo non habuit abſolutā moriēdi neceſſitatē. Cōſequētia nota. Antecedēs probat̃: q꞉ potuit naturā aſſumptā perpetuo cōſeruare: nō cōcurrēdo actiue cū corrumpentibꝰ: ⁊ cōſeruando virtutes naturales/ ac qualitates in ſuo vigore ⁊ vitalibus actionibus. Potuitqꝫ ſuſpenſam glorie redūdātiā relaxare: vt influeret in virtutes inferiores: vt totū corpus eſſet glorioſum. Potuit etiam nature humane dare donum vite conſeruatiuum: ſicut dedit innocentiam/ ⁊ peccati immunitatē: et quodcūqꝫ hoꝝ feciſſet: mortuꝰ nō fuiſſet: et ſic potuit non mori: et per conſequens non habuit abſolutam moriendi neceſſitatem: ſed aſſumptam humanitatē.

❡ Secunda cōcluſio. In nullius hominis etiam peccatoris natura eſt moriendi neceſſitas abſoluta. Patet: q꞉ deus Cocl. 2.

ſicut humanitatē ſuā preſeruare potuit a morte ꝑpetuo: ita et cuiuſlibet alterius hominis: ergo nullus homo ſimpliciter habet neceſſitatē moriendi. Cōſequentia nota. Anˢ probatur: q꞉ eādē potentiā habet reſpectu cuiuſlibet creature: et oīs creatura eſt i equali obediētiali potētia dei: q꞉ equaliter deo ſubiecta. Quod ergo potuit impēdere ſue nature aſſumpte: potuit et īpēdere cuilibet nature hūane. ❡ Ter- Cocl. 3.

tia concluſio. In natura humana a verbo aſſumpta fuit

moriendi neceſſitas ſcdo ꝛ tertio modis ex potētia dei ordi
nata. Probaꝛ:q: verbū aſſumpſit naturā humanā cū gene
ralibus ſuis defectibus penalibus ſine pctō:ſed magnꝰ de
fectus fuit moriēdi neceſſitas:ergo et illum defectū aſſum-
pſit. ¶ Preterea aſſumpſit naturā humanā ſine dono vite
perpetuatiuo:et ꝑ ꝯñs potuit violētari:ꝛ ſic violentatū po
tuit neceſſario mori. Itē gloriā aīe aſſumpſit ſine redundā-
tia:idō ex hac parte natura fuit dimiſſa ſuis naturalibꝰ actio
nibus ꝛ paſſionibus ſm quas fuit mortalis: et ꝑ ꝯñs ſtāte
illa cōditione/fuit in eo neceſſitas moriēdi. Quo aūt mors
erat neceſſaria neceſſitate finis/ diceꝛ in ſequenti diſtin.xx.
Cōcl.4 D ¶ Quarta cōcluſio. Neceſſitatē moriēdi ſm humanam na
turā chriſtus aſſumpſit nulla ſua neceſſitate:ſed ſola miſeri
cordi ꝛ amoroſa voluntate. Prima pars patet:q: potuit eā
nō aſſumere:ergo non aſſumpſit neceſſario. Scdā pars pa
tet:q: ſicut naturā humanam aſſumpſit volūtarie ex nimia
dilectione generis humani: ita etiā eadē volūtate ꝛ amore
aſſumpſit cōſequētia naturā ad generis humani redēptio-
nem ꝑficiētia (ad excludendū pctm̄ nō aſſumpſit) tale aūt
erat neceſſitas moriēdi. Itē nullū miraculū verbū neceſſa-
rio operatū eſt:ſed naturā humanā aſſumptam eſſe morta-
lē fuit miraculoſum:ergo. Minor ꝓbaꝛ: q: miraculoſum
fuit ꝙ corpus: cuiꝰ aīa ſm aliquam ſui partē fuit glorioſa:
erat mortale ꝛ paſſibile. tale fuit corpus chriſti:ergo. Cōſe-
quentia nota cū minore. Maior patet:q: per nouū miracu
lū impedita ꝛ ſuſpēſa eſt redūdātia glorie aīe chriſti iā glo-
rioſe in corpus: que ſi ſue nature fuiſſet dimiſſa:redūdaſſet
in corpus:ipſumq̄ reddidiſſet glorioſum:et ꝑ ꝯñs immor-
tale/ſicut in ceteris beatis. Stāte itaq̄ hac ſuſpenſione re-
dūdātie glorie aīe chriſti in corpus:et q: nō aſſumpſit iuſti-
ciā originalē:nec lignivite virtutē/preſeruātes a corruptio
ne:corpus chriſti habuit moriēdi neceſſitatē. Hoc etiā cōfir
matur autoritate beati Aug. in de baptiſmo paruuloꝝ:vbi
expreſſe dicit/ꝙ facto illo miraculo habuit neceſſitatē mo-
riēdi. Et tātū de articulo ſcdō. ¶ Quantū ad tertiū articu-
Artic.3. Dub.1. E lū dubitatur primo/vtrū in poteſtate aīe chriſti fuit nō mo
ri ex violētia paſſionis. De verbo nō eſt dubiū:quia verbū
pōt omne viuēs conſeruare ne moriaꝛ. Et videꝛ ꝙ ſic:tū q:
aīa illa ſm voluntatē dominabaꝛ perfecte appetitui ſenſiti
uo/et oībus viribus inferioribus:q: in ipō nulla fuit rebel
lio ipſarū viriū:ergo dominabaꝛ plene ſup corpus:vt poſ-
ſet impedire oēm violentiā corporalē. Item Iohā.x. Pote
ſtatē habeo ponendi animā meam. Et premiſit. Ego pono
aīam meā et iterū ſumo eā. Nemo tollet eā a me:ſed ego po
no eam a metipſo. A meipſo dicit/non vtiq̄ a me verbo:q:
nūq̄ aīam depoſuit a ſe verbo: q: nunq̄ fuit ſeparata a ver
bo:ergo hoc dicit vt hō. Sic em̄ poſuit aīam ſeparādo eam
a corpore. Fuit ergo in poteſtate aīe ſeparari ꝛ nō ſeparari:
et hoc cōfirmaꝛ per hoc qđ ſequitur in Iohāne. Hoc mādā
tū accepi a patre meo. ſ. ponere aīam:ſed nō recepit manda
tū a patre niſi vt homo:q: in diuinitate erat equalis patri:
ergo vt hō: ꝛ minor patre ponit aīam ſuā. Facit ad idem ꝙ
cū clamore valido emiſit ſpiritū. Nō poterat aūt ſic valide
clamare/ niſi preueniſſet volens mortis horā:que accidit ex
violētia paſſionis. Ante horā ergo illā poſuit ex poteſtate
ꝓpria aīam ſuā:et eadē rōne potuit tūc nō feciſſe: nec poſt-
ea: et ita in poteſtate eius fuit mori vel nō mori ex violētia
F paſſionis. ¶ Ad dubiū reſpondeꝛ ꝑ tres ꝓpoſitiones. Pri
ma. Si aīa xpī ſibi abſolute dimiſſa fuiſſet:nō mori in eius
poteſtate extitiſſet. Probaꝛ:q: aīa chriſti fuit glorioſa quā-
tū ad portionē ſuperiorē: que gloria niſi ꝑ miraculū impe-
dita fuiſſet:redūdaſſet in corpus: ꝛ ꝑ ꝯñs in eius poteſtate
fuiſſet nō mori ex aliqua paſſionis violētia. ¶ Scdā ꝓpo-
ſitio. Stante miraculo ſuſpenſionis glorie portionis ſupe-
rioris/ non fuit in poteſtate aīe chriſti nō mori ex violentia
paſſionis. Probaꝛ:q: eius ſolius eſt immutare legē et cur-
ſum nature impoſitū: qui naturā inſtituit et ordinauit: qđ
ſolus deus fecit. Et nulla creatura corporalis/ nec ſpūalis
autoritate ſua hoc poteſt:niſi ꝑ modū orationis quō ſancti
a deo impetrauerūt fieri miracula;que tm̄ ꝓprie nō fiebant
a ſanctis:ſed a deo ad ſanctorū orationē:et ideo hoc fuit ſi-
gnū diuinitatis chriſti/ꝙ imperādo perfecit miracula:non
orando ſicut ceteri ſancti:ſed ſm legem nature inſtitutam/
mors corporis ſequiꝛ violentiā paſſionis: nā ex prima inſti
tutione nature eſt/ꝙ aliqua actiua nata ſunt dominari paſ-
ſiuis:ideo corpus alterabile ꝛ corruptibile per approxima
tionē actiui dominātis aīe chriſti/ex eadē lege corrūpiꝛ:nō
ergo fuit in poteſtate aīe chriſti non mori/illata tā violenta
paſſione. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Si chriſtus nō fuiſſet paſſus:
nihilominꝰ ſtāte lege/et glorie ſuſpēſione/ſenio fuiſſet mor-
tuus. Probaꝛ:nā omne corpus animale ꝯſeruatū nutritio-
ne tandē neceſſe eſt deficere:tū ex debilitatione potētie nu-
tritiue:tū ex impuritate alimēti:nā potētia nutritiua agen-
do in nutrimentū ad reſtaurationē deperditi repatiꝛ et de-
bilitaꝛ. Et qm̄ eſt finita:tandē deficit vt ꝯuertere nō poſſit:
ſicut docet experiētia in nobis: et hoc niſi ꝑ aliud donū pre
ſeruareꝛ: vt per lignū vite: de quo in.ij.diſt.xix. Similiter
rōne nutrimēti:quia nō quodlibet poteſt generari ex quoli
bet:ſed determinatū ex determinato: et ideo ex puriori ali-
mēto ꝛ meliori generatur melior ſanguis: ꝛ ex puriori ſan-
guine ſolidior: caro et permanētior: et ex impuriori alimēto
generaꝛ caro valde fluida. Sed alimētū chriſti reſpectu ali
menti ade in paradiſo fuit impurū ſicut ꝛ noſtrum: ꝛ ideo
ex parte alimenti non potuit fieri ita perfecta reſtauratio ſi
cut deperditio:et ideo licet tēperatiſſime vixit:ſciretq̄ quā
tum neceſſe fuerit ſumere ad reſtaurationē deperditi: tm̄ ex
cauſis dictis nō potuit fieri equa reſtauratio perditionis.
¶ Per hoc ad rōnes in principio dubij. Ad primū reſpon- G
det Sco. et bene ꝙ aīa non ſic dominabaꝛ appetitui ſenſiti
uo/ꝙ appetitus fieret impaſſibilis: q: vere doluit: vt patꝫ
ex precedenti diſtin. et ita nec corpori. Qđ vero diciꝛ ꝙ plꝰ
dominaꝛ corpori: q: corpori dominaꝛ diſpotice: appetitui
vero ſenſitiuo politice: verū eſt quantū ad potētiam moti-
uā tm̄:qm̄ anima poteſt mouere corpus ꝛ mēbra hinc et in
de localiter: et ad hoc opus et ad illud ſicut placuerit: non
tm̄ quantū ad omnē potentiā que ſe tenet a parte corporis:
immo multo minus dominatur ſuper corpus quātū ad po
tentiam vegetatiuam q̄ ſuper appetitum ſenſitiuum: quia
potentia vegetatiua eſt omnino irrationalis: ſm phm. ſ.
Ethic. non obediens in actibus ſuis anime: q̄uis enim ſit
in poteſtate anime exhibere materiam in quam agat:tamē
materia exhibita nō ſubiacet dominio anime in actibꝰ ſuis
quantum ad imperium voluntatis:ꝛ ideo ex aſſumptione
alimenti impuri ꝛ debilitate virtutis in conuertendo fuiſ-
ſet corruptio et mors ſubſecuta. ¶ Ad ſecundum de iohan
ne dicit Scotus/ ꝙ ly ego / et in ſuppoſito et appoſito ſtat
pro eadem perſona:ego ſcꝫ in ſuppoſito:ꝛ meipſo in appo
ſito:ſed non ſm eādem naturam:ita ꝙ ſit ſenſus. Ego ſup-
poſitum verbi ſm naturam diuinam/pono animam meā a
meipſo ſm naturam humanam: quia animam pono a cor-
pore nō a verbo:ita ꝙ ponere et ſeparare poteſtatiue attri-
buitur verbo: ſed ſeparare animam terminatiue vt a quo/
puta a corpore/cōuenit ſibi ratiōe humane nature. ¶ Per
hoc ad cōfirmationem dicitur ꝙ vt homo accepit manda-
tum ponendi animam. i. de complacendo et patiendo ani-
mā poni:ſed non effectiue: ita ꝙ ponere et non ponere fue
rit in poteſtate eius ſm naturam humanam: hoc enim cō-
ueniebat ſm naturam diuinam effectiue: licet terminatiue
ſm naturam humanam. Et talis expoſitio non eſt extorta:
quia eadem littera poteſt exponi partim de capite: partim
de membris ſm regulas Ticonij de expoſitione ſcriptura-
rum: ſicut hic. Qui potuit tranſgredi et non eſt tranſgreſ-
ſus. quantum ad poſſe tranſgredi exponitur de membris:
et quantum ad nō eſt tranſgreſſus exponitur de capite: ita
idem poteſt ſm aliquid exponi de chriſto: vt eſt ſuppoſitū
eternum in natura diuina: et aliquid de natura creata in
ſuppoſito. ¶ Ad aliud de clamore valido dicit Scotus/ H
ꝙ alterum fuit miraculnm/ſcilicꝫ ꝙ clamauit valide in ho
ra mortis: quia ex potentia verbi. Sed alterum/ ſcilicet ꝙ
anima fuit ſeparata per violentiā paſſionis; hoc fuit natu-

rale ſuppoſito miraculo primo de nō redundātia glorie in
corpus: qꝛ omnia que paſſus eſt: fuerūt quodāmodo mira
culoſa/ licet naturalia: qꝛ quod nō pōt fieri niſi p̄ſuppoſito
miraculo: etſi poſito miraculo poſſit naturaliter fieri: in re
latiōe tñ ad miraculū neceſſario p̄ſuppoſitū eſt aliq̄ mō mi/
raculoſum: ſic ꝙ patit̄ chriſtus ſm corpꝰ et animā ſenſitiuā
et portionē inferiorē rationis: hoc fuit ex miraculo: non no
uo ſed antiquo: quo gloria nō redundabat in corpꝰ nec in
portionē inferiorē: ideo totū qꝺ patit̄ fuit miraculoſum: et
tñ naturaliter patit̄ facto illo miraculo: ſicut cecus illumi/
natus miraculoſe facto miraculo naturaliter videt. Quod
vero anima ſeparata fuit ante horā ſeparationis ꝑ violētiā
paſſionis (ꝓpter qꝺ pilatus mirabat̄ ſi iam obijſſet. Mar.
xv.) hoc ipſum fuit miraculoſum ⁊ de potētia verbi ⁊ mira
culum nouū: ⁊ ita quantū ad horā ſeparationis verū eſt qꝺ
dicit Johā. x. Nemo tollit animā meā: ſed ego pono eā. Li/
cet etiā ſi horā nō p̄ueniſſet paſſionis: violentia tandē ſepa/
raſſet: q̄uis et textꝰ ille ſic exponi poſſet: ſm Nicolaum de
lyra. Nemo tollit eā a me: ſcilicet violenter: nō eſt ſic intelli
gendū quin ex vulneribꝰ ⁊ paſſione mortuꝰ ſit: ſed qꝛ pote/
rat perſecutores ſuos impedire ⁊ vno verbo proſternere. ⁊
ſic quod ſequit̄. Sed ego pono eā a meipſo/ interfectores
non impediēdo: imo potentiā id faciendi eis cōcedendo et
permittendo: niſi em̄ poteſtatē a deo haberent: nō poſſent
Dub. 2. facere quicꝗ̄. ¶ Scꝺo dubitat̄ vtrū paſſio xp̄i fuerit violē
J ta. Et videt̄ ꝙ ſic: qꝛ a principio extrinſeco paſſo nō cōferrē
te vim. Paſſum em̄ naturaliter ad oppoſitū inclinabat̄: vt
dictum eſt precedēti diſt. Sed in oppoſitū eſt: qꝛ tūc paſſio
nō fuiſſet meritoria: nā ſi violenta: ergo nō volūtaria: ⁊ per
cōſequēs nec meritoria. Reſpōdet̄ ꝙ violētum vno modo
opponit̄ naturali. ij. phyſicoꝝ. Alio modo opponit̄ volūta
rio. iij. Ethico. Primo modo violentū eſt quod ſit cōtra na
turalem inclinationē rei: vt motꝰ grauis ſurſum. Scꝺo mō
violētum eſt quod eſt inuoluntariū. Tunc dicit̄ accipiēdo
violētum primo modo: paſſio chriſti fuit violēta anime vt
naturaliter inclinat̄ ad perficiendū corpus. Fuit ⁊ cōtra in
clinationem naturalē corporis: vt naturaliter habet perfici
ab anima. Accipiendo aūt violentū ſcꝺo modo pro inuolū
tario/ tunc eo modo quo ſm predicta diſt. precedēti paſſio
fuit nolita: et tñ euenit: fuit violenta: ſed vt acceptata a vo/
luntate et volita ſic nō fuit violenta: de quo diſt. precedēti.
Per hoc patet ſolutio rationis ante oppoſitū: quod verū
arguit ſm primā acceptionē nōis violentū. ¶ Ad rationē
in oppoſitū que arguit ꝙ nō meritoria ſi fuit violenta: dici
tur ꝙ ꝓcedit ſm acceptionē ſecūdā violēti: et poſſet rō con
firmari: qꝛ ſi violēta: ergo nō in poteſtate aīe: et per ꝯn̄s nō
erit meritoria: qꝛ nullū neceſſariū/ et qꝺ nō eſt in poteſtate
voluntatis: eſt meritoriū. Dicit̄ igitur ꝙ volūtas pōt habe
re actū meritorium circa obiectū qꝺ nō eſt in poteſtate ſua:
immo qꝺ eſt neceſſarium impoſſibile aliter ſe habere: ſicut
pōt meritorie amare deū amore amicitie volēdo ſibi bonū/
omnipotentiā/ iuſticiā/ infinitatē ⁊c. et tñ velit nolit volun
tas amātis deus omnipotēs eſt iuſtus ⁊ infinitus: ſed me/
ritoriū eſt ſic amare complacendo in perfectionibus diui/
nis: qui amor et complacentia eſt in poteſtate voluntatis.
Actus ſiquidē meritorius: cū ſit actus volūtatis eſt in eius
poteſtate: nō obiectum. Sic martyres licet violenter occiſi
ſunt: meruerūt tñ acceptando penā ꝓpter dei honorē: ita ⁊
chriſtus meruit acceptando voluntarie paſſionem propter
bonum ex ipſa conſequens: et quia fuit placita deo: licȝ cer
to modo: fuit violenta.

## Diſtinctio. xvij.

# Poſtq̄ magiſter egit

de paſſione in ſe quātū ad eius poſſibilitatē et
veritatē. Cōſequēter determinat de eadē quā/
tū ad eius effectū: inquirendo eius meritum ⁊
vtilitatē. Et circa hoc duo facit. Primo de volūtate que eſt
merendi principium inueſtigat diſt. preſenti. Scꝺo de ipſo
merito paſſionis chriſti determinat diſt. xviij. Sententia aūt
huius diſt. in his tribus abbreuiatur cōcluſionibꝰ. ¶ Pri/
ma: ſm duas naturas in chriſto plures ſunt voluntates in
eo. ¶ Scꝺa cōcluſio. Chriſtus affectu rationis/ idē qꝺ diui
na volūtate. ſ. pati ⁊ mori volebat: ſed affectu ſenſualitatis
hec noluit: immo refugebat. ¶ Tertia concluſio. Ut mem
bris formā preberet imminēte turbatione clamandi ad do
minū: chriſtus pro eo orauit ad patrem: ꝙ illū nouerat nō
facturum. Has proſequitur latius in textu.

## Queſtio vnica.

# Circa hāc diſtinctio  a

nē querit̄/ vtrū in chriſto fuerūt plures volū/
tates ſibi in volito ſemper cōformes. Tribus
articulis queſtio abſoluet̄/ notabiliū. ſ. conclu
ſionū ⁊ dubioꝝ. ¶ Quantū ad primū notandū/ ꝙ ſicut in Artic. 1.
vna chriſti hypoſtaſi ſunt due nature vere ⁊ realiter diſtin/ Nota. 1.
cte: diuina ſcȝ ⁊ humana: vt ex ſupradictis patet: ita ꝯn̄s eſt
ꝙ in ipſa ſint vtriuſꝗ̄ nature proprietas ⁊ potentie: vt vult
Dama. lib. iij. Tamē deſcendēdo ſpecialiter ad volūtatem
aduertendū/ ꝙ nomen voluntatis accipitur qn̄ꝗ̄ generali
ter et large ꝑ quolibet appetitu/ ſiue rationali/ ſiue ſenſiti/
uo ſiue naturali. Alio modo ſtricte et ꝓprie tm̄ ꝑ appetitu
libero qui ſequitur cognitionē intellectiuā ſiue rōnis: vn/
de in hoīe tot ponūtur appetitus quot potētie apprehenſi/
ue: ⁊ ita ſicut eſt alia apprehēſiua guſtus: alia viſus: alia au
ditus: alia odoratus: alia tactus: ita eſt alia virtus appeti/
tiua ꝓpria huius ⁊ illius: alia quoꝗ̄ eſt delectatio propria
cōſequēs hāc apprehēſionē et illā: cōmuniter tñ de appeti/
tu ſenſitiuo loquimur/ ſicut de vno qui ſequitur imaginati
uā. Quia ſicut illa virtus imaginatiua apprehēdit obiecta
oīm ſenſuū et in preſentia et abſentia: ſic ſuus ꝓprius appe
titus delectatur in illis ſi ſint conuenientia: vel dolet ſi ſint
diſcōueniētia. Sed ſicut nō obſtante illo ſenſu cōi qui dicit̄
imaginatiua apprehēſiua oīm obiectoꝝ poſſibiliū/ nihilo/
minus ponūtur ſenſus particulares apprehēſiui obiectoꝝ
particulariū diſtinctoꝝ: vt viſus viſibilium tm̄: auditus ſo
noꝝ ⁊c. Sic nō obſtāte appetitu cōſequēte imaginationē:
que pōt appetere ſingula ſenſibilia ſi ſint cōueniētia: et re/
futare ac dolere ſi ſint diſcōueniētia: oportet nihilominꝰ po
nere appetitus particulares diſtinctos preter illū cōmunē
ſenſitiuum/ conſequētes particulares potētias apprehenſi
uas que dicuntur ſenſus exteriores. Et ſicut ponitur diſtin
ctio in apprehēſiuis: ſic in appetitiuis: qualis aūt ſit illa di/
ſtinctio viſum eſt in. ij. diſt. xvj. Preter aūt illas potentias
ponit̄ appetitus ſeu voluntas naturalis: de quo magis du
biū eſt an ſit diſtincta a volūtate libera vel nō. ¶ Pro quo Nota. 2.
ſcꝺo notādū/ ꝙ volūtas naturalis accipit̄ tripliciter. Uno B
modo generaliter ꝑ inclinatione naturali rei cuiuſlibet ad
ſuā ꝓpriā perfectionē: ⁊ hec inclinatio nō eſt aliquid diſtin
ctū a re ipſa: neꝗ̄ eſt aliq̄s actus elicitus: ſed eſt res ipſa na
ta ex cōditione nature recipere propriā perfectionē aut talē
producere: ſm ꝙ dꝛ: materia inclinat̄ et appetit formam: et
agēs inclinat̄ ad agendū. Poteſt etiā illa inclinatio dici ꝓ
prietas ſiue forma accidētalis naturā rei cōſequēs vt graui
tas: ꝑ quā graue mouet̄ ad locū naturalē. Nec eſt aliq̄d ab
ſolutū diſtinctū ab appetēte ⁊ eius ꝓprietate: ⁊ illa inclina
tio qn̄ꝗ̄ eſt aptitudinalis: qn̄ꝗ̄ actualis. de qua. ĩ. diſ. xxiij.
q. ĩ. in dub. iij. Sed vide ne dicta hic aliquo modo cōtradi/
cāt dictis. ĩ. Iſta ergo volūtas naturalis nō diſtinguitur a
volūtate libera in hoīe: ſed eadē potētia appetitiua: que eſt
realiter aīa hoīs: eſt volūtas naturalis et volūtas libera: li
cet alia rōne dꝛ volūtas naturalis et alia ratione libera. Li
bera em̄ dꝛ in ordine ad actū elicitū quē habet in ſua pote/
ſtate. Naturalis inquātū nata eſt recipere ꝑfectionē aliquā
aut receptā cōſeruare a cōtrario. Scꝺo modo accipit̄ volū
tas naturalis vt diſtinguit̄ cōtra potentiā ſupernaturalē: ⁊
ſic volūtas naturalis ſiue in puris naturalibus exiſtēs eſt
volūtas nō informata donis gratuitis. de quo dictū eſt in
ij. diſtin. xxviij. Tertio modo accipitur voluntas naturalis
pro voluntate eliciente vel recipiente actum conformem

inclinationi naturali/que ſemꝑ eſt ad cõmodũ:ſiue illũ eli-
ciat libere ſiue neceſſario ad oſtẽſionẽ cõmodi:vt dictũ fuit
diſt.xv.et de primis motibꝰ.j.diſt.xxiij.q.j.dub.iij. ¶ Ter-
Nota.3. tio notandũ ꝙ volũtatẽ vnã alteri cõformari/eliciẽdo actũ
E põt cõtingere tripliciter: vt tãgit Ockã diſt.vlti.primi ſen.
ſcꝫ in obiecto ſeu volito:in actu:in modo. In volito/quan-
do vna volũtas vult idẽ qđ vult alia: vt dũ vtraqꝫ volũta-
tum tendit in idẽ obiectũ. In actu/qñ vna volũtas vult il-
lud qđ alia vult ipſam velle:ita ꝙ iſta actũ elicit quẽ alia vo
lũtas vult eã elicere:licꝫ nõ reſpectu eiuſdẽ obiecti vel noli
ti:vt ſi dñs precipit ſeruo aliq̃d velle:qđ tñ non vult per eũ
fieri:ſicut dñs precepit abrae immolare filiũ ſuũ yſaac: quẽ
tñ noluit immolari:abraã habẽs velle elicitũ circa immola
tionẽ filij/habuit voluntatẽ conformem volũtati diuine in
actu:nõ aũt in obiecto. In modo qñ conſimili mõ vult vna
volũtas/quo modo vult alia:vt ꝙ velit ſimpliciter qđ alia
vult ſimpliciter:aut ſub cõditione qđ alia vult ſub cõditio-
Artic. 2. ne. ¶ Quantũ ad ſcđm articulũ/eſt hec prima ꝯcluſio. In
Cõcl. 1. chriſto fuerũt plures volũtates:diuina ſcꝫ ⁊ humana ab in
D uicẽ realiter differẽtes. Probat᷑ concluſio auto.ꝑ magiſtrũ
in tex.allegatis ⁊ rõne. In chriſto fuerũt due nature diuina
et humana realiter tanq̃ increatũ ⁊ creatũ diſtincte: quarũ
quelibet habet volũtatẽ:vel per idẽtitatẽ vt diuina: vel vt
partẽ eſſentialẽ vt humana:ergo cõcluſio vera. Cõſequen-
tia nota: et antecedẽs ꝓ prima parte patet ex dictis.ſ̄.diſt.
j.et ſequẽtibus. Scđa pars patet:qꝛ volũtas diuina eſt ea-
dẽ eſſentie diuine:vt patuit in primo. Et volũtas humana:
qꝛ eſt realiter aĩa que eſt pars eſſentialis:non chriſti ſeu ſup
poſiti verbi:qđ eſt ſimplex ⁊ incõpoſitũ: ſed nature huma-
ne aſſumpte:que qꝛ eſt creatura differt realiter ſm ſe totã ⁊
Cõcl. 2. oẽs ſuas partes a creatrice eſſentia. ¶ Scđa cõcluſio. Acci
piẽdo voluntatẽ large pro quolibet appetitu/in chriſto tri-
plex eſt voluntas humana: rõnalis/ſenſitiua/et naturalis:
nõ re ſed noĩe diſtincta. Prima pars probatur:qꝛ in chriſto
eſt humana natura ꝑfecta:ergo in eo ſunt quecũqꝫ ad eius
perfectionẽ requirunt᷑. Sed hec triplex volũtas eſt de per-
fectione humane nature:qꝛ pars eiꝰ eſſentialis ⁊ formalis:
ergo ⁊c̃. Scđa pars probatur:qꝛ illi appetitus in hoĩe ſunt
vna aĩa realiter:que eſt ſimplex ⁊ indiſtincta: vt habitũ eſt
in.ij.diſt.xvj.niſi diceret᷑ ꝙ naturalis appetitus eẽt tota na
tura humana et nõ aĩa tñ:tunc cõſequẽter dicendũ foret ꝙ
appetitus naturalis diſtinguitur ab alijs ſicut totum a par
te. Tertia pars ꝓbatur:qꝛ illi appetitus ſortiuntur diuerſa
noĩa:que non ſunt ſynonyma ꝓpter diuerſitatẽ actuũ quos
Cõcl.3. cõnotãt:de quo latius in.ij.loco ſtatim allegato. ¶ Tertia
cõcluſio. Volũtas rationalis volitione abſoluta in chriſto
ſemꝑ cõformabat᷑ volũtati diuine in volito. Probat᷑:qꝛ vo
lũtas rõnalis in chriſto fuit rectiſſima:ſed oĩs voluntas re-
cta cõformis eſt ſue regule in volito ſcito eſſe tale:ergo. Nõ
enĩ põt volũtas recta cõtraria aut difformis eſſe ſue regule
volẽdo aliud q̃ volũtas que eſt ſua regula dũ nota fuerit:
ſed diuina volũtas eſt regula oĩm volũtatũ rationabilium
creaturarũ:nũc aũt volũtas rationalis in chriſto nouit per
intellectũ oĩa volita a verbo/tã cognitione beatifica/q̃ in-
Cõcl.4. fuſa:igit᷑. ¶ Quarta cõcluſio. Volũtas rõnalis in chriſto
E volitione conditionata et ſenſualis ac vt natura/aut vt ſen
ſui cõiũcta/nõ ſemper fuit cõformis voluntati diuine in re
volita. Patet cõcluſio quãtũ ad oẽs partes ex dictis.ſ̄.diſ.
xv.nã volũtas diuina voluit chriſtũ pati ⁊ mori: ſed volun
tas humana rationalis cõditionata:et volũtas ſenſualis q̃
eſt appetitus ſenſitiuus:etiã volũtas vt natura:et vt cõiun
cta appetitui ſenſitiuo/paſſionẽ ⁊ mortẽ horruit:vt dictum
Cõcl.5. eſt.ſ̄. ¶ Quinta cõcluſio. Quantũ ad volẽdi actum queli
bet volũtas in chriſto hoĩe perfecte cõformabat᷑ voluntati
diuine. Probat᷑:quelibet volũtas humana in chriſto ſic vo
luit quomodo eã velle diuine volũtati cõplacuit:igit᷑. Con
ſequẽtia nota. Antecedẽs ꝓbatur:qꝛ q̃uis deus non vellet
hoc qđ ſenſualitas vel volũtas vt natura ſenſui coniuncta
volebat: volebat tñ illũ actũ vtriuſqꝫ volũtatis inquãtum
ſm Dama.permittebat vnicuiqꝫ partiũ anime agere ⁊ pati
quod ſibi erat naturale et proprium/quantum expediebat
ad finem redemptionis humane ⁊ oſtenſionẽ veritatis na
ture:vt dicit ſanctus Tho.diſ.preſenti.q.ij. Voluit ergo di
uina volũtas ſenſualitatem chriſti/et volũtatem vt natura
⁊c̃.ad oppoſitum ſui voliti et ad commoda nature inclina
ri ſm propriam conditionẽ. ¶ Sexta cõcluſio. Quelibet Cõcl. 6.
voluntas in chriſto conformabat᷑ voluntati diuine quoad
omnem modum ſui actus quo voluit eam velle. Patet:qꝛ
voluit diuina voluntas voluntatẽ humanam rationalẽ ab
ſolute velle mortem et nolle ex cõditione:et vtrunqꝫ ſic vel
le et nolle ex charitate. Cetera ſic velle ſm conditionem na
turalem cuiuſlibet:et ſic quelibet voluit: ergo in modo vo
lendi voluntatis humane cum diuina in chriſto plena con
cordia fuit. ¶ Quãtum ad tertium articulum eſt primum Artic.3.
dubiũ: vtrum in chriſto fuerit rebellio ſenſualitatis contra Dub. 1.
rationem. Et videtur ꝙ non:quia in beatis non eſt talis re F
bellio:cum in eis ſit plena ſatietas omnis deſiderij et appe
titus: ſed chriſtus fuit verus comprehenſor et ceteris bea-
tior:igit᷑ nec in chriſto fuit talis rebellio. In oppoſitũ eſt cõ
cluſio quarta cum dictis diſ.xv. Item chriſtus eſuriuit ſm
ſenſualitatem. Matth.iiij. et tamẽ ad tentatoris ſuggeſtio
nem comedere noluit. Item in cruce ſitiuit. Sitio inquit.
Iohan.xix.et tamen dum guſtaſſet bibere noluit. Matth.
xxvij.et ſic voluit aliquid ſm appetitum ſenſitiuum:quod
noluit ſm voluntatem rationis:ergo rebellio. Reſponde-
tur ſm beatum Tho.diſtin.preſenti.q.ij.ar.ij.ꝙ pugna ſeu
rebellio ſenſualitatis ad rationem in nobis ex tribus cauſa
tur. Primo ex diuerſitate volitorum:quia ſenſus naturali-
ter inclinatur et appetit carni conuenientia:que nonnunq̃
voluntas rationis libere reſpuit:vt patet de continẽte. Se
cundo patet:quia ſenſualitas in ſuum volitum effrenate ⁊
ſine regimine ratiõis fertur. Tertio:quia ſenſualitas effre-
nate tendens in ſuum volitum/motũ rationis retrahit vel
impedit in toto vel in parte. Hec duo vltima in chriſto non
fuerunt: non enim fuit in appetitu ſenſitiuo aliqua inclina
tio actus/vel delectatio contra volitionẽ rectã:cuius duas
cauſas addit Ockam in ſuo.iij.q.xij. Vna qꝛ deus non coe
git cum apprehenſione ſenſitiua ad cauſandum talem actũ
vel delectationem. Vel ſecundo:quia habuit multas voli-
tiones rationis: vel vnam intenſam per quam tales actus
ſenſitiui appetitus impediuntur. Sicut patet per experien
tiam/ꝙ aliquis habẽs actũ deſiderij vel delectationẽ in ap
petitu ſenſitiuo: reſpectu predicti actus poteſt tam intenſe
cogitare ⁊ velle ad oppoſitum:puta cogitare paſſionẽ chri
ſti:penas inferni:vel gaudia paradiſi:ꝙ totus ille actꝰ ap
petitus ſenſitiui et delectatio corrumpitur. Vnde patet ꝙ
volitio habet propriam efficaciam corruptiuam vel produ
ctiuã ſuper qualitates corporales: ſicut etiã aliquis per ſo-
lum actũ volendi aut triſticiã acquirit aut ſanitatẽ. In chri
ſto aũt fuit intenſiſſima contemplatio diuinorũ:ideo nõ po
tuit ſurgere in eius ſenſu aliqua vitioſa rebellio impediti-
ua quomodolibet rationis in actibus ſuis. Etiam vt dicit
Tho.nunq̃ motus ſenſualitatis in aliq̃d ferebatur niſi pre
ordinaretur a ratione. Et ſic q̃uis volũtas rationis nõ vel
let illud volitum in quod ſenſualitas tendebat: voluit ta-
men ꝙ ſenſualitas in illud tẽderet. Similiter ſicut dictum
eſt de voluntate diuina et humana ſupra concluſione.v. et
ſic etiam motus ſenſualitatis nõ impediebat motum ratio
nis:quia non erat violenta redundantia potentie in poten
tiam in chriſto. Et ideo quãtum ad velle ſeu appetere fuit
ſenſualitas plene ſubiecta rationi. Quantum vero ad voli
tum fuit rebellio/quantum illam eſſe voluit volũtas ratio
nis et non vltra. Voluit autem quantum iſtam conducere
nouit(ſm regulam diuine voluntatis)ad liberationem ac
redemptionem generis humani. Sic ergo omnes motus
ſenſitiui et volũtatis vt nature:et vt appetitui ſenſitiuo cõ
iuncte fuerunt voliti a voluntate rationis:vt per hec dolor
paſſionis augeretur:et copioſa fieret redemptio peccatorũ.
Per hoc patet ad dubiũ. ¶ Ad rationẽ ante oppoſitũ dr-
ꝙ licet chriſtus fuit beatior ceteris quãtum ad portionem

ſuperiorē: tn̄ eius beatitudo nō redūdabat in vires inferio
res: ⁊ ideo nō fuit in chriſtꝰ ꝑfecta q̄etatio ſenſuū inferioꝝ:
nec inferioris portionis rōnis/ſicut in ceteris beatis: ideo
Dub.2. G potuit in chriſto eſſe aliqua rebellio. ¶ Scd̄o dubitatur de
oratione chriſti facta ad patrē in horto ꝓ paſſionis ablatio
ne: vtrū chriſtus orās patrē ꝓ calicis tranſlatione/voluerit
liberari ab imminēte paſſione. Nō ſic: q: al's ficte oraſſet.
ff icte em̄ orat qui illud pro quo orat nec vult nec deſide/
rat. ¶ In oppſitū eſt illud Eſaie. liij. Oblatꝰ eſt: q: voluit.
Rn̄det breuiter poſt beatos Tho. ⁊ Bona. ꝑ quattuor pro
ppō. 1. poſitiones. ¶ Prima. Orare nō cōueniebat xp̄o ſm̄ diui/
nitatē: ſ tm̄ ſm̄ aſſumptā humanitatem. Probatio partis
prime: q: ſm̄ Dama. Oratio eſt aſcenſus mētis in deū: ⁊ ita
eſt inferioris ad ſuperiorē: ⁊ minoris ad maiorē: ſ chriſtus
equalis fuit patri ſm̄ diuinitatē: ⁊ ideo nihil qđ in minora/
tionē ſonat chriſto attribuēdū eſt ſm̄ deitatē: ideo ſicut ſm̄
illam nō obedit patri: ſed cunctis imperat cū patre: ita ſm̄
eandē nō orauit patrē: ſed cū patre orantibꝰ petita cōceſſit.
Scd̄a pars patet: q: omnis oratio eſt inferioris ad ſuperio
rem pro ſupplemēto alicuiꝰ defectꝰ: quē inferior nō ſufficit
ſubleuare: ſed chriſtꝰ ſm̄ naturā humanā fuit minor patre:
ſm̄ illā etiā varios aſſumpſit defectꝰ: vt moriēdi neceſſitatē
et penalitatē: ad quoꝝ amotionē non ſuffecit natura hūana
in xp̄o: vt dictū eſt precedēti diſt. Item ad ſubleuationē de/
fectuum ſpiritualiū ſuoꝝ mēbrorū/ ⁊ collatione ſpiritualiū
charismatū ſm̄ humanitatē non ſuffecit: cū ſolꝰ deꝰ peccata
dimittit ⁊ gratiam infundit: non vt hō/ſed vt deꝰ: ergo pro
his ſm̄ humanitatē patrē orare cōgruebat. ¶ Scd̄a ꝓpoſi
ppō.2. tio. Chriſtꝰ eo modo pro calicis trāſlatione orauit/quo ip/
ſum a ſe transferri voluit. Patet propoſitio: q: nō voluit eū
transferri ſimpliciter et abſolute ſm̄ voluntatē rōnis: ſ cō
ditionaliter: ideo ⁊ cōditionaliter orauit/dicens. Si poſſi/
bile eſt/ſcilicet ſm̄ diuinā p̄ordinationē. Et iterū. Nō mea
ſed tua volūtas fiat. ſuā voluntatē dicēs voluntatē ſenſua/
lem aut carnis infirme: nō portionis ſpiritualis ad ſufferē/
dum prompte. Quomō aūt ⁊ ſm̄ quā anime partē pati vo
ppō.3. luit: ⁊ ſm̄ quā noluit/ſupra dictū eſt diſt. xv. ¶ Tertia pro/
poſitio. Quāuis chriſtꝰ ſm̄ rationē / orationē patri propo/
ſuit: hanc tn̄ vt ſenſualitatis aduocatꝰ in eiꝰ ꝑſona obtulit.
Primū patet: q: ſenſualitas vt talis patrē deū noſcere non
potuit. cū pater deꝰ ſpūs ſit: et ita inſenſibilis: ⁊ ideo patrē
inuocare nō potuit. Incognitꝰ em̄ non pōt oratione inuo/
cari. Oratio ergo facta eſt et patri ꝓpoſita ꝑ chriſtū ſm̄ ra/
tionē/ſm̄ quā nouit patrē. Scd̄a pars probatur: q: orando
propoſuit patri appetitū ſenſualitatis/que ſimpliciter pati
refugit: ergo pro ſenſualitate nō pro ratione orauit: ſed ſen
ppō. 4. ſualitatis aduocatꝰ fuit. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Oratio chri/
H ſti in omni eo qđ abſolute voluit eſt exaudita: nō aūt in eo
quod voluit cōditionaliter aut volūtate vt natura. Prima
pars patet: q: chriſtus abſolute ſemꝑ voluit cōcordare vo/
lūtati diuine: ergo quecū illa voluntate orauit/obtinuit.
Hec aūt eſt volūtas rōnis que ſimpliciter et abſolute dicit
voluntas. Et de hac dicit apl's Heb. v. Qui in diebus car/
nis ſue/ preces ſupplicationeſ ad eū qui poſſet illū ſaluū
facere a morte: cū clamore valido ⁊ lachrymis offerens: ex
auditus eſt ꝓ ſua reuerentia. Scd̄a pars patet: quia multa
orauit ꝓ ſe et ſuis mēbris: que tn̄ nō ſimpliciter voluit: ſed
ſub cōditione: vt illud in cruce. Pater dimitte illis: quia ne
ſciūt quid faciūt. Nō hoc abſolute voluit: ſed conditionali
ter: ſi cōuerſi penitentiam agerēt. Et per hoc pn̄t multe ſcri
pture cōcordari: quarū alique aſſerunt chriſtū nō exauditū
vt illud pſ. Clamabo per diem et nō exaudies. Alique aſſe
rūt ſemper exauditū: vt illud Iob. xj. Ego aūt ſciebā q: ſem
per me audis. ¶ Per hoc ad rationē dicit ꝙ oratio chriſti
nō fuit ficta. Tum q: nō fuit niſi pro eo qđ volebat appeti/
tus ſenſitiuus: in cuius perſona orationem ꝓpoſuit. Tū q:
vt dicit ſanctus Bonauē. q: ille orationes (licet exauditus
nō ſit) non tn̄ fuerūt fruſtra: q: magis fuerūt ad noſtrā eru
ditionē q̄ ad petiti impetrationē. Similiter magis ad veri
tatis humane nature oſtēſionē ac pietatis ⁊ mīe. Etiam ad
oſtendendū ꝙ erat deo obediens et non contrarius/ dum
orando eū vt ſuū principiū recognoſcebat: vt dicit ſanctus
Tho. Itē ad noſtre imbecillitatis cōfirmationē: vt nō diffi
damus ſi pericula paſſionū perhorremus: et per hoc ſpem
erexit in nobis contra naturalē aduerſitatis timorē. Itē vt
oſtēderet volūtatē noſtrā diuine voluntati in oibus ſubij/
ciendā: preſertim in eo qđ addidit in conditione appoſita.
Verūtamē nō ſicut ego volo: ſed ſicut tu. Et in hoc ordina
uit in nobis charitatē: que effectū noſtrum diuine volūtati
ordinata conſideratio nullum ordinē ponit in diuinis:
alioq̇n ſi primo ꝯſiderarem deū vt creatorē: deinde tres
perſonas: exhinc eſſentiam diuinam: talē oporteret po/
nere ordinē in diuinis: vt potentia creandi eſſet p̄or eſſen
tia ⁊ perſonis: ⁊ perſone priores eſſentia. Item ſi ſequit̄
q̄ ſi chriſtus paſſus nō fuiſſet: electi nihilominus eſſent
ſaluati: q: prius p̄uidit deus electos ſaluandos q̄ chriſti
paſſionem. ¶ Quinta concluſio. Quāuis oībus ade fi/ Cōcl. 5.
lijs ſalutem p̄ncipaliter meruit chriſti paſſio: cooperaba F
tur tamen ſaluandoꝝ operatio tanq̄ merituꝫ de cōgruo
vel condigno. Prima pars patet ex concluſione prima.
Secūda pars patet: quia ad hoc vt per meritū paſſionis
chriſti/ alicui peccatū remittatur: aut gratia infundatur:
ſiue primo iuſtificans: ſiue ſequēs primā ⁊ priorē augmē
tans: ſi fuerit adultus: requiritur bona diſpoſitio volun
tatis/ ⁊ motus bonus in deum: ſiue ſit attritio aut com/
punctio de peccatis vite preterite: aut amor dei ac ſalu/
tis deſiderium: vel voluntaria ſacramentorum ſuſceptio
que ſunt merita de congruo: aut quoad gratiam ſecun/
dam augmētandam requiritur operatio bona ex priore
gratia ꝓcedens: que eſt meritum de condigno. Si ṽo in
fans fuerit: vſum rōnis non habens: tunc ſine ſacramen
to aut ſacrificio aliquo nō purgatur ab originali: opꝫ er
go q̄ concurrant offerentes paruulum/ ⁊ diſpenſantes
ſacramentum vel ſacrificium: quorum operatio eſt meri
tum de congruo. Et per conſequens illa pars ꝯcluſiōis
vera. Ex illo ſequit̄ q̄ licet chriſti paſſio ſit p̄ncipale me/
ritum ꝓpter qḋ confertur gratia: apertio regni ⁊ gloria:
nunq̄ tamen eſt ſola ⁊ totalis cauſa meritoria. Patet: q:
ſemper cum merito chriſti concurrit aliqua opatio tanq̄
meritū de congruo vel de cōdigno recipientis gratiā vl̄
gloriam: ſi fuerit adultus rōnis vſum habens: aut alte/
rius pro eo/ ſi caret rationis vſu. Probatur: quia ſi meri/
tum chriſti eſſet totalis cauſa meritoria/ maxime aper/
tionis regni/ et amotionis obſtaculi: vt hominibus in

gratia recedentibus aperiret: vt vult Sco. diſt. preſenti.
Qđ probat: q2 tanta fuit abūdantia meriti in antiqs pa-
trib9: quāta nūc in chriſtianis: ſed nullus eoꝝ/ nec beata
virgo potuit amouere obſtaculū: qn oēs trāſirēt ad lim
bum ⁊c. Sed ꝙuis ablatio obſtaculi eſt remiſſio peccati
tā originalis ꝗ actualis. Apertio regni eſt collatio glie.
Ad vtrūqꝫ tñ (licꝫ min9 ꝑncipaliter reſpectu meriti chri-
ſti) aliqđ meritū patrū cooperabat̄ quo meruerunt re-
miſſionē peccatoꝝ de cōgruo: et apertionē regni de cōdi
gno: ſine quo nec peccatū fuiſſet remiſſum: nec regnum
apertū: licꝫ non ſtatim poſt mortē ſequebat̄ gloria: quia
nō ante ſolutionē precij per paſſionē chriſti: ſequebat̄ tñ
ſtatim redēptionis precio ſoluto. ⁊ ideo cū merito chriſti
tanꝙ principali/ ſemꝑ cooperatū eſt meritū electoꝝ de
lege cōmuni. Qđ additur ꝓpter ſanctificatos in vtero:
quoꝝ ſanctificatiōis cauſa meritoria fuit paſſio chriſti to
talis et ſola. Et tantū de articulo ſcđo. ¶ Quātū ad ter-
Arti. 3. Dub. 1. B tium articulū/ eſt primū dubiū contra cōcluſionē ſcđam
quā d2/ ꝙ paſſio chriſti vt preuiſa meruit ꝑcedentibus re
miſſionē peccatoꝝ ⁊ gratiā. Si illa cōcluſio eſſet vera/ ſe
queret̄ ꝙ premiū precederet meritū: nam collatio grē in
antiqs patribus preceſſit meritū chriſti quo meruit illis
gratiā: qđ eſt cōtra dicta in. ij. diſt. v. cōtra magiſtrū tenē
tē/ ꝙ in angelis premiū preceſſit meritū. ¶ Preterea ſic
dici poſſet/ ꝙ prima grā caderet ſub merito recipiētis: q2
poſſet de9 acceptare bonum vſum grē ſequentē/ tñ preui
ſum: vt meritū reſpectu gratie ꝑme infundēde; ꝯtra apo-
ſtolū Roma. xi. Si aūt grā/ iam nō ex operib9: alioquin
grā iam non eſt grā. ¶ Preterea ſi paſſio chriſti ꝑuiſa ab
eterno ⁊ acceptata/ fuit meritū ⁊ cauſa cōferendi gratiā
patribus anteꝙ exhiberet̄ in effectu: ſic paſſio ab eterno
preuiſa ⁊ acceptata trinitati potuit eſſe ratio ꝑdeſtinādi
electos: ⁊ ita ꝑdeſtinatio electoꝝ potuit habere cām me
ritoriā: qđ eſt incōueniens. ¶ Ad illa r̄ndetur. ad primū
cōcedēdo ꝙ aliqđ premiū precedit meritū: ſed nō ꝑmiuꝫ
finale qđ eſt beatitudo ipſa. Nā etſi paſſio chriſti vt pre-
uiſa/ cauſa fuit collationis grē patrib9 priuſꝙ exhiberet̄:
nō tñ fuit cā meritoria glorie nō exhibita: vt dictū eſt: et
hoc fuit reprobatū in ſcđo/ ꝙ angeli nō meruerūt beati-
tudinē ſuā iā habitā per ſequētia miniſteria nobis impē
ſa. ¶ Ad ſcđm d2 ꝙ grā prima nō cadit ſub merito cōdi-
gni recipientis gratiā: cadit tñ ſub merito chriſti q omni
bus meruit gratiā. Nec aliqs ex adā ſm naturalē ꝓpaga
tionis curſum deſcēdens vnꝙ ſortit9 eſt gratiā ſine meri
to paſſionis chriſti exhibite vel preuiſe: ſic grā prima ca-
dit ſub merito cōgrui etiā recipiētis gratiā: q2 (vt dictuꝫ
eſt) in adultis ꝑcedit diſpoſitio ſubiecti ad gratiā: bon9
ſcꝫ motus volūtatis in deū: qui eſt meritū cōgrui. ¶ Ad
tertiū: an ꝑdeſtinatio hꝫ cām meritoriā vel nō: videatur
diſt. xlij. primi: vbi de hoc latius eſt tractatū. Unde d2 ꝙ
eo modo quo reprobationi aſſignat̄ cā demeritoria: ita ⁊
predeſtinationis cā meritoria. Multa dicūt ꝑdeſtinatio
⁊ reprobatio/ ſcꝫ actū aliquē eternū in deo: ⁊ aliqd crea-
tū in electo vel reprobo ipſi in tēpore dandū. Quantum
ad primū qđ dei eſt: nō eſt aſſignare cām meritoriā. Quā
tū ad ſcđm vtriuſqꝫ ꝑdeſtinatiōis ⁊ reprobatiōis aſſigna
tur cā meritoria: q2 glorie illoꝝ: ⁊ pene iſtoꝝ: de quo la-
Dub. 2. D tius in primo. ¶ Scđo dubitat̄ quō ꝑ chriſti paſſionē li-
berati ſumus a culpa/ a pena/ a poteſtate diaboli/ et ab
obligatione chirographi decreti. Licꝫ hoꝝ ſolutio ſatis
patet ex ꝑmiſſis: tñ vt habeat̄ breuis et ſummaria r̄nſio
notandū/ ꝙ ꝑ pctm̄ primi hoīs: quo de9 toti humano ge-
neri offenſus eſt: hō cecidit in reatum ſeu debitū mortis
eterne: ⁊ ꝑ ꝯ̄ in poteſtatē diaboli tanꝙ tortoris penā in-
fligētis. Hoc deniqꝫ debitū ꝓ quāto obligat hominē ad
penā luendā d2 chirographus decreti: q2 ſicut chirogra
phus teſtimoniū eſt vel certitudo quedā debiti: ita obli-
gatio qua hō debitor eſt mortis eterne ex diuino decreto
(q2 certa eſt) metaphorice d2 chirograph9 decreti. Col.
ij. Nunc aūt remiſſo debito: qđ eſt ordinatio hoīs ad pe-

nam ꝓpter peccatū cōtractū vel cōmiſſuꝫ/ liberatus eſt
hō a culpa/ a pena/ a poteſtate diaboli/ ⁊ ab obligatiōe
chirographi decreti: q2 remiſſo debito/ iā nō eſt ordinat9
ad penā: ſed aſſumpt9 per gratiā ad dei amicitiā: ⁊ ꝑ hoc
nec habet culpā: nec obligatur ad penā: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec ſub
poteſtate diaboli: nec eſt ſub obligatione chirographi.
Fit aūt hec remiſſio ꝑ paſſionē chriſti: q2 ordinauit diui-
na ſapiētia hominē lapſum nō ordinare ad vitā: ⁊ ita nec
remittere culpā nec penā: niſi ab aliquo innocente obſe
quiū ita gratū offerretur: quantū culpa fuit diſplicens ⁊
ingrata. Chriſtus ergo ſm hominē ex ſumma charitate
voluntarie mori eligens/ ad gloriā dei obſequiū tale ob
tulit: nam plus placuit deo hec voluntas hominis chri-
ſti ex tanta charitate elicita/ ꝙ omniū hominū diſplicue-
re peccata: nedum ꝑſentia preterita ⁊ futura: ſed etiam
poſſibilia. Ideo ꝓpter opus tam acceptabile chriſti: qđ
pro recōciliatione hominis trinitati obtulit: trinitas om
nibus chriſto incorporatis peccata ⁊ peccati reatū remi
ſit: ac ordinatos prius ad penā/ rurſus ordinauit ad glo
riā: ⁊ per hoc ab omnib9 predictis liberauit. Hec colligi
poſſunt ex Anſel. lib. ij. Cur de9 hō. Et ꝑ hoc patet reſpō
ſio ad dubiū et ad oēs eius partes. ¶ Dubitatur tertio Dub. 3. I
vtrū ſolus chriſtus dicēdus ſit humane generis redem-
ptor: an tota trinitas. Reſpōdetur ꝙ dupliciter aliqs di
citur redemptor. Uno modo principaliter: quia reſtituit
captiuū libertati precio accepto. Alio modo diſpoſitiue
⁊ quaſi inſtrumētaliter: q2 liberationis precium tribuit.
Primo modo tota trinitas hominē redemit: q2 tota trini
tas preciū datū ſcꝫ ſatiſfactoriā paſſionē acceptauit: pro
pter quā peccatū remiſit nō imputādo ad penā: ⁊ gratiā
cōtulit ordinādo ad gloriā: ⁊ per hoc libertati reſtituit.
Scđo modo ſolus chriſtus ſm humanā naturā/ ſm quā
paſſus eſt: preciū ſoluit: quia patiendo ſatiſfecit. ¶ Ulti Dub. 4. K
mo dubitat̄ vtrū ſolus chriſtus dicēdus ſit mediator dei
⁊ hominū. Reſpondetur ſm ſanctū Bonauen̄. ꝙ refert
dicere mediū ⁊ mediatorē: quia mediū d2 habēs aliqđ cō
mune cuꝫ vtroqꝫ extremoꝝ. Mediator ſuper hoc addit
officiū recōciliationis. Eſt ergo chriſt9 mediū inter deuꝫ
⁊ hominē per participationem vtriuſqꝫ nature diuine ⁊
humane: ⁊ ſimiliter ꝓprietatū vtriuſqꝫ nature: nā habet
iuſticiā ⁊ innocentiā ⁊ beatitudinē cum diuina: mortali-
tatem et paſſibilitatē cum humana. Primo modo eſt me
diuꝫ ſm ambas naturas: ſecūdo modo tñ ſm humanā.
Eſt etiam mediator: quia exiſtens mediū/ officium recō-
ciliationis exhibuit ſm naturā humanā tñ: ſm quam ſa
crificiū dignum pro peccatis hominuꝫ obtulit. Ex quib9
patet ꝙ tñ chriſtus: nō pater aut ſpirituſſanctus media-
tor eſt dicendus: quia ſolus medius vt patuit. Et harum
duarum dubitationum ſolutio latius patet in textu. Et
tantum de queſtione. ¶ Diſtinctio. xx.

Supra egit magi-
ſter de paſſionis chriſti veritate. In hac
diſt. xx. agit de paſſionis cōgruitate. Un
tribus ſequētib9 cōcluſionibus ſentētia
magiſtri explicat̄. ¶ Prima. Alius hu-
mane reparatiōis modus poſſibilis fuit deo: ſed nullus
cōueniētior ſanāde miſerie qua liberaret̄ homo. ¶ Se-
cunda. Hoc modo redēptionis hō a deſperatiōe liberat̄:
⁊ diabolus nō potētia: ſed iuſticia ſuperatur. ¶ Tertia.
Quia chriſtus a patre/ a ſeipſo/ a iuda/ a iudeoꝝ populo
eſt traditus: ideo eius paſſio (licꝫ diſſimiliter) tamen dei
⁊ iudeorum eſt opus. Pulchre deducit has cōcluſiones
magiſter in textu. ¶ Queſtio vnica.

Circa hāc diſtinctio A
nē queritur/ vtrū reparatio generis huma
ni neceſſario facta fuit per paſſionem hoīs
chriſti. ¶ In ſolutione huius qſtionis tres
erūt articuli. Prim9 notabiliū ꝓ declaratiōib9 terminoꝝ.

Scꝺ̄s concluſionū ad queſtionē reſpondentiū. Tertius
Arti. 1. dubioꝝ ſoluendoꝝ. ¶ Quantū ad primū nota ꝙ beatꝰ
Nota. 1. Anſel. cañ. archieps hāc queſtionē ſoluēdo in duobus li
bris. Cur deꝰ hō. quattuor ꝑ ordinē oſtēdere nitit̄/ ꝑ que
queſtio illa ſoluit̄. Primū/ ꝙ hoīem ad beatitudinē crea
tū/ ⁊ a iuſticia lapſum neceſſe fuit reparari: ne deꝰ in ſuo
opere fruſtraret̄: ⁊ in vanū fecerit qꝺ̄ de tam ſublimi na
tura facere cepit. lib. ij. c. iiij. Scꝺ̄m/ ꝙ hō ſine ſatiſfactiōe
redimi nō potuit: q: peccādo honorē deo abſtulit: quem
vt ſatiſfaciēdo pro pctō redderet/ debitor fuit: ꝙ̄diu igit̄
nō ſatiſfecit/ in culpa fuit. Itē deū relinquere pctm̄ im
punitū/ iniuſtū eſt ⁊ indecēs. Si aūt ſine ſatiſfactiōe pec
catū dimitteret̄: impunitū relinqueret̄. Hec lib. j. ca. xj. et
ſequēti. ꝑſertim. c. xix. Nec impotētia ſatiſfaciēdi hominē
excuſat: q: ſua ſponte in illā impotentiā cecidit. Nec ſola
miſericordia remittere pōt ſine ſatiſfactione: q: tūc dimit
teret̄ peccatū inordinatū: cū nihil aliud ſit peccatū ſine
ſatiſfactione ordinare/ ꝙ̄ ipſum punire. In regno autem
ſuo nihil pōt inordinatū dimittere. Tertiū/ ꝙ ſatiſfactio
illa fieri nō pōt niſi per hoīem deū: q: ſatiſfactio fieri nō
pōt niſi reddat̄ maius ꝙ̄ ſit illud ꝓ quo nō debuit pecca
re. Nō debuit autē pro tota creatura peccare: igit̄ maius
aliqꝺ̄ tota creatura reddendū erat: illud eſſe nō pōt niſi
deꝰ: nec debuit niſi hō: igit̄ neceſſe eſt vt eā faciat deꝰ hō:
vt tāgit. c. xxj. lib. j. ⁊ lib. ij. c. v. ⁊. vj. Quartū/ ꝙ oportuit
deū hominē ſatiſfacere per paſſionē ⁊ mortē: q: qui ꝑ ſua
uitatē peccauit: per aſperitatē ſatiſfacere debet: vt lib. ij.
c. xj. ⁊. c. xix. late quomodo ablatio vite ſanctiſſime ꝑ mor
tē quā ſpōte pro honore patris ſuſtinuit: pro omniū pec
B catis ſufficiētiſſime ſatiſfecit. ¶ Sed ꝙ̄uis rōnes ille be
ati Anſel. deuote ſint ⁊ apparētes: tm̄ niſi ꝓcedant ex or
dinatione diuina ꝓſuppoſita nihil probāt. Dū aūt ex illa
procedūt/ inferūt quidē neceſſitatē cōſequētie nō conſe
quētis: q: ſequitur/ deus ita preordinauit hoīez redimi:
ergo ſic eſt redēptus. Cū qua neceſſitate cōſequētie ſtat
cōtingētia antecedētis ⁊ cōſequētis. ſicut neceſſe eſt me
moueri ſi curro: q: ſequit̄: curro/ igit̄ moueor: ⁊ tm̄ ante
cedens eſt cōtingēs ſiliter ⁊ cōſequēs: nō aūt ꝓbant ne
ceſſitatē ſimpliciter dictaz: neq̄ redēptionis/ neq̄ modi
redimēdi: cuius oppoſitū includit cōtradictionē. Unde
quoad primū articulū nō fuit ſimplr̄ neceſſe hoīez repa
rari/ ſicut nō fuit neceſſe hoīem creari. ¶ Preterea deus
potuit ⁊ poſſet oēm rationalē creaturaz: ſiue beatā: ſiue
viatricē: ſiue dānatā annihilare: nā ſicut cōtingēter crea
uit: ita cōtingēter cōſeruat. Poteſt igitur nō cōſeruare ⁊
ita annihilare. Et argumētū qꝺ̄ fundat̄ in hoc/ ne deus
in ſuo fruſtraret̄ opere ⁊c. ita pōt fieri de angelis apoſta
tis ⁊ quolibet preſcito. Nā cū quelibet creatura rationa
lis facta eſt a deo/ vt beate viueret cū deo: in his que be
atitudinē nō attingunt fruſtratur deus: nō quantum ad
voluntatē beneplaciti cōſequentē: ſm̄ quā deꝰ fecit que
cunq̄ voluit in celo ⁊ in terra: ſed quantū ad voluntatē
antecedentē ſm̄ quā precedētia ad ſalutē cōtulit: que q:
preſciti acceptare noluerūt: ſalutē cōſecuti nō ſunt. Non
ergo plus arguit illa ratio de toto genere humano/ ꝙ̄
de vno ꝓſcito: nec plus de ſpecie ꝙ̄ de indiuiduo. ¶ Si
militer ratio quoad ſcꝺ̄m nō probat: nā ſine ſatiſfactiōe
per ſolam nō imputationē peccatū remitti potuit: ſm̄ il
lud. Beatus vir cui non imputauit dñs pctm̄. Nec ꝑ pec
catū aliqd in deo exiſtens auferr̄: nec honor diuinus in
ſe minuit̄: itaq̄ non eſt qꝺ̄ reſtitui pōt deo: ſicut nihil au
ferri. Uñ nō oportet peccatorem in culpa manere donec
ſatiſfaciat: ſed donec deꝰ ſatiſfactionē ſibi q̄ faciēda eſſet
remittat: nec ſi gratis remitteret pctm̄ ſine ſatiſfactione
aliqꝺ̄ inordinatū eſſet in vniuerſo: tūc eñ aliqꝺ̄ inordina
tū eſſet in vniuerſo: qñ aliquid fieret aut eſſet contra vo
luntatē dei beneplaciti. Sola eñ volūtas dei eſt regula
oīs ordinis ⁊ iuſticie: vt vult Augu. iij. de trini. ⁊ ideo ni
hil pōt eſſe inordinatum in vniuerſo: q: nihil ibi eſſe pōt
cōtra voluntatē dei. Et ꝙ nūc peccatū verius peccator ꝑ
penā ordinatur/ ita eſt: q: ſic deo placuit: ⁊ hunc ordinē
inſtituit: quē tm̄ mutare poſſet. ¶ Etiā eſto ꝙ ſatiſfactio C
penalis eſſet neceſſaria ad peccati remiſſionē: nō tm̄ pro
batur ꝙ illa neceſſario fieret per deū hoīem: vt in. iij. ar
gumēto ꝓbare nititur: nā nō fuit abſolute neceſſariū ꝙ
ſatiſfactio fieret per hoīem: licz ſolus hō debitor fuit: q:
qui nō eſt debitor: pōt pro alio ſatiſfacere. Nā ⁊ chriſtꝰ ſa
tiſfecit q̄ nō fuit debitor: ⁊ ita ſi placuiſſet deo: potuit vnꝰ
angelus bonus ſatiſfeciſſe/ offerēdo deo aliqꝺ̄ placituz
pro nobis/ qꝺ̄ acceptaſſet pro oībus pctis: cū (vt ꝓcedē
ti diſt. dictū eſt) tanto acceptabile eſt omne donū bonuz
pro quanto deus voluerit acceptare. Sic ⁊ purus homo
quē deus ſine peccato cū ſumma grã ꝓduxiſſet: ſatiſface
re potuiſſet: nec ꝓpter hoc obligarent̄ redēpti tm̄ ei ſi
cut deo: imo ſimpliciter obligarent̄ deo: q: qꝺ̄ ipſe habe
ret: eſſet totū a deo. Obligaremur tm̄ multum ſibi/ ſicut
obligamur beate virgini ⁊ alijs ſanctis q̄ meruerūt no
bis: ⁊ ſanctis angelis qui nos cuſtodiūt: ſemper tm̄ fina
liter ⁊ ſumme obligamur deo tanq̄ ei a quo oīa bona
alioꝝ prouenerūt. ¶ Itē de poſſibili quilibet ſatiſfacere
potuit pro ſe/ ſi data fuiſſet prima grã ſine merito: ſicut
data eſt chriſto ſine merito ꝓprio ⁊ alieno: q: licz modo
quilibet fuerit filius ire: dat tm̄ primā gratiā ſine merito
proprio/ qua habita meretur beatitudinē: ergo potuit ⁊
meruiſſe deletionē culpe vt arguit Sco. Sed hic dici poſ
ſet ꝙ per actū elicituz a gratia nullus meret̄ deletionem
culpe: q: infuſione gratie culpa delet̄: etiā nullo adhuc
actu elicito. Et qꝺ̄ dicit beatꝰ Anſel. ꝙ nō ſatiſfit deo niſi
offerat̄ aliquid maius ꝙ̄ tota creatura: q: ꝙ̄ ſit illud pro
quo peccare non debuit. Si illud intelligit̄ de maiori bo
no formaliter ſm̄ perfectionē: ſic ſatis fuiſſet offerre ma
ius bonū deo in acceptatione eius: ꝙ̄ fuiſſet malū illius
hoīs peccantis: ita ꝙ oblata ſatiſfactio magis placuiſſet
ꝙ̄ peccatū diſplicuiſſet. Unde ſi adam per gratiā datā et
charitatē habuiſſet vnū vel multos actus diligendi deū
propter ſe ex maiori conatu liberi arbitrij ꝙ̄ fuit conatus
in peccādo: talis conatus ſuffeciſſet ad remiſſionē pecca
ti: nā ſicut pro amore creature vt obiecti diligibilis pec
cauit: qꝺ̄ pro tota creatura facere nō debuit: ita offerēdo
aliqd maius obiectiue ꝙ̄ ſit tota creatura/ ſcz amorez dei
ꝓpter ſe: q̄ excedit obiectiue totiꝰ creature amorē (ſicut
deus creaturā) ſatiſfacere potuit. Uñ ſicut peccauit per
amorē obiecti in infinitū ignobilioris: ita potuit ſatiſfa
cere per amorē obiecti in infinitū nobilioris: ⁊ hꝺ̄ accepta
ri potuiſſet a deo vt ſufficiēs ſatiſfactio/ ſi ita deo placu
iſſet: ⁊ tm̄ ille amor dei nō fuiſſet maior omni creatura: ſi
cut nec amor chriſti: quo nobis meruit ſalutē: fuit maior
omni creatura: q: nō maior humanitate chriſti q̄ fuit cre
atura: nec maior grã chriſti: nec maior ſeipſo amore qui
fuit creatura. Ex eodē patet ꝙ quartuz nō ꝓbat: q: ſicut
ſuauitas in peccato fuit finita: ita per amaritudinē finitā
compenſare potuit voluptatē: quā tamen non oportuit
eſſe ſummā: ſicut nec delectatio in peccando fuit ſumma
⁊ ſicut peccando ſuam voluntatē pretulit voluntati di
uine preceptiue: ita mortificando voluntatem ſuam per
plenam voluntatem voluntati diuine potuiſſet ſatiſface
re de poſſibili. Et ita patet ꝙ rationes beati Anſelmi nō
demonſtrant ſimpliciter: ſed tm̄ ſtante lege eterna qua
ab eterno ordinauit hominem caſurum ſic debere repa
rari: que tamen ordinatio ſicut et predeſtinatio nō fuit
ſimpliciter neceſſaria: ſed mere contingens dependēs
ex libera voluntate dei: cui licet qꝺ̄ vult facere. ¶ Quā Arti. 2.
tum ad articulum ſecundum eſt concluſio prima. Si Cōcl. 1.
cut non fuit neceſſaria reparatio humani generis: ita D
nec modus ille redemptionis. Primum patet: quia nul
lum opus dei adextra eſt ſimpliciter neceſſarium: cum
deus adextra non niſi contingenter agit: ſed reparatio
fuit opus adextra: ergo. Preterea deus potuit genus
humanum non redimere ſicut potuit non creare: ergo.
Secunda pars probatur per beatum Auguſtinum et

Leonē papam dicētes/ꝙ alius modus redimēdi hoīem
nō defuit deo: vt patet in textu. Et ſatis patet ꝓbatio vtri-
uſ partis cōcluſionis ex improbatiōe rationū beati An-
Cōcl. 2. ſelmi epi. ¶ Scđa cōcluſio. Modus redēptionis ꝑ vni-
geniti paſſionē fuit cōgruētiſſimus oīm modoꝝ quibꝰ re-
dimi potuit humanū genus. Probatꝛ: q2 ille modus pre-
uiſus eſt ⁊ preordinatus ab infinita ſapiētia trinitatis/⁊
ex nimia dilectione hoīs: ſicut dicit apl's Ephes. ij. Deus
qui diues eſt in miſericordia: propter nimiā charitatē ſuā
qua dilexit nos: cū eſſemus mortui peccatis conuiuifica-
uit nos in chriſto cuius gratia eſtis ſaluati. Ideo eū mo-
dum ordinauit qui magis homini profuit ⁊ cōgruentior
fuit. Huius autē cōgruentie varias cauſas ponūt ſancti:
quarū aliquas ⁊ bene notabiles ponit magiſter in textu
alias quoq adducūt doctores/ſanctus Tho. ſanctꝰ Bo-
nauen. Alexander ⁊ ceteri. Et tantum de illo articulo.
Arti. 3. ¶ Quantū ad articulū tertiū eſt dubiū quomodo chri-
Dub. 1. ſtus nos ſua paſſione ⁊ morte redemit. Reſpōdetur ſm
E Sco. ꝙ chriſtus ſponte animā ſuā obtulit pro iuſticia ad
patris honorē pro nobis: quā oblationē pater accepta-
uit tanꝙ ſatiſfactionē pro omniū peccatis. Vidit em̄ chri-
ſtus mala iudeoꝝ que fecerūt ꝑ quibꝰ eos arguit: ⁊ quo-
modo inordinata ⁊ diſtorta affectione afficiebanꝛ ad le-
gem dei: vt ꝙ ſuā ſtatuerūt in fraudē diuine legis: vt pa-
tet de honore parētū/⁊ iuramēto in atrio tēpli: nec per-
mittebāt hoīem curari in ſabbato: cū ipſi extraherēt bo-
uē de puteo in ſabbato: ⁊ multa alia. Chriſtꝰ ergo voluit
eos ab illo errore reuocare ꝑ opera ⁊ ſermonem: vn̄ ait.
Si veritatē dico vobis: quare nō crediꞇ mihi. Ioh. viij.
Ipſoſ in fide errātes/⁊ ſcripturas male intelligentes
inſtruere: qđ audire nolebāt. Et cū veritas eis ꝓtūc erat
dicenda: maluit mori ꝙ̄ tacere. Dicendo aūt eis cōtra eo-
rum vota iniuſta: mortale odium eoꝝ incurrit ⁊ mortem
ſuſtinuit. Hoc ergo velle mortē pro iuſticia ⁊ patris obe-
dientia/libere ordinauit pro nobis: ideſt voluit vt trini-
tas hanc ſuam obedientiā/patientiā/⁊ mortis volunta-
riam ſuſtinentiā acceptaret pro ſatiſfactione peccatorū
omniū in ſe credentiū: ⁊ legem dei obſeruantiū: vt ſic tri-
nitatis honor: ⁊ laus ex hominibꝰ ⁊ in terris ⁊ perpetuo
in beatitudine impleretꝛ. Hanc chriſti oblationē trinitas
ſic acceptauit pro omniū peccatis remittēdis quātūcū
grauibꝰ ⁊ multis: etiā ꝑ peccato crucifigētiū: qm̄ ex ma-
iori charitate ꝓceſſit chriſti actꝰ ⁊ oblatio: ꝙ̄ fuerit odiū
iudeoꝝ crucifigētiū. Et feruētior atq intēſior fuit cōuer-
ſio aīe chriſti ꝑ actualē amorē in deū: ꝙ̄ auerſio iudeoꝝ ⁊
quorūcun pctōꝝ ꝑ amorē ſui a deo. Maior reueren-
tia chriſti ꝙ̄ cōtemptꝰ trāſgreſſoꝝ. ⁊ ideo magis deo pla-
Dub. 2. cuit actꝰ chriſti ⁊ oblatio in bono: ꝙ̄ diſplicuerūt ſibi pec-
F cata oīm hoīm in malo. ¶ Scđo dubitatꝛ ꝯtra ſcđam cō-
cluſionē. Nā nō videtꝛ ꝙ ille modus fuit cōgruētiſſimus
q2 ille videtꝛ congruētiſſimus ꝓpter quē magis deo obli-
gati fuiſſemꝰ: ſꝫ ſi nō fuiſſet aliꝰ modus redēptiōis poſſi-
bilis: nec ꝑ aliū: tūc magis deo obligaremur. Si em̄ ali-
quis bonū aliqđ acceptū ab vno poſſet etiā ab alijs rece-
piſſe: minus obligaretꝛ illi a quo accepit: ꝙ̄ ſi ab eo ſolo
recipe potuiſſet: ſic etiā de modo redemptiōis. Rn̄detur
ꝙ ratio illa magis eſt ad oppoſitū: nā multo magis tene-
mur deo: eo ꝙ chriſtꝰ alio modo redimere potuit: ⁊ hūc
penalē modū redimendi ꝓpter nos elegit: quo magis ad
fructū redēptionis aptaremur: cū tn̄ alio minus penali
modo nos potuiſſet redimere: nā per hūc modū quo no-
bis palā oſtēdit amorē ſuum per hoc ꝙ in nullo pater filio
pepercit: ſed nec filiꝰ ſibijpſi nos validiſſime ad ſuū amo-
rē allexit: ſine quo amore nihil nobis ꝓdeſſet eius redē-
ptio: vn̄ nihil magis indiguit ad amandū ꝙ̄ amor preue-
niēs: vt pulchre oſtēdit Aug. in de cathe. rudibꝰ. Vn̄ du-
per aliū potuit fieri redēptio: tn̄ in hoc magis tenetꝛ ho-
mo deo: quia facta eſt per deū. vt nō ꝓpter ſui redēptio-
nē homo teneretꝛ alteri: licꝫ principaliter nō poſſet redi-
mi niſi a deo: quia redēptio principaliter cōſiſtit in acce-
ptione opis tanꝙ meriti ſalutis omniū: q̄ acceptatio ſo-
lius dei eſt. Et tantū de illa queſtione. ¶ Diſtinctio. xxi.

## P Rioribꝰ diſtinctio-

nibꝰ magiſter egit de paſſiōe dn̄ica quā-
tū ad eius initiū ⁊ ꝓgreſſum. In ſequē-
tibus duabus diſtinctionibꝰ agit de ipſa
quantū ad eius terminū. Et q2 in morte
chriſti cōſummata eſt eius paſſio: mors aūt ſeparatio eſt
aīe a corpore: Ideo primo agit de aīe corporis ac deitaꞇ
ſeparatiōe diſt. preſenti. Scđo de ſeparatoꝝ conſequen-
ti denoīatione/diſt. xxij. Colligitꝛ autē ſn̄ia textus in his
tribꝰ ſubnotatis cōcluſionibus. ¶ Prima concluſio. In
morte chriſti ab humanitate ſeparauit ſe diuinitas foris
ad defenſionē: non tamen intus defuit ad vnionis ſolu-
tionem. ¶ Scđa concluſio. Potētia deitatis anima diui-
ſa eſt a carne: ſed neutrum a verbo dei in chriſti morte.
¶ Tertia concluſio. Quicquid patitur caro vnita v̈bo/
debet dici deus pati: licꝫ verbū nec mori nec corrūpi po-
tuerit nec mutari. Ex hac concluſione elicit ⁊ infert ꝙ ſa-
ne dici poteſt: deus eſt mortuus ⁊ non mortuus: paſſus
eſt dei filius ⁊ non paſſus: ſed ſm alterā naturā paſſus:
ſm alteram impaſſibilis. ¶ Queſtio vnica.

## C Irca hāc diſtinctio-

nē queritꝛ vtrū ꝓpter ſolius aīe ſeparationē A
a carne/chriſtꝰ fuerit vere mortuus manēte
vnione diuinitatis cū vtra. ¶ In huiꝰ que-
ſtionis ſolutione q̄ ex p̄dictis pēdet tres ſuccedēt articu-
li. Primus notabiliū: cōcluſionū alter: tertius dubiorū.
¶ Quantū ad primū/ſupponitꝛ ex ſupradictis ꝙ in chri-
ſto duplex fuit vnio. Vna partiū humane nature inter ſe Arti. 1.
aīe ſcꝫ vt forme: ⁊ carnis vt materie: per quā ex ipſis ꝯſti- Nota. 1.
tutū eſt cōpoſitū ſubſtātiale viuū in natura humana. Se-
cunda fuit vnio ſuppoſitalis ſiue hypoſtatica nature hu-
mane ⁊ vtriuſ eius partis cū natura diuina in perſona
v̈bi: de qua latius dictū eſt. s̄. diſt. j. ¶ Scđo notandū ꝙ
ſm duplicē naturā in chriſto/duplex fuit vita in chriſto. Nota. 2.
Vna diuina ſumma ⁊ eterna: qua ꝑſona chriſti: q̄ ⁊ ꝑſo-
na eſt v̈bi: viuit ſeipſo neceſſario inalterabiliter ⁊ imuta-
biliter: q̄ ab illa ꝑſona tolli nō pōt. Scđa eſt vita nature
humane aſſumpte qua aīa chriſti viuit imediate eſſentia-
liter: caro mediate formaliter ⁊ v̈bū carū aſſumptione ꝑ
cōicationē idiomatū cōtingēter. Natura em̄ humana in
hoc viuere đr: q2 habet aīam q̄ eſt vita ſubſtātialiter tāꝙ̄
ſui partē. Anima v̈o viuit imediate eſſentialiter: quia ſm
ꝓpriā naturā operationū vitaliū eſt ꝓductiua. Caro vi-
uit: q2 eſt ſubiectū forme vitalis/ſcꝫ aīe ipſaꝫ informātis
⁊ perficiētis. Verbū v̈o hac vita humana quā cōtingen-
ter aſſumpſit viuit: per idiomatū cōicationē ſm quā pro-
prietates nature aſſumpte cōicantur perſone aſſumenti:
ſic nā verbū viuere nō eſt aliud/ꝙ̄ verbū in natura vi-
uente ſubſiſtere: de quo. s̄. diſt. vij. ¶ Tertio notandū ꝙ
mors hoīs non eſt niſi ſeparatio aīe a corpore. Hac em̄ Nota. 3.
anima a corpore ſeparata totū cōpoſitū moritur: q2 deſi- B
nit eſſe cōpoſitū: caro moritur: quia priuatꝛ forma q̄ eſſen-
tialiter eſt vita. Anima etſi annihilari pōt: manēs tn̄ mo-
ri non pōt: q2 ſeipſa viuit eſſentialiter: ⁊ nō ꝑ aliq̄d ſuꝑ-
additū. Vn̄ ipoſſibile eſt animā eſſe ⁊ nō viuere: ſicut im-
poſſibile eſt animā eſſe ⁊ nō eſſe animā. Verbū per idio-
matū cōicationē moritur qn̄ deſinit ſubſiſtere in natura
aſſumpta viuēte. Hec breuiter de articulo p̄mo. ¶ Quā-
tum ad ſecundum articulū eſt cōcluſio prima. In paſſio- Arti. 2.
ne chriſti anima realiter ⁊ vere ſeparata eſt a carne. Pro- Cōcl. 1.
batur: quia inclinato capite tradidit ſpiritum. Joh. xix. ⁊ C
Matthei. xxvij. Clamans voce magna emiſit ſpiritum.
Illa traditio et emiſſio ſpiritus/fuit ſeparatio anime a
carne. ¶ Secunda concluſio. Separatione anime chri-
ſti a carne non ſolum chriſti humanitas et corpus: ſed et Cōcl. 2.

ipſe chriſtus vere fuit mortuus. Probat̃: q: vere morit̃
qui vita quā habuit priuat̃: ſed tam humanitas chriſti/ꝙ
corpus: ⁊ ipſe chriſtus ſeu verbū in ſeparatione aïe pri/
uatū eſt vita quā habuit. De humanitate patet: q: per ſe/
parationē anime deſijt eſſe humanitas: ergo deſijt habe
re vitā: q: qđ nihil eſt in ſe nō habet vitā. De corpore ma
nifeſtū eſt. De chriſto ſeu v̄bo patet: q: ſeparata aïa a car
ne/deſijt verbū ſubſiſtere in natura humana viuēte. Tū
q: poſt ſeparationē caro ⁊ aïa chriſti nō fuere natura hu
mana. Tū quia illud qđ aſſumpſit .i. natura humana/nō
fuit viua. Itē mortuuȝ vere predicat̃ de natura humana
que fuit: ⁊ de eius ſuppoſito proprio ſi aſſumpta nō fuiſ
ſet: ergo etiā vere predicat̃ de ſuppoſito diuino ꝑ cōmu/
nicationē idiomatū. Cōſequentia patet ex dictis .ſ. diſt.
Cōcl.3. vij. ¶ Tertia cōcluſio. Quāuis in morte chriſti facta eſt
anime ⁊ carnis ſeparatio: manſit tñ diuinitatis cū vtraqȝ
indiſſoluta vnio. Prima pars patet ex cōcluſione prima.
Scđa ꝓbatur: q: chriſtus ſepultꝰ eſt ⁊ ſimul deſcēdit ad
inferna: vt dicit ſymbolū: nō autē deſcēdit nec ſepultꝰ eſt
ſm diuinitatē ſm quā eſt īmutabilis: igitur ſm naturam
aſſumptā ſibi vnitā. Nihil aūt aſſumpte nature fuit in ſe
pulcro niſi corpus: nec in inferno niſi aïa: ⁊ chriſtꝰ vtro/
biqȝ fuit: ergo vtrobiqȝ fuit natura diuina vnita nature
aſſumpte: in ſepulcro carni: in inferno aïe. Patet etiam
autoritate magiſtri ⁊ allegatoꝝ ꝑ eū in textu. Ad idē bea
tus Bonauen. adducit rōnes q̄ cōgruitatē oſtēdūt: non
Arti.3. tñ ſufficiēter factū ꝓbant. ¶ Quantū ad articulū tertiū
Dub. 1. eſt primū dubiū: cuȝ (vt dicit magiſter diſt. ij.) diuinitas
D vnita eſt carni mediāte aïa: ergo ſeparata aïa a carne/ſo
luta eſt vnio: nam ſublato vnionis medio tollitur vnio.
Ad hoc pōt dupliciter reſpōderi/ſm duplicē opinioneȝ
Dub.2. que tacte ſunt .ſ. q. ij. diſt. j ibi videat̃ ſatis late. ¶ Scđo
E dubitat̃: vtrū caro chriſti fuiſſet reſoluta ſeu putrefacta
in ſepulcro: ſi dilata fuiſſet reſurrectio. Rñdetur ꝙ licȝ
caro chriſti in ſepulcro habuit cauſas intrīſecas ⁊ extrin
ſecas naturales ad ſui reſolutionē nō obſtāte vnione eiꝰ
cū verbo: non tñ fuiſſet reſolutū: ſed a putrefactione cō/
ſeruatū nouo miraculo. Primū patet: q: fuit intrinſecus
humor et calor: ſimiliter extrinſecus ſicut in alio corpo/
re mortuo: nec impediebat vnio: quia illa nō obſtāte cor
pus fuit paſſibile mortale ⁊ mortuū ⁊ nō glorioſum. Itē
per actionē caloris naturalis/etiā per ſudores aliq̄d cor
poris chriſti reſolutū fuit: q: vere nutrituȝ eſt: vere ſuda/
uit: vt ſupponit̃: que nō fiunt ſine reſolutione corporis:
nec quantū ad illa impediebat vnio: ergo ſilr̃ ex rōne
vnionis nō fuit impedita incineratio. Qđ aūt nō fuerit
nec fuiſſet in ſepulcro reſolutū: patet ꝑ illud Pſ. Nō da/
bis ſanctū tuū videre corruptionē. Glo. Nec corpus ſan
ctū per qđ ⁊ alij ſanctificādi ſunt patieris corrūpi putre
factiōe. Quāuis em̄ chriſtꝰ aſſumpſit corpus noſtrū cuȝ
defectibꝰ penalibꝰ corꝑis viui: nō tñ cum opprobrijs cor
poris mortui. Illis em̄ meruit nobis ablationē corꝝ: iſtis
aūt mereri nō potuit: q: tēpus merēdi morte terminat̃.
Inutiliter ergo iſtos aſſumpſiſſet: imo nō ſolū inutiliter
ſed etiā in periculū fidei noſtre: q: in incredulitatē reſur
rectiōis. Vñ Pſ. xxix. Que vtilitas in ſanguine meo: dū
deſcēdo in corruptionē. glo. Aug. Si em̄ ſtatim nō reſur
go ⁊ corpus corrūpitur: nemini annūciabo: nullū lucra
bor. Qđ etiā corruptio corꝑis fuit impedita nouo mira/
culo: patet: q: per miraculū fuerūt cauſe corruptiue tam
intrīſece ꝙ extrīſece ſuſpēſe ab actiōe corruptiua: illa au
tē ſuſpēſio fuit miraculoſa: q: ſupnaturalis. Qđ aūt fue/
rit nouū miraculū (dicūt em̄ quidā ꝙ de nouo: ſed anti/
quo miraculo/quo corpus illud fuit indiſſolubiliter vni
tū verbo: cōtra quos ꝓbatur ꝙ nouo miraculo) q: illo
miraculo antiquo quo corpus vniuit v̄bo nō impediuit
corꝑis: ſȝ nec aïe impaſſibilitatē: cū illud corpꝰ ſit paſſuȝ
et mortuū. immo ſi eiꝰ paſſionē impediuiſſet: ex quo cor/
pus fuit paſſibile: nō obſtāte illa vnione h̄ fuiſſet nouo
miraculo: ſic ꝙ prohibuit eiꝰ reſolutionē poſt mortē cuȝ
fuerat corruptibile: fuit nouū miraculū. Ita ſentit Sco.
Verū ſiue nouo/ſiue veteri miraculo/certū eſt ꝙ mira/
culoſe ſuſpēſe ſunt cauſe naturales corpus naturaliter
reſoluere potētes. ¶ Sed diceres: videt̃ ꝙ corpus chri/
ſti ſit in ſepulcro corruptū. Probat̃: q: fuit forma cada/
ueris informatū: ⁊ hec eſt magna corruptio ſi corpꝰ priꝰ
viuū ſit corpus cadaueris. Antecedēs ꝓbat̃: q: aut ſepa
rationi aïe a carne ſucceſſit alia forma ſubſtantialis vel
nulla. Si nulla: igitur materia ſtetit nuda. Si aliqua nō
viuēs: ergo cadaueris. Reſpōdet̃ tenēdo vnitatē forme
ſubſtātialis in cōpoſito: dicēdū ꝙ nulla ſubſtātialis for
ma ſucceſſit ſeparationi anime: ſed materia corporis chri
ſti fuerat nuda quātū ad formas ſubſtātiales: nō habēs
in ſe ꝑ illud triduū quo fuit ī ſepulcro aliquā formā ſub/
ſtantialē: habuit aūt formas accidētales: nec magis hoc
eſt impoſſibile/ꝙ dicere ꝙ materia ſtetit ſine forma ſpe/
cifica: q: ſicut ꝑ naturā nō pōt ſtare nuda: ita nec ſine for
ma ſpecifica: ⁊ ergo ſi diceret̃/ꝙ ſeparata forma ſubſtan
tiali ſpecifica ſcȝ aïa intellectiua: ibi māſit forma corpo/
reitatis (q: ſenſitiua nō manſit/alr̃ nō fuiſſet mortuus)
oportet cōcedere ꝙ materia corꝑis ſtetit ſine forma ſpe/
cifica: aut ꝙ ſubintrauit forma cadaueris. ¶ Tertio du/ Dub.3.
bitat̃ vtrū ipſa ſeparatione/aïa chriſti facta ſit impaſſibi F
lis. Hic rñdet ſanctꝰ Bon. ꝙ nō eſt certuȝ ex autoritatibꝰ
vtrū aïa chriſti ſtatim poſt ſeparationē facta ſit impaſſi/
bilis: aut in corꝑis glorificatiōe: iō qđlibet hoꝝ ſine ꝑicu
lo ſentiri pōt. Verūtñ ꝓbabiliꝰ videt̃ ꝙ ſtatim fuerit fa/
cta impaſſibilis poſt ſeparationē: quia aïa chriſti nō fuit
paſſibilis: cū ſemꝑ fuerit beata: niſi ꝑ miraculuȝ ⁊ ꝓpter
noſtrā ſalutē: vt ſua paſſiōe mereret̃ nobis impaſſibilita
tē: ſed poſt ſeparationē nō erat locꝰ merēdi: ideo tūc aïa
nō debuit pati. Et ſubdit: nec h̄ ſolū de aïa chriſti ꝓbabi
le eſt: ſed etiā de cuiuſlibet viri iuſti: in quo nō reꝑit̃ poſt
ſeparationē aliq̄s reatꝰ peccati: ꝙ talis a p̄ma ſeparatiōe
a corꝑe ſtatim fuit impaſſibilis: dū tñ ſeparat̃ ſeparatiōe
diffinitiua et finali/nō ad tp̄s ꝓpter glr̃ie manifeſtationē
ſicut factū eſt in lazaro ⁊ alijs reſuſcitatis. Nec obſtat ꝙ
caro chriſti non ſtatim fuerit glr̃ioſa ⁊ impaſſibilis facta:
q: aïa erat ꝓpinquior ad gloriā (q: btā) ꝙ caro. ¶ Pre/
terea dilatio īpaſſibilitatis in carne faciebat ad fidei cō/
firmationē: vt oſtenderetur chriſtus vere paſſus et mor
tuus. Hec ſanctus Bonauen̄.

Diſtinctio. xxij.

# Agit magiſter de ani

me chriſti et corporis eius ſeparatione. In
hac diſt. xxij. agit de cōſequente ſeparatiōis
denominatione: inueſtigat enim an chriſtꝰ
in triduo mortis fuit homo. Et colligitur ſententia magi
ſtri in hac diſt. in tribus concluſionibus que ſequuntur.
¶ Prima cōcluſio. In mortis triduo chriſtus fuit homo
verꝰ ⁊ rationalis: nō mortalis nec immortalis. ¶ Secū/
da cōcluſio. Chriſtus in triduo fuit vbiqȝ ſm diuinitatē:
non autēȝ vbiqȝ fuit homo: ſed tñ in inferno/et in ſepul
cro ſm humanitatē. ¶ Tertia cōcluſio. Chriſtus totus ⁊
perfectus eodē tēpore fuit in inferno totus: totꝰ in ſepul
cro: totus in celo: nō tñ totū deus fuit: nec totum homo.

Queſtio vnica.

# Circa hāc diſtinctio

nē querit̃ vtrū chriſtꝰ in triduo fuerat verꝰ A
homo. ¶ Tribꝰ articulis queſtio termina/
bit̃. In p̄mo termini declarabunt̃. In ſcđo
ꝑ cōcluſiones rñdebit̃. In tertio dubia ſoluent̃. ¶ Quā Arti.1.
tū ad primū notandū ꝙ de materia q̄ſtionis apud vete/ Nota.1.
res fuerūt opiniones. Naȝ venerabilis Hugo de ſancto
victore lib. ij. de ſacramētis ꝑte. j. c. penul. tenet chriſtum
fuiſſe hoīem in triduo mortis: q: ponit aïam eſſe hoīeȝ/
vtentē tñ corꝑe: veruȝ ꝙ vtat̃ corꝑe/accidit aïe: ideo aïa
etiā nō vtens corpore actu eſt homo. Dicit etiā aïam ꝑ ſe
eſſe ſuppoſitū. Et q: chriſtus habuit aïam in triduo ſibi

vnitā: ideo ponit chriſtū eſſe hominē in triduo: ⁊ hoc nō ſolū dicit de chriſto: ſed de quolibet hoīe mortuo. Vñ dicit aīas beatoꝝ eſſe hoīes: licꝫ ſint ſeparate a corꝑe. Magiſter cōcordat in ꝯcluſione: ſcꝫ ꝙ chriſtus in triduo fuit hō: ſed nō cōcordat in modo ponendi. Nā tenet: ꝙ ad rationē hoīs reqrit corpus ⁊ aīa: neqꝫ eſt hō / ſi alterū deſit. Et requirit etiam cōiunctio illoꝝ vel inter ſe mutuo / vel cū eodē termino. Et q: in ceteris hoībus nunꝙ coniungunt per vnionē tertio: ideo nō eſt ibi hō / niſi vniantur ſibi mutuo. In ſolo chriſto manet cōiūctio ſiue vnio vtriuſqꝫ cū verbo ſeparatis ab inuicē: ideo ſolus chriſtꝰ eſt hō in triduo: licꝫ in illo aīa fuerit ſeparata a corꝑe: q: vtrūqꝫ fuit vnitū vbo. Sunt etiā vt recitat Sco. q tenēt generaliter: ꝙ ſola forma eſt de ꝑ ſe rōne qdditatis ⁊ nō materia. Et ꝑ hoc dicūt: ꝙ quicqd habet formā / hꝫ totaꝫ quidditatē rei. Et ideo habēs aīam intellectiuā / hꝫ totā quidditatē humanitatis: ⁊ per cōſequens eſt hō. ¶ Sed illa opinio ſatis improbata eſt in .ij. diſt. xij. q. j. vbi probatum eſt ꝙ materia eſt entitas poſitiua ⁊ pars eſſentialis cōpoſiti ſubſtātialis: ⁊ ꝑ cōſequēs pars qdditatis eius: ſiquidēꝫ nihil eſt quidditas niſi eſſentia rei. Vñ materia que eſt altera pars cōpoſiti: licꝫ nō ſit de qdditate forme ſicut nec eſt pars forme: eſt tñ de quidditate totiꝰ cōpoſiti / cuius eſt vera pars eſſentialis. Et ideo ſicut forma ita ⁊ materia eſt de ratione quidditatis cōpoſiti ſubſtantialis.

Nota. 2. B

¶ Scdo notandū: ꝙ ſanctus Bonauen. q. j. huiꝰ diſ. ad cōcordandū opi. Hugo. ⁊ magiſtri cū opi. cōmuni tenente partē queſtionis negatiuā: ponit quādā diſtinctionē huius qđ eſt eſſe. vñ ait. Notādum ꝙ hoc eſſe de hoc / pōt tripliciter dici: aut ſm eſſe actuale: aut ſm eſſe aptitudinale: aut partim ſm eſſe aptitudinale. Primo modo predicat dū ſubiectū eſt actu ⁊ predicatum actu inheret ſubiecto / vt homine exiſtēte: dico / homo eſt animal. Secundo modo dr hoc de illo: qñ nec ſubiectū eſt actu: nec forma predicati actu inheret: ſed neceſſario eſt ordinatio vnius ad alterū fundata ſuꝑ principia nature: ſicut nulla roſa exiſtēte: hec ꝯcedit: roſa eſt flos. Tertio modo dr hoc de hoc: qñ ſubiectū eſt in actu: forma vo ꝑdicati nō ineſt ei ſm actū: ſed ſm neceſſariā ordinationē fundataꝫ in principijs nature: ſicut chriſtus in triduo fuit hō: q: in triduo chriſti pſona erat actu. Forma tñ vnitatis ſeruata fuit in aptitudine cōiunctionis aīe ad carnē. Et ſm hos triplices modos ꝑdicandi poſſent poni dicte opiniones Hugo. magiſtri / ⁊ cōis doctoꝝ. Vñ ſubdit cuꝫ queritur: vtrū chriſtꝰ in triduo fuerit hō. Si loqmur de ꝑdicatiōe ſm eſſe aptitudinale: nō tm̄ verū eſt de chriſto: ſed etiam de omni hoīe mortuo: q: ſm fidē noſtrā / qñ hō morit remanēt ꝑncipia eius in quibꝰ ſalua eſt ordinatio: nō ſoluꝫ reſpectu hoīs: ſed etiā reſpectu huius hoīs: alioqn non eſſet vera reſurrectio: ⁊ hec fuit opinio Hugo. ¶ Si aūt loquamur de ꝑdicatione partim actuali ⁊ partim aptitudinali: ſic cōcedi pōt de chriſto: ſed non de alijs hoībus. Hec poſitio fuit magiſtri. ¶ Si aūt loqmur de ꝑdicatione actuali ſimplr / nec de chriſto: nec de alio hoīe verum eſt dicere ꝙ ſit hō: ꝙdiu aīa ſeparata eſt a carne. Nō em̄ eſt hō in actu: niſi illa fuerit coniuncta. Et hec eſt opinio cōis doctoꝝ: ⁊ ſm h poſſunt concordari oēs opiniones: ita ꝙ quelibet dicat verū: licꝫ vt poſtea declarat: nō preciſe fuit illa ſentētia Hugonis neqꝫ magiſtri: vt patet intuēti verba eoꝝ.

E

¶ Hec aūt que dicta ſunt de triplici modo predicādi / poſſunt clarius ita exprimi ⁊ reſolui: quia modus predicādi cōſiſtit in ſermone copule / que ꝑdicat vnū de altero. Copula ly eſt / pōt tripliciter accipi. Uno modo vt importat eſſe actuale reſpectu vtriuſqꝫ extremi. Et ita verū eſt: ꝙ ad veritatē ꝓpoſitionis affirmatiue de copula eſſe requirit ꝙ extrema ſupponāt ꝑ re actualiter exiſtēte: ⁊ ſic ille ſunt ſimplr falſe: roſa eſt flos. hō eſt animal. ſortes eſt ſortes: nullo flore / nec hoīe / nec ſorte exiſtente. Scdo modo accipit eſſe / vt dicit eſſe aptitudinale ⁊ ita tantū valet eſſe. i. poſſe eſſe in natura. Et ita oēs ille eſſent cōcedende. Homo eſt currens. hō eſt albus. nullo homine exiſtēte: non minus ꝙ ille / hō eſt animal. hō eſt hō. roſa eſt flos: imo illa / roſa eſt. hō eſt. ſortes eſt / nullo hoīe vel roſa exiſtēte: q: in oībus illis eſt valet tantū / id eſt poteſt eſſe. In caſu autē poſito vera eſt hec: hō pōt eſſe animal. homo pōt eſſe currēs ⁊c.

D

Tertio mō / vt dicit eſſe actuale reſpectu ſubiecti: ⁊ poſſibile reſpectu ꝑdicati. Et tunc: illa chriſtus eſt homo: valet illā / chriſtus actu exiſtēs poteſt eſſe homo ſm principia humanitatis actu exiſtētia natura: ⁊ ille modus nō eſt vſitatus niſi in illa: chriſtus eſt hō in triduo apud eā cōcedētes. ¶ Cōſequēter apud ſic diſtinguētes: dr / ꝙ eſt ex cōmuni vſu: in ꝑdicatione quidditatiua: ſcꝫ generis de ſpecie: eiuſdē de ſeipſo dicit eſſe aptitudinale. In ꝑdicatione vo accidētali ⁊ in ꝓpoſitione de eſt ſcdo adiacēte / dicit eſſe actuale: et ideo illa cōcedit: hō eſt animal / nullo hoīe exiſtēte: ⁊ nō illa / hō eſt albus: nec illa / homo eſt: q: ex vſu loquentiū / eſt / equiuocat in illis. Et ꝓpter hoc negāt cōſequentiā ab eſt tertio adiacēte ad eſt ſcdm adiacens in quidditatiua predicatione: q: ibi eſt / equiuocat in antecedēte ⁊ cōſequente. In antecedēte dicit eſſe aptitudinale: in conſequēte eſſe actuale. Sed ſi ly eſt / accipit eodē modo in antecedēte ⁊ cōſequēte: vniuerſaliter valet illa cōſequētia in nō ampliatiuis. Nos aūt ſm viā noſtrā dicimus: ꝙ differentia eſt inter eſſe ⁊ poſſe eſſe: ideo eſſe ſemꝑ dicit eſſe actuale. Poſſe eſſe ſemꝑ dicit eſſe aptitudinale ſm potētiā nature: vel ſimpliciter ſm potentiā quācunqꝫ diuinā vel naturalē: ideo oēs has negamus. roſa eſt flos. ceſar eſt homo. nulla roſa / nullo ceſare exiſtēte. ¶ Et dicimꝰ vniuerſaliter cōſequentiā / ab eſt tertio adiacente / ad eſt ſcdm adiacēs in affirmatiuis / ⁊ non ampliatiuis eſſe bonam et formalē.

Nota. 3. E

¶ Tertio notandū: ꝙ diuerſitas illaruꝫ opinionū magis videt cōſiſtere in quid noīs termini hō (qđ diuerſimode apud eos aſſignat) ꝙ in re. De re em̄ ipſa eſt cōcors ſentētia oīm illoꝝ opinantiū. Certū enim eſt apud oēs: ꝙ in triduo aīa rōnalis in chriſto fuit ſeparata a carne ſine materia: loco / ⁊ ſubiecto. Loco: q: non erat ſimul; aīa em̄ fuit in inferno cū patribus: caro in ſepulcro. Subiecto: q: aīa nō informabat carnē / ſicut forma ſubiectū: vt patet ex ꝑcedenti diſtinctione. Certū em̄ eſt ꝙ nec caro: neqꝫ aīa fuit vnꝙ ſeparata a vbo poſt eiꝰ aſſumptionē: q: verbū qđ ſemel aſſumpſit nō dimiſit ſm Dam̄. vt ex ꝑdictis oſtēſum eſt. ¶ Utrū autē ſuppoſituꝫ verbi quod ſubſiſtit in carne ⁊ aīa a ſe mutuo ſeparatis ⁊ verbo vnitis debeat noīari homo: de hoc eſt queſtio: ⁊ de hoc ſunt opiniones. Intellecta ergo ſignificatione huiꝰ vocabuli hō queſtio nō manet dubia. Cum aūt noīa ſint ad placitū: ⁊ apud diuerſos diuerſimode accipiant: vel ꝓpter diuerſas impoſitiones: aut ꝓpter diuerſum voluntatū vſum qui habet vim impoſitionis. Hinc cōtingit idē nomen de eodem vere ⁊ falſe predicari ꝓpter diuerſas acceptiones apud diuerſos. Nec hoc mirū eſt: quia etiaꝫ apud eundē: idē terminus predicat de eodē vere ⁊ falſe. Et eadē propoſitio vocalis ⁊ ſcripta eſt ſimul vera ⁊ falſa ꝓpter terminoꝝ eius equiuocationē. Poſſet autē terminus hō recipi vt ſignificaret omne ſubſiſtēs in natura rationali / capiēdo rationale vt diſtinguitur contra intellectuale: ⁊ ſic aīa rōnalis ſeparata eſſet hō: apud illos q dicūt animā ſeparatā eſſe perſonā. Homo em̄ quia cōcretuꝫ eſt: nō ſupponit niſi pro perſona ſeu ſuppoſito: ⁊ ſic accipiēdo opi. Hugo. vera eſt. ¶ Poſſet iteruꝫ accipi ſiue ex impoſitione ſiue ex vſu: vt ſignificaret ſubſiſtēs in corpore ⁊ anima rationali coniunctis: ſiue inter ſe: ſiue tertio: ⁊ ſic opinio magiſtri eſt vera. ¶ Poſſet tertio accipi pro ſuppoſito ſubſiſtēte in natura cōpoſita ex materia ⁊ anima rationali tanꝙ ex forma ipſam materiam informāte: ⁊ ſic verbū eſt verus hō: ſed nō in triduo. Que autem acceptio ſit propria: colligi oportet ex autoritatibus ⁊ cōi modo loquēdi: ⁊ ſm hoc videtur ꝙ tertia acceptio ſit ꝓpria. Nā apud oēs philoſophos / homo deſcri-

dicitur animal rationale: ⁊ omne animal eſt corpus: quia
animal ſpẽs eſt corporis: ſed omne corpus cõpoſitũ eſt ex
materia ⁊ forma. Uel ſaltẽ ſuppoſitũ ſubſiſtens in natu
ra cõpoſita ⁊c. ꝓpter eos qui diſtinguũt inter naturaꝫ ⁊
ſuppoſitũ. Iterũ apud oẽs hõ eſt ſuppoſitũ ſubſiſtẽs in
humanitate. Humanitas aũt eſt natura cõpoſita ex ma⸗
teria ⁊ forma rationali: alioquin aĩa rationalis cũ mate
ria cui nunq̃ fuit cõiuncta: eſſet natura humana: qđ nul⸗
lus cõcedit. Uñ ⁊ illo tertio modo accipiẽdo ponent̃ cõ⸗
Arti.2. cluſiones. Hec de articulo primo. ¶ Quantũ ad articu⸗
Cõcl. 1. lum ſcđm/ eſt hec cõcluſio prima. Chriſtus in mortis tri⸗
F duo nõ fuit verus hõ. Probat̃: qꝛ in illo triduo perſona
chriſti nõ ſubſiſtebat in natura humana: igit̃ non fuit ve
rus hõ. Tenet ꝯña ex quid nõis huius termini hõ: etiam
ſ̃. diſt. vij. Antecedẽs patet: qꝛ in illo triduo caro ⁊ aĩa in
quibꝰ ſubſiſtebat ꝑſona verbi: nõ cõſtituerũt humanita⸗
tẽ: nec ꝓpter ſui ſeparationẽ cõpoſuerunt vnam naturã.
Humanitas aũt eſt natura cõpoſita ex materia ⁊ forma.
¶ Itẽ: ſi in triduo corpus chriſti ⁊ anima fuiſſent ſibi di
miſſa: nõ fuiſſet hõ: nec partes hoĩs: igitur nec verbum:
cui vnita fuerũt: in triduo fuit hõ. Antecedẽs manifeſtũ
eſt: ⁊ cõſequẽtia ꝓbatur: qꝛ nulla denoĩatio cõcretiua cõ
uenit ſuppoſito verbi rõne nature aſſumpte: que nõ cõ⸗
Cõcl.2. ueniret ꝓprio ſuppoſito nature aſſumpte ſi dimitteret̃ a
verbo: vt patet ex dictis ſ̃. diſt. vij. ¶ Scđa cõcluſio. In
triduo ꝑſona verbi nõ potuit ꝓprie chriſtus noĩari. Pro
batur: qꝛ vt. ſ̃. diſ. vj. q. ij. dictũ eſt. Chriſtus eſt nomẽ ſup
poſiti in duabꝰ naturis diuina ⁊ humana ſubſiſtẽtis. In
triduo aũt nõ fuit natura humana: igit̃ nihil ſubſiſtebat
in natura humana. Nomẽ itaqꝫ chriſtꝰ in triduo pro nul⸗
lo ſuppoſuit: ⁊ cõceptus eiꝰ in ſe falſus fuit: vt dicit Sco
Cõcl.3. tus diſt. p̃ſenti ¶ Tertia cõcluſio. Licꝫ ſm ſermonis ꝓ⸗
prietatẽ ille. Chriſtꝰ in triduo fuit in ſepulcro / aut in in⸗
ferno ſunt falſe: ſimiliter tñ ille. Chriſtus iacuit in ſepul⸗
cro: chriſtus deſcẽdit ad inferna ſunt cõcedende. Prima
pars patet: qꝛ chriſtus cũ illa determinatione in triduo/
pro nullo ſupponit: ergo cuꝫ ſint affirmatiue ſunt falſe.
Scđa pars ꝓbatur: quia perſona verbi que eſt vel fuit
chriſtꝰ iacuit in ſepulcro: igitur ⁊c. ab equiualẽti ad equi
ualẽs. Poſſet tamẽ prima cõcedi: ſi ly in triduo/ determi
naret ly iacuit vel fuit: ſecus ſi determinat ly chriſtus: qꝛ
Arti.3. tunc chriſtus alienatur. ¶ Quantũ ad tertiũ articulum
Dub. 1. dubitatur primo: cũ omne inexiſtens vel vnitũ alicui ſuf
G ficit ipſum denominare cui ineſt: ⁊ in triduo verbo vnita
fuit caro: ſiliter ⁊ aĩa. Dubitat̃ quam denominationẽ ſi⸗
bi tribuit. Et videt̃ ꝙ caro vel corpus: nõ aliã q̃ corpus
vel corporeũ: ⁊ aĩa nõ aliã dedit/ niſi illã que eſt anima⸗
tũ: qđ ſi cõcedit̃/ tũc vltra: qꝛ genus aut ſupius nõ predi
cat̃ de aliquo ſingulari quin aliqua ſpecialiſſima gene⸗
ris de eo predicet̃. Nulla aũt alia ſpecialiſſima corporis
aut animati predicat̃ de verbo q̃ hõ: igitur in triduo fuit
homo. ¶ Ad illud dubiũ reſpõdet̃ ꝙ caro ſiue corpus ⁊
anima aliquã denoĩationẽ tribuit verbo in triduo: ⁊ hoc
impoſitã ſiue imponendã. Nõ tamen hanc denoĩationẽ
corpus vel corporeũ/ animal vel animatũ/ ſiue rationa⸗
le accipiẽdo illos terminos vt ſunt genera ſubſtãtie: vel
differẽtie ſubſtãtiales ꝓut accipiũtur in arbore porphy⸗
riana: quia ſicut oẽs illi termini ſupponũt ꝓ ſubſiſtente
in natura cõpoſita ⁊ forma corporea animata vel ratio⸗
nali. In triduo autẽ verbũ nõ ſubſiſtebat in tali natura
cõpoſita ꝓpter ſeparationẽ anime a materia. Si aũt vox
aliqua imponeret̃ ad ſignificãdũ ſubſiſtẽs in carne/ aut
in materia carnis: ⁊ aliqua ad ſignificandũ ſubſiſtẽs in
anima rationali: tales denoĩationes cõicarentur verbo.
Et ſi corpus corporeũ/ animatũ rationale per nouã im⸗
poſitionẽ imponeret̃ ad ſignificandũ habẽs carnem vel
animã ſibi vnitã: tũc denominarẽt verbũ. Sed tunc non
eſſent genera aut differẽtie coordinationis porphyrij: et
tũc nõ haberẽt ſpẽs ſpecialiſſimas/ hoĩem vel aſinũ ⁊c.
ſed ſpeciẽ de nouo imponẽdã. Bene loquit̃ ad ꝓpoſitũ

Sco. diſt. preſenti iuxta finẽ ponẽs exemplũ. Si albedo
ſuſtentaret̃ ſiue ſuppoſitaret̃ ſine informatione ſubiecti
tũc diceret̃ hoc ſuppoſitũ ſuſtẽtans albedinẽ: ſed tñ non
diceret̃ albũ ꝓpter defectũ informationis. Loquitur ad
idẽ Ockam in cẽtilogio ꝯcluſione. xiij. ¶ Scđo dubitat̃ Dub.2.
vtrũ cõcedendũ ſit: ꝙ ille homo demõſtrãdo chriſtũ eſt H
vbiqꝫ. Rñdet̃ primo de re: ꝙ cũ in chriſto ſint due natu⸗
re/ humana ⁊ diuina realiter diſtincte: ſola diuina natu⸗
ra ꝓpter ſui infinitatẽ eſt vbiqꝫ. Sola em̃ natura diuina
eſt infinita: natura aũt humana in chriſto: qꝛ pura crea⸗
tura ⁊ finita: eſt in loco determinato: puta in celo aut in
ſacro. Uñ Inno. dicit/ ꝙ chriſtꝰ eſt alicubi ꝑſonalr̃: alicu
bi ſacramẽtalr̃: alicubi localr̃: in celo localiter: in altari
ſacramẽtaliter: vbiqꝫ ꝑſonalr̃: ſacramẽtaliter ⁊ localiter
ſm naturã humanã: vbiqꝫ ſm naturã diuinã. Hec de re.
¶ Quantũ ad rationẽ noĩs ſupponit̃ ꝙ ly hõ nõ eſt no
men nature: ſed ſuppoſiti vbi natura diſtinguit̃ a ſuppo
ſito: ſicut ĩ chriſto natura humana realiter a v̾bo. ¶ Se
cundo ꝙ in chriſto nõ eſt niſi vnũ ſuppoſitũ qđ eſt per⸗
ſona verbi: nec alia eſt perſona verbi: alia perſona homi
nis. Et ita nõ alius deus alius homo: ſed vna indiſtincta
⁊ indiuiſa perſona v̾bi eterna eſt deus ⁊ hõ. Et ideo q̇c⸗
quid predicat̃ de verbo: predicat̃ etiã de hoĩe chriſto. et
ecõuerſo: per cõicationẽ idiomatũ: vt latius dictũ eſt. ſ̃.
diſt. vij. Et hoc verũ eſt ſimpliciter: ideſt ſine addita de⸗
terminatione: quia ſi additur determinatio determinãs
ſm hanc vel illam naturã/ tũc datur inſtantia. Unde qñ
ly vbiqꝫ additur: videre oportet an determinet ſm idem
vel diuerſa. ſi ſm idem/ propoſitiones equiualent: ſecus
ſi ſm diuerſa. Et quia dum additur huic termino hõ chri
ſtus aut verbũ: determinat quẽlibet hoꝝ terminoꝝ/ ſm
illud qđ cõnotat. Hoc eſt: ſi additur huic termino hõ: qꝛ
connotat naturam humanã: determinat ipſum ſm natu
rã humanã. i. denotat ꝙ eſſe vbiqꝫ cõueniat humane na⸗
ture. Si determinat ly verbũ/ qđ cõnotat naturã diuinã:
denotat ꝙ eſſe vbiqꝫ cõueniat nature diuine. Si determi
nat ly chriſtus/ qđ cõnotat vtrãqꝫ naturã/ diuinam ⁊ hu
manã: denotat ꝙ vtraqꝫ natura ſit vbiqꝫ: ⁊ ſm hoc facile
eſt diſtinguere inter illas. Ille hõ eſt vbiqꝫ: ⁊ ille demon
ſtrãdo ideꝫ ſcꝫ perſonã chriſti eſt hõ vbiqꝫ. Prima vera:
quia valet illã: ille hõ/ ideſt illa ꝑſona q̃ eſt hõ ſcꝫ verbũ
eſt vbiqꝫ. Scđa valet tãtũ: ille ideſt ꝑſona hec eſt homo
vbiqꝫ/ ideſt vbiqꝫ habet humanitatẽ ſibi vnitam que eſt
falſa. Et in eodẽ ſenſu ille negant̃: chriſtus inquantũ hõ
eſt vbiqꝫ: chriſtus ſm humanitatẽ eſt vbiqꝫ. ⁊ hoc ſi illa
determinatio inquãtũ homo/ vel ſm humanitatẽ deter⸗
minat ly vbiqꝫ. Si aũt determinaret ly chriſtꝰ eſſent vere.
quia valerẽt tantũ qđ eſt chriſtꝰ inquãtũ hõ: vel ſm hu⸗
manitatẽ/ eſt vbiqꝫ que vera eſt: quia verbum qđ ſm hu
manitatẽ eſt chriſtus: eſt vbiqꝫ. Uerũ ꝙ ille ſpeciuocatio
nes ſm/ ſm ꝙ/ inquantũ/ multipliciter accipiũtur: vt ha
bitũ eſt. ſ̃. diſt. vij. ⁊ ſm hoc varie eſſet reſpõdendũ: vide
ibi. ¶ Tertio dubitatur circa tertiam cõcluſionẽ textꝰ/ Dub.3.
ad quẽ infernũ deſcẽdit chriſtus: ⁊ quouſqꝫ permanſit. I
Reſpõdetur breuiter/ ꝙ ſm beatũ Tho. p̃ſenti diſt. q. iij.
arti. ij quadruplex eſt infernus. Profundiſſimus eſt dã⸗
natoꝝ in quo ſunt tenebre: et quantum ad carentiã diui⸗
ne viſionis: et quantum ad carentiam gratie ⁊ cũ hoc pe
na ſenſibilis Secũdus iſto ſuperior: eſt limbus pueroꝝ:
in quo ſunt pene duplices predicte: ſed nulla pena ſen⸗
ſus. Tertius ſuper hunc in quo ſunt tenebre carentie di⸗
uine viſionis: nõ autẽ tenebre gratie: ſed eſt ibi pena ſen
ſus in quo ſunt anime purgande. Adhuc ſupra hunc eſt
quartus tenebroſus quantum ad carentiã luminis glo⸗
ſus ſine recta ratiōe. Patet:q̄a opoꝛtet ꝙ eliciens ſit ſciens
Scientia aūt ad intellectū pertinet et ratiōnē:vnde carē⸗
tes vſu ratiōis actus virtuoſos habere nō poſſunt:vt pue
2 ri amentes ⁊ furioſi. ¶ Scd̄o ſequiꝛ ſm Ockā vbi ſupꝛa.
q.xiij.⁊.q.xij.tertij ſenteñ.ꝙ ad actū eſſe virtuoſum nō ſuf⸗
ficit cōfoꝛmitas ad rōnē rectā aptitudinaliter. Et dico illū
actū cō foꝛmē recte rationi aptitudinaliter: q̄ eliciꝛ ſicut ra
tio dictaret eū eſſe eliciendū ſi ineſſet: licet non inſit de fa⸗
cto:tūc ꝓbaꝛ:tum q̄a nō habens vſum ratiōis/poteſt elice
re actū ꝯfoꝛmem ratiōi recte ſi ineſſet:vt poteſt indigēti da
re elemoſynā:et tamen talis actus nō eſt virtuoſus: q̄a nō
operaꝛ ſciens.hinc dicit phs.ij.Ethi.c.iiij.Juſtus ⁊ tempe
ratꝰ eſt/non q̄ hec.ſ.iuſta ⁊ temperata operaꝛ:ſed q̄ ſic ope
ratur vt iuſti et tēperati operanꝛ: q̄a impoſſibile eſt ꝙ ali⸗
quis actus cōtra dictamen rōnis ſiue rectū ſiue erroneū eli
citus ſit virtuoſus:q̄a qui cōtra cōſcientiā agit: edificat ad
gehennā.ſumiꝛ et glo.ſuꝑ illud Rom̄.xiiij. Omne qđ nō
eſt ex fide:peccatū eſt. Ex fide.glo.i.cōtra cōſcientiā. Sed
volūtas poteſt ex libertate ſua velle aliq̄d cōtra cōſcientiā
erroneā:quod eſſet ꝯfoꝛme ratiōi recte ſi ineſſet vt dare pa
nem indigēti quem crederet errando nō indigere:⁊ tamen
tale dare cōtra conſcientiam eſſet vitioſum et peccatū:licet
3 ꝯfoꝛme recte ratiōi aptitudinaliter. ¶ Tertio ſeq̄tur ꝙ ad
actū eſſe virtuoſum nō ſufficit cōfoꝛmitas ad rationē rectā
habitualiter:hoc eſt non ſufficit ꝙ habitꝰ ratiōis recte inſit
cui actus cōfoꝛmeꝛ. Pꝛobaꝛ: q̄a habitus vnꝰ nunꝙ̄ incli⸗
nat ad actū alterius habitus cauſando vel regulando:niſi
mediante actu pꝛopꝛio ad quē immediate inclinat:ſicut ha
bitus pꝛincipij nō inclinat ad actū cōcluſionis:niſi mediā⸗
te actu ꝑncipij ad quē pꝛimo inclinat: ergo habitus pꝛudē
tie ſiue ratiōis recte nō reddit actū virtuoſum niſi quem re
gulat. Nec regulat actū volūtatis niſi mediāte actu ꝓpꝛio:
ſequiꝛ ergo ꝙ ad regulādū actū volūtatis req̄riꝛ actꝰ pꝛu⸗
dentie:et ita nō ſufficit ſolus habitꝰ. Et ſi q̄riꝛ quid eſt actū
elici cōfoꝛmiter actū ratiōi recte. Reſpōdet Ockam vbi ſu
pꝛa.q.xiij.tertij/eſt ipſum elici ſm rectā rationē regulantē
et dictātem talem actū eſſe eliciendū:qđ quidē dictare ſiue
regulare nō eſt aliud ꝙ̄ ſpeciali modo actū illū cauſare. Si
quidē ſuſpēſa actiuitate volūtatis vel pꝛudētie/nullo mo⸗
do diceręꝛ actus ille virtuoſus. Et ratio eſt: q̄a virtuoſum
et vitioſum ſunt nomina ꝯnotatiua:⁊ ſignificant actū non
abſolute:ſed cōnotando cū hoc actiuitatē volūtatis ⁊ pꝛu⸗
dentie. Et quādo aliqđ hoꝝ ꝯnotatoꝝ deficit:nō diciꝛ eſſe
4 actꝰ virtuoſus. Hec ille. ¶ Quarto ſeq̄tur ꝙ ad actum eſſe
virtuoſum nō ſufficit cōfoꝛmitas eius ad pꝛudentiā ſeu ra⸗
tionē rectā actu inherentē. Pꝛobaꝛ: quia ſtat pꝛudētiā di⸗
ctare aliquid eſſe volendū certo modo:⁊ ꝙ volūtas ex ſua
libertate ita velit: nō tamen q̄a ita dictabit ratio recta: ſed
quia ita placet:vel pꝛopter lucrū aliquod aut delectationē
in quo caſu velle illud licet ſit cōfoꝛme rationi recte actua⸗
liter inexiſtenti:nō tamen eſt actꝰ virtuoſus:q̄a nō eſt elici⸗
tus ꝓpter hoc exponēdo vt ſupꝛa. ¶ Pꝛeterea nullus actꝰ
eſt virtuoſus q̄ eliceręꝛ a volūtate ad nudā appꝛehēſionē
obiecti:vel etiā appꝛehēſionē obiecti cū certa circūſtantia
quā recta ratio nō dictaret:ſed volūtas q̄ elicit velle alicu⸗
ius obiecti qđ ratio recta dictat eſſe volendū ex ſola ſua li⸗
bertate:aut ꝓpter delectationē vel aliā cām quā ratio recta
nō dictaret:etiā eliceret velle illud ad nudā oſtēſionē obie
cti:vel ad oſtēſionē eiꝰ cū circūſtātia quā ratio nō dictaret
5 ergo nō eſt v̄tuoſus. ¶ Quinto ſeq̄ꝛ/ꝙ ad hoc ꝙ actꝰ vo⸗
lūtatis elicitꝰ ſit virtuoſus req̄riꝛ ꝙ eliciaꝛ ꝯfoꝛmiter recte
ratiōi actualiter inexiſtenti/tanꝙ̄ obiecto actus ſic eliciti.
¶ Partes huius coꝛollarij patent ex pꝛioꝛibus vſq; ad vl⸗
timā/ſcilicet ꝙ ratio recta eſſe debet obiectum actus eliciti
que ſic patet:quia quicquid tendit in aliquid pꝛopter alte⸗
rum:tendit in vtrūq; tanꝙ̄ in obiectum:ſicut diligens pꝛo
ximum pꝛopter deum/diligit etiam deum: ſic et voluntas
volens aliquid pꝛopter aliud: vult vtrūq;:et per cōſequēs
tendit in vtrūq; tanꝙ̄ in obiectū. Quicquid enim vult vo
luntas eſt obiectum eius:nunc autem ad hoc ꝙ actus vo⸗
luntatis ſit virtuoſus: requiritur ꝙ ipſum eliciat pꝛopter
rectam rationem eum ſic elici debere dictantem: ergo vo⸗
luntas ſic volendo/vult etiam ipſam rationem rectam ta⸗
liter dictantem:ergo ratio recta erit eius obiectum partia⸗
le. Et hoc quidam bꝛeuius expꝛimūt dicētes ꝙ ad actū vir
tuoſum req̄ritur ꝙ eliciatur confoꝛmiter rationi recte actu
inexiſtenti. Hoc autem eſt elicere confoꝛmiter rationi recte
velle dictatū a ratione recta:pꝛopter hoc/quia eſt a ratiōe
recta dictatum:ita tamen non accipiꝛ cōfoꝛmitas in quar⸗
to coꝛollario:ſed largius ꝓ actu elicito ſm dictamen ratio⸗
nis:ſiue eliciatur ꝓpter hoc q̄a ſic dictatum eſt: ſiue ꝓpter
cauſam aliā. ¶ Eſt etiam notandū poſt dicta in.ij.diſt.xlj.
ꝙ actus virtuoſus eſt duplex:quidā eſt virtuoſus intrinſe⸗ Z
ce vel eſſentialiter vt quidam loquuntur.i.non denomina
tione extrinſeca:vel vt alij dicunt foꝛmaliter. Quidam ve⸗
ro eſt virtuoſus contingenter ſiue denominatiōe extrinſe⸗
ca:vel ſm alios materialiter. ¶ Actus virtuoſus intrinſe
ce/ſeu ſm modum loquendi aliquoꝝ eſſentialiter/et non
denominatione extrinſeca/eſt qui manens idem numero
naturaliter nō poteſt fieri vitioſus ſeu nō virtuoſus. Exem⸗
plum:ſicut omnis actus voluntatis elicitus cōfoꝛmiter re
cte ratiōi includendo in ly ꝯfoꝛmiter rationi recte/omnes
ſuperioꝛes ꝯditiones ad actū virtuoſum req̄ſitas. ¶ Actꝰ
virtuoſus contingenter et denominatione extrinſeca per
oppoſitū/eſt actus virtuoſus: qui idem numero naturali⸗
ter poteſt fieri non virtuoſus:vt ſunt actus imperati a vo⸗
luntate. Et ſuo modo poteſt diſtingui inter actū intrinſece
ſeu ſm alios extrinſece ſeu denominatione extrinſeca/ſiue
eſſentialiter vitioſum/et vitioſum contingenter. ¶ Diciꝛ
naturaliter:quia ſupernaturaliter actus intrinſece virtuo
ſus poteſt fieri non virtuoſus: puta ſi actus elicitus cōfoꝛ⸗
miter recte rationi a voluntate cōcurrente deo:ſimiliter et
pꝛudentia actuali/depoſt a ſolo deo cōſeruaretur: tūc actꝰ
ille pꝛius virtuoſus/poſtea dum a ſolo deo cōſeruaꝛ eſt nō
virtuoſus:quia tūc non eſt in poteſtate voluntatis:q̄a iam
pꝛudentia non cauſat illū actū: neq; volūtas:ſed ſolus deꝰ
conſeruat actū. Conſeruare autem cauſare eſt. ex cōſequen
ti actus ille nec eſt laudabilis: nec vituperabilis: neq; me⸗
ritoꝛius. Virtuoſus em̄ ⁊ meritoꝛius ſupponunt pꝛo actu
vt patuit:⁊ cōnotāt actiuitatē liberā voluntatis et pꝛuden
tie. Qđ aūt aliquis actus ſit intrinſece ſeu eſſentialiter vir⸗
tuoſus: ꝓbatur ſic:aliq̄s actus eſt determinate virtuoſus:
aut ergo intrinſece ſeu eſſentialiter ⁊ habeꝛ pꝛopoſitū. Aut
cōtingenter ⁊ denominatiue denominatione extrinſeca: et
ſic erit determinate virtuoſus per alium actum virtuoſum.
Quero de illo/aut eſt intrinſece et eſſentialiter virtuoſus:
et habeꝛ pꝛopoſitū.aut cōtingenter ⁊ ita ꝑ aliū. Nō em̄ po
teſt actus contingenter virtuoſus qui quādoq; eſt virtuo
ſus:quādoq; non fieri determinate virtuoſus/niſi per aliū
actū virtuoſum cui cōfoꝛmaꝛ:ſi em̄ ex ſe eſſet virtuoſus: iā
eſſet eſſentialiter virtuoſus: hoc enim eſt actū eſſe ꝑmo in⸗
trinſece ſiue eſſentialiter virtuoſum:vt patuit: tunc quero
de illo tertio actu ſicut de ſecūdo:⁊ tandem dabitur aliq̄s
actus virtuoſus intrinſece ſeu eſſentialiter aut pꝛimo/vel
etiā neceſſario: vt Ockā loquiꝛ.q.xiij.tertij qđli. tā etſi di⸗
cat ibidem ꝙ de vi ſermonis nullus actꝰ eſt neceſſario vir⸗
tuoſus.ꝓbat:q̄a nullus actꝰ eſt neceſſarius:eo ꝙ poteſt fie
ri a ſolo deo cōtingenter adextra agente. Ponit tamē ⁊ ali
um intellectū q̄ſtiōis/cum q̄riꝛ an aliq̄s actꝰ ſit neceſſario
virtuoſus. Concludit ꝙ ſic:de actu dilectionis dei ſuꝑ oīa
vide ibi latius. Et in cameraceñ. in queſtione que fuit pꝛin
cipium in pꝛimum ſententiarum. Sic ergo tandem dabiꝛ
aliquis actus eſſentialiter virtuoſus:aut pꝛocedetur in in⸗
finitū in cauſis eſſentialiter oꝛdinatis:quod eſt impoſſibi⸗
le. Verum ſi actus dicatur neceſſario eſſentialiter/intrinſe
ce aut pꝛimo virtuoſus/ſeu denominatione intrinſeca:
dum conſtat de re: fruſtra concertatur de nomine:cum di⸗
uerſi diuerſimode loquantur:et terminis quādoq; ad pla⸗
citum vtantur. Iſtud eſt de mente Ockam queſti.xiij.ter⸗

tij ſententiarū cum inquit: Actus intrinſece virtuoſus nō
poteſt fieri nō virtuoſus negatiue/etiā per naturā: qa ſi cor
rumperet actus prudentie/neceſſario corrūpit actꝰ virtuo
ſus cuius prudētia erat directiua: neceſſitate dico naturali
pro eo ꝙ talis actus prudentie eſt cauſa efficiēs ⁊ obiectū:
vt actualiter inherens neceſſario requiſita ad cauſandum
actū virtuoſum ⁊ ad cōſeruandū/ſubiūgit. Tamen ꝑ potē
tiā dei abſolutā poteſt fieri cōtrariū. Hec ille. Quomodo
aūt prudentia dicat directiua actꝰ: patuit in corollario. iij.
eo ꝙ eſt modo quodā ſpeciali actꝰ illius cauſatiua. De quo
latius vide. q. xij. tertij ſenten. ⁊ q. vj. iiij. q̄ol. Ockā de cō
L nexione virtutū in arti. iiij. tertij articuli principalis. ¶ Si
queris: q̄s eſt p̄mo ſeu eſſentialiter virtuoſus exterior vel
interior intellectus vel voluntatis. Reſpōdet poſt Ockā
q. vj. quarti q̄oli. ⁊ tertij q̄oli. q. xiij. Itē. q. x. ⁊. xij. tertij ſen-
tentiarū. Primo ꝙ actꝰ oīs cuiuſlibet potētie alteriꝰ a vo-
luntate virtuoſus eſt accidētaliter ſeu contingenter virtuo
ſus. Patet: q̄a quilibet talis poteſt idē manēs p̄mo eſſe vir
tuoſus: poſtea vitioſus ⁊ ecōuerſo: ergo. Antecedēs patet
de actu exteriori/puta trāſitu ad eccleſiā: q̄ poteſt p̄mo fie-
ri ꝓpter ſui oſtēſionē aut aliū finē malū: ⁊ tūc eſt vitioſus.
Et cōtinuato eodē fieri pōt ille trāſitus (mutata intētiōe)
ꝓpter deū ⁊ ſic erit virtuoſus. Similiter patet de actu ſen-
ſus exterioris vel interioris: puta videre/audire/tangere/
phantaſiari/quatenus ſubſunt imperio voluntatis. Patet
quoq̄ de actu intellectꝰ/ſcilicet intelligere/ſtudere/ſpecu-
lari ⁊c. q̄ poteſt p̄mo fieri ex volūtatis imꝑio ꝓpter finem
debitū ⁊ alias circūſtantias: ⁊ erit ſpeculatio v̄tuoſa: et po
teſt cōtinuari mutata intētiōe volūtatis ꝓpter finem malū
et erit ſic vitioſa. Sc̄do dicit ꝙ ſolus actꝰ volūtatis elicitꝰ
cōformiter ratiōi recte quantū ad finē ⁊ ceteras circunſtan
tias/eſt p̄mo intrinſece ⁊ eſſentialiter virtuoſus: ⁊ ſolꝰ actꝰ
volūtatis elicitꝰ cōtra dictamē recte rōnis eſt eſſentialiter
⁊ primo vitioſus. Probat: q̄a ſolus talis actꝰ ſic eſt virtuo
ſus/ꝙ manēs idem naturaliter: nō poteſt fieri nō virtuoſus
ergo. Cōſequētia tenet ex q̄d nominis actꝰ eſſentialiter vir
tuoſi. Antecedēs patet: q̄a (gratia exēpli) velle intrare ec-
cleſiā cōformiter ad rationē rectā/ſcʒ ꝓpter diuinū p̄ceptū
dum oportet: ⁊ ſicut oportet ⁊c. ſic eſt virtuoſus ꝙ natura
liter nō poteſt manēs fieri nō virtuoſus: ⁊ ſic eſt de quoli-
bet alio velle ⁊ nolle cōformiter ad rationē rectā elicito. Et
accipio cōformiter ad rationē rectā elicito. Et accipio con-
formiter vt ſupra ſtricte vt includit omnia req̄ſita ad actū
virtuoſum. Aſſumptum probatur: quia ſi actus ille poſſet
fieri vitioſus: hoc cōtingeret ꝓpter hoc/quia fieret diffor
mis ratiōi recte ꝓpter mutationē intentiōis finis vel alte-
rius circūſtātie: ita ꝙ vellet intrare eccleſiā nō ꝓpter deū:
ſed ꝓpter alium finem malū: vel intrare quādo nō oportet
vel quō non oportet ⁊c. cōtra dictamē rōnis recte: ſed hoc
non. Maior eſt manifeſta. Minor patet: q̄a mutata inten
tione finis vel alia circunſtantia non manet idem velle eli
citū. Non em̄ eſt idem velle in volūtate/velle intrare eccle-
ſiam ꝓpter diuinū preceptū: et velle intrare ꝓpter vanam
gloriā. Quod ꝓbat: nam illoꝝ duoꝝ actuū/nō eſt idē obie
ctum: immo ſunt obiecta diſtincta ſpecie. et ꝑ cōſequēs illa
duo velle diſtinguunt ſpecie. Cōſequentia tenet: q̄a diſtin
ctio actuū arguit ex diſtinctiōe obiectoꝝ. ij. de anima. An-
tecedens ꝓbat: q̄a illi duo actꝰ habēt diſtinctos fines in ca
ſu: ergo diſtincta obiecta. Cōſequētia tenet: q̄a finis eſt p̄n
cipale et primariū obiectū actꝰ eliciti. Similiter et oēs alie
circūſtantie recta ſcʒ ratio/tēpus/locꝰ/modus ⁊c. ſunt ob-
iecta ſecūdaria partialia actus eliciti volūtatis: ergo quo-
cunq̄ illoꝝ mutato/mutat actꝰ elicitus. Antecedēs ꝓbat
de fine: ſicut ſupra ꝓbatū eſt de recta rōne: nā illud eſt obie
ctū actus eliciti q̄d volūtas actu elicito vult/vel poſito nō
vult: ſed volūtas volēs aliq̄d ꝓpter finem/ magis vult fi-
nem: ſm̄ regulā pōi. ſ. poſteriorū. Nā ꝓpter q̄d vnūquodq̄
tale ⁊c. ergo finis eſt principalius obiectū ipſius velle/q̄
id q̄d vult ꝓpter finē. Similiter de aliis circūſtātijs/loco/
tempore ⁊c. nam volens actū aliquē exteriorem ſm̄ rectā
rationem in certo loco ⁊ tempore: per idem velle etiā ten-
dit in locum illum et tempus: q̄a eodem velle quo vult ali
quid ſm̄ omnes circunſtātias a ratiōe recta dictatas: vult
etiam illas circūſtantias: licet minus principaliter velit il-
las circūſtantias temporis/loci ⁊c. q̄ illud q̄d vult in loco
⁊ tempore: ergo ſunt obiecta actus eliciti: licet ſecundaria
vel minus principalia. Finis vero (vt dictū eſt) eſt obiectū
primariū et principaliſſimū: cum magis vult volūtas finē
q̄ media. ¶ Si queris: quare dicūtur circunſtantie ſi ſunt M
obiecta. Reſpondetur poſt Ockā. iij. q̄oli. q. xv. ꝙ ſunt cir-
cunſtātie actuū imperatoꝝ aliarū potentiarū/qui ſunt vir
tuoſi tantū denominatiōe extrinſeca. Tales em̄ actus quia
poſſunt eē virtuoſi ⁊ vitioſi: ⁊ manēt iidē variatis circūſtā
tijs (vt comedere) nō variantur ꝓpter variationē intētio-
nis finis vel loci: q̄a ex his variatis pōt ꝯtinuari idem actꝰ
comedendi: ⁊ per cōſequens nō ſunt obiecta: ſed circūſtan
tie. Circūſtantia enim actus eſt aliquid non de eſſentia vel
cauſa actus/quo variato actus in ſe non variat: ſic de actu
intellectus/ſtudio/ſpeculatione: qui idem manens poteſt
fieri et bono fine ⁊ malo: ſed et cōtra dictamen recte ratio
nis. Et breuiter omnium actuum virtuoſorum per denomi-
nationem extrinſecam/ſcilicet per cōformitatem ad actuʒ
eſſentialiter virtuoſum finis/locus/tempus ⁊c. ſunt circū
ſtantie. Sed actuum primo et intrinſece ſeu eſſentialiter
virtuoſorum ſcilicet elicitorum a volūtate conformiter re
cte rationis ſunt obiecta ſecundaria/preter finem q̄ eſt ob-
iectum primariū et principale/et cauſe partiales huiuſmo
di actus eliciti. Exemplum dictorum declaratiuum ponit
Ockam. q. x. tertij ſententiarū in dubio. iiij. quod dubium
notandum eſt pro intellectu ⁊ concordia dictorum in. ſ. di-
ſtin. ſ. an ſcilicet voluntas poſſit vno actu diligere finem ⁊
id quod eſt ad finem: et an actus diligendi deum propter
ſe et propter aliud ſint actus diſtincti ſpecie. Item an ex va
riatione obiectorum primariorū mutetur actus: an deniq̄
fines ſunt obiecta primaria voluntatis: vide ibi. Ponamꝰ
ergo ꝙ ad hoc ꝙ velle orare deum ſit actus ꝑfecte virtuo-
ſus: req̄rant ille circunſtātie ꝙ velit orare ꝓpter honorem
dei ſm̄ dictamen rōnis recte in tēpore ſtatuto/puta die do
minica. in loco debito/puta in eccleſia: tūc ille actꝰ elicitus
virtuoſus/ſcʒ velle ſic orare deū/habet honorem dei ꝓ ob
iecto p̄ncipali: actū orādi ꝓ obiecto cōmuni. rōnē rectā/diē
dn̄icā ⁊c. ⁊ eccleſiā ꝓ obiectis ſecūdarijs ⁊ partialibus: ita
ꝙ reſpectu actus volūtatis eliciti/ſcʒ velle ſic orare/ille cir
cunſtātie ſunt obiecta ⁊ cauſe effectiue ꝑtiales. Sed reſpe-
ctu actꝰ exterioris puta actꝰ orandi nō ſunt obiecta partia-
lia: q̄a actꝰ ille dicit obiectū cōmune volūtatis ⁊ actꝰ ab eo
eliciti: nec habet illas circūſtātias ꝓ obiectis: ſed actꝰ oran
di habet ꝓ obiecto v̄ba oratiōis: actꝰ comedendi cibū: am
bulādi viā. Sed circūſtantie nihil faciunt ad actꝰ illos: ſed
tātū circūſtāt ſine aliqua cauſalitate: q̄a actꝰ illi exteriores
eſſe poſſunt ſine circūſtātijs illis oībꝰ vel q̄buſdā: ⁊ etiā cū
eis. Et ideo actꝰ exterior intētꝰ d̄r obiectū actꝰ interioris vo
lūtatis: p̄ncipale quidē ⁊ cōmune: ſed nō p̄mū: q̄a finis p̄n
cipalior eſt: q̄a magis volitꝰ. Principale: q̄a p̄ncipaliter in
tentū a voluntate. Cōmune: q̄a pōt idem manere reſpectu
multoꝝ actuū volūtatis: vt ſi primo velim orare ꝓ honore
dei: ibi orare eſt obiectū cōmune. Si poſt velim orare tem
pore ſtatuto: iam variat actus volūtatis: et poteſt manere
idem actus orandi. Si adhuc velim orare ad honorem dei
⁊ tp̄e ſtatuto: ⁊ ꝓpter rationē rectā ſic dictantē/actus volū
tatis interior variat. Sed actꝰ exterior orandi manet idem:
et ideo dicit obiectū cōmune: q̄a poteſt manens idem/eſſe
obiectum multorū actuum volūtatis nō ſolum dictoꝝ: ſed
etiā difformiū ratiōi recte: vt ſi velit orare ꝓpter vanā glo-
riā: et reſpectu illiꝰ actꝰ exterioris finis/locus/tempus ſunt
circunſtantie: quia poteſt manere cū illis circūſtantijs ⁊ ſi-
ne eis. ¶ Sed eſt dubium an ſit aliquis actus indifferens
elicitus voluntatis: ſicut eſſe poteſt in alijs potentijs. Du- N
bium iſtud tangit Ockam in. iij. q. x. dubio vlti. ⁊ reſoluit
ibidē. de quo etiā et de alijs dictū fuit in. ij. diſtin. xlj. Itaq̄

poſt ꝑdicta reſpōdet ſub diſtinctiōe: quia aut tenetur ꝙ in
voluntate poſſunt eſſe ſimul plures actus volendi natura
liter: aut nō. Si nō: tunc in volūtate poteſt quidē eſſe act⁹
indifferens.i.nec bonus nec malus moraliter: vt act⁹ quo
vult aliq̇d ad eius ſimplicē apprehēſionē: neq̧ cōformiter
rationi recte: neq̧ difformiter: ſed nō poteſt eſſe in volūta-
te actus indifferens qui ſit primo nec bonus nec malus: et
poſtea fiat bonus aut malus: q̇a nō poſſet fieri bon⁹ niſi ꝑ
cōformitatē ad aliū actū volūtatis intrinſece bonū: ſed ille
nō poteſt ſimul cum eo eſſe in voluntate/ſm ſic dicentes.
Si vero duo actus volendi poſſunt naturaliter ſimul eſſe
in voluntate: quod probabilius eſt: ſic poteſt in volunta-
te eſſe actus indifferens hoc modo: vt ſi voluntas primo
velit dare elemoſynam indigenti/non ordinādo in finem
aliquē: nec q̇a ratio dictauit: poſtea accedente rōnis dicta-
mine volūtas vult illū actū cōtinuare cōformiter ad ratio-
nem rectā: et q̇a ſic dictauit ſm oēs circunſtātias: tūc act⁹
prim⁹ ſic cōtinuat⁹ eſt virtuoſus denominatiōe extrinſeca/
propter actū voluntatis cōformiter ratiōi recte elicitū q̇ eſt
eſſentialiter virtuoſus. Recte/ſicut ſi diligo aliquē hoīem
ſimpliciter et abſolute: nō attendendo aliquā circūſtantiā
bonā vel malā: tunc ille actus diligendi eſt neuter/nec bo-
nus nec malus: ⁊ ita indifferens: ſi tūc ſtante illo actu/vo-
lo hominē diligere ꝓpter deū/cōformiter ad rationē rectā
ſm omnes circunſtātias req̇ſitas: ille ſecūdus act⁹ eſt per-
fecte et intrinſece virtuoſus. Et primus q̇ fuit indifferens
eſt nūc virtuoſus denoīatiōe extrinſeca quatenus cōtinua-
tur cōformiter actui eſſentialiter virtuoſo: a quo impat ei⁹
cōtinuatio. Qḋ notāter dicit: quia ſi nō imperaret a volū-
tate ꝑ actū quo vellet illū primū cōtinuare conformiter ad
rationē rectā: nullū haberet ordinem ad actū volūtatis in-
trinſece virtuoſum: et ita ꝓpter eū non eſſet virtuoſus con
tingenter ſeu denominatiōe extrinſeca. Similiter exempli-
ficari poteſt de actu exteriori: vt comedere/ambulare/ſub
uenire indigenti ⁊c̄. q̇ ſinguli poſſunt eſſe indifferētes bo-
ni vel mali: ⁊ mutari de vno in aliud ꝓpter aliū et aliū vo-
luntatis actū eoꝝ cōtinuationē imperantē/indifferentem/
virtuoſum vel vitioſum. ¶ Et nota ꝙ ad hoc vt actus in-
differens fiat virtuoſus: nō ſufficit aſſiſtentia recte ratiōis
cui cōformet: ſed oportet ꝙ eliciat actus nouus volunta-
tis intrinſece virtuoſus eius cōtinuationem cōformiter ad
rationē rectā imperans/hoc eſt nouū velle quo voluntas
vult actū illum indifferentē vt prius malū continuare con
formiter ad rectā rationem: et hoc velle eſt eſſentialiter vir
tuoſum. Hoc ꝓbatur: Tum q̇a ſi recta ratio ſolū aſſiſteret
actui: act⁹ indifferens nō plus cōtinuaret ꝓpter hoc nunc
ꝙ̄ ante aſſiſtentiā rōnis recte: ⁊ ita ſicut prius cū nō aſſiſte-
ret actui: actus fuit indifferens ⁊ non virtuoſus: ſic ⁊ nūc
cum ſolum aſſiſtit actui: nō facit de indifferenti virtuoſum
Ex cōſequenti ſola aſſiſtentia rōnis recte nō ſufficit: vt lati⁹
tangit Ockā.q.xiij.tertij ſenten̄. Tum ſc̄do: q̇a tunc actus
nō virtuoſus fieret virtuoſus per aliqḋ mere naturale: qḋ
nō eſſet in poteſtate noſtra. Et eodem modo de nō merito
rio meritori⁹. Cōſequens eſt abſurdū: quia laus ⁊ vitupe-
riū que cōſequunt actus virtuoſos ⁊ vitioſos: ꝓpter ſolā
volūtatem (et nō ꝓpter aliquem actū naturalē) attribuū-
tur: cū in inuoluntarijs neq̧ laudamur neq̧ vituperamur
iij. Ethico. ⁊ ibidē.c.xiij. Virtus voluntariū eſt: nihil min⁹
et malicia volūtariū vtriq̧ erit ſimiliter. Probat aūt conſe
quentia: q̇a ſi per ſolā poſitionē actus prudētie fieret act⁹
indifferens virtuoſus: q̇ prius ꝓpter carentiā illi⁹ act⁹ nō
fuit virtuoſus: cū actus prudētie ſit mere naturalis: vt in-
fra dicet in diffinitione virtutis: in ver. electiuus: et nullo
modo in poteſtate noſtra: puta aſſenſus dictaminis prudē
tie ſiue rationis recte (hoc em̄ intelligit per actū prudētie
requiſitū ad virtutē/nō apprehenſio dictaminis) ſequitur
ꝙ per poſitionē vel remotionē act⁹ mere naturalis: de nō
virtuoſo actu fieret virtuoſus vel econuerſo. Et per mere
naturale qḋ nō eſt in poteſtate noſtra: de indigno vita eter
na/fieret dignus vita eterna, cōſonat Ockam.q.xv.tertij

quodlibeti. ¶ Ex his patet q̇d bonitas moralis ſuꝑaddit
ſubſtantie actus virtuoſi. Nam ſubſtātie actus eſſentialiter
⁊ intrinſece virtuoſi nihil ſuꝑaddit: q̇a bonitas eius mora
lis eſt met actus ille. Nec poteſt eſſe actus ille/quin ſit bo-
nus moraliter: licet habeat plures cauſas partiales/ſcilicet
potentiā/rationē rectā et oēs circūſtantias: que ſunt eius
obiecta partialia ⁊ cauſe partiales: ſed illa nihil ſunt ſub-
ſtātie act⁹: ſed ſunt cauſe partiales integrātes vnā cām to-
talem cū deo: a quibus act⁹ habet ſuā ſubſtātiā ⁊ bonitatē.
¶ Sed bonitas moralis actus virtuoſi ꝯtingenter addit
ad actū voluntatis eſſentialiter virtuoſum actū ꝯtingēter
virtuoſum cōformiter ſibi fieri vel cōtinuari imperantem.
Addit quidē nō vt ſit aliq̇d act⁹ cōtingēter virtuoſi: ſed q̇a
actus cōtingēter virtuoſus ſine eo nō poteſt eſſe virtuoſus
licet ſine eo poſſit eſſe idē actus q̇ prius. Vide ad ꝓpoſitū
Ockā.iij.qōlibeti.q.xiiij.⁊.x.iij.ſentē. ¶ Sicut aūt dictū
eſt de actibus: ita ſimiliter dicendū eſt de habitibus ex acti
bus genitis. Nam et habituum quidā ſunt eſſentialiter et
intrinſece virtuoſi: quidā tantū extrinſece ſiue cōtingenter
¶ Eſſentialiter virtuoſi ſunt q̇ geniti ſunt ex actibus volū
tatis elicitis eſſentialiter ⁊ intrinſece virtuoſis: ⁊ hi tantū
ſunt in voluntate. ¶ Habitus cōtingenter virtuoſus eſt q̄
gignitur ex actibus contingenter virtuoſis: ſicut habitus
aliarū potētiarū: puta intellectus/ſenſus/aut potentie exe
cutiue dum generant ex actib⁹ a volūtate imperatis. Oēs
em̄ illi indifferēter inclināt ad act⁹ laudabiles ⁊ v̄tuoſos/⁊
vituꝑabiles ſeu vitioſos: q̇a inclināt ad act⁹ ſimiles eis ex
q̇bus generant: qui aliq̄n ſunt v̄tuoſi: quandoq̧ vitioſi ex
trinſeca denominatiōe. Hec eſt em̄ ſentētia be. Tho. in.iij.
ſcripto diſtin.xxiij.q.iiij. vbi dicit: ꝙ ſolus habit⁹ volunta
tis eſt bon⁹ formaliter. Ceteri ſunt boni materialiter: non
bonitate ſui generis: ſed bonitate ſue volūtatis: hoc intel-
ligens ꝑ ly formaliter/quod ſupra dictū eſt eſſentialiter: ne
ceſſario vel intrinſece: et hoc ꝑ materialiter: qḋ ſupra per ly
extrinſeca denominatiōe vel cōtingenter. ¶ Sed di. vide
tur ꝙ null⁹ habit⁹ ſit extrinſece ſeu eſſentialiter virtuoſus.
Tum: quia habitus nō eſt in poteſtate voluntatis: natura
liter enim generatur ex actibus. Tum: quia naturaliter in-
clinat ad actus ſimiles: ⁊ nō ex electione voluntatis. Tum
tertio: quia omnis habitus eſt indifferens ad actum tam
virtuoſum ꝙ̄ vitioſum: quia naturaliter inclinat ad actum
ſm ſubſtantiam actus non attendendo circunſtantias: ſi-
ue vtrum actus ipſe illo fine/ſiue alio eliciatur a volunta-
te: ſicut patet de habitu temperātie: qui inclinat ad come-
ſtionem frugalem: quacunq̧ intentione/loco vel tempore
fiat. ¶ Ad prima duo reſpondet philoſophus.iij. Ethico.
cap̄.xiij. Habitus non ſunt in poteſtate voluntatis eo mo
do quo actus et operationes: operationū enim domini ſu-
mus a principio vſq̧ ad finem: quia ſicut voluntarie volu
mus: ita volentes velle continuamus. Habitus autem vo
luntarij ſunt in principio: quia in noſtra poteſtate fuit ſic
operari ex quibus actib⁹ geniti ſunt. Similiter eorum au-
gmētatio in noſtra eſt poteſtate pro quāto actus/ex quo-
rum frequentia augmentantur: ſunt in noſtra poteſtate: et
propter hoc dicuntur voluntarij. Et per hoc patet ad pri-
mum: ꝙ licet habitus naturaliter generantur ex actibus:
tamen ipſi actus ſunt voluntarij: et per hoc et habitus di-
cuntur voluntarij. Nam in poteſtate voluntatis eſt promo
uere vel impedire generationem habituum. ¶ Ad ſecun-
dum ſimiliter dicitur: licet naturaliter incliner ad actus ſi-
miles: quia tamen habitus ipſe eſt in poteſtate volūtatis
ſaltem remota quoad eius generationem ⁊ augmentatio
nem: etiam eius inclinatio eſt voluntaria modo dicto. Et
licet habitus naturaliter inclinet ad actum quātum eſt de
ſe: tamen actus ad quem inclinat nō producit naturaliter/
ſed libere: quia ſolus habitus non ſufficit ad producendū
actum: ſed requiritur potentia ipſa/ſcꝫ voluntas: q̄ non ne
ceſſario ſed libere vtitur habitu cū vult. Cū vero nō vult:
non vtit quātūcunq̧ intenſus fuerit. ¶ Ad tertiū dicitur:
ꝙ ratio procedit de habitu genito ex actibus virtuoſis

denominatione extrinſeca que ſunt indifferentes ſicut eo/
rū actus:poſſunt ijdē eſſe virtuoſi ⁊ vitioſi ſucceſſiue. Sed
habitꝰ geniti ex actibus eſſentialiter ⁊ intrinſece virtuoſis
nō manent ijdē mutatis circunſtātijs:quia circūſtātie ſunt
eoꝝ obiecta:⁊ ſicut variant ſubſtātiā actꝰ:ita et habitꝰ:q̇a
vniuerſalr̃ tāta eſt diſtinctio habituū : quāta actuū ex q̇bꝰ
generanť:vt in p̄mo patuit in ꝓlo. Unde ⁊ habitꝰ tēperan
tie intrinſece virtuoſus:q̄ eſt virtus ꝑfecta:nō inclinat niſi
ad actū tēperantie elicitū cōformiter recte rōni quātum ad
omnes circūſtantias dictatas a rōne recta:⁊ ad nullū aliū
et ita nō ad quēlibet actū frugalem:ſed tantū ad frugalem
eſſentialiter ⁊ intrinſece virtuoſum:ex talibus em̄ dūtaxat
Q est genitꝰ. ¶ Ex his poteſt colligi intellectꝰ diffinitiōis vir
tutis moralis acq̇ſite quā ponit pħs.ij. Eth.c.vij. Uirtꝰ eſt
habitꝰ electiuus in medietate cōſiſtens quoad nos deter/
minata rōne:et vt vtiq̄ ſapiens determinabit . q̄ poteſt ſic
exponi. Uirtus moralis acq̇ſita eſt habitꝰ electiuus in me/
dietate cōſiſtēs.i.habitꝰ acq̇ſitꝰ ex actibꝰ ex electiōe volunta
tis elicitis vel imperatis genitꝰ mediū inter abundantiā ⁊
defectū tenēs quoad nos.i.ſm̄ cōgruentiā obiectoꝝ et cir/
cunſtantiarū determinata rōne prout ſapiēs determinabit
id eſt ſm̄ determinationē prudentie/prout ſapiens.i.recta
rōne vtens dictabit. ¶ Diciť in diffinitiōe virtus moralis
acquiſita : qꝛ de virtutibus intellectualibus aut infuſis
in illa diffinitiōe nō loq̄tur ariſto . ¶ Diciť in diffinitione
habitus:qđ poniť pro genere quo excluduntꝰ actꝰ virtuoſi
paſſiōis ⁊ potētie:licet em̄ actus ſint p̄mo virtuoſi : et eſſe
virtuoſum ꝯuenit habitui rōne actuū:ſiquidē actꝰ ſunt ma
gis in poteſtate volūtatis q̄ꝫ habitꝰ:vt patuit. Actibus em̄
meremur nō habitibꝰ. Unde.ſ. Eth.c.x. Queadmodum in
olimpiadibus nō optimi ⁊ fortiſſimi coronanť ſed agoni/
zātes:ita et eoꝝ qui in vita bonoꝝ et optimoꝝ operātes re
cte illuſtres ſunt:ꝓpter actꝰ p̄mo laudamur ⁊ vituperamur
propter habitꝰ aūt ſecūdario inquātū ex actibus bonis vel
malis generanť/⁊ ad ſimiles inclināt:nihilominꝰ actꝰ non
ſunt virtutes:q̇a virtus eſt manſiua ⁊ difficulter mobilis:
actus vero nō:⁊ ideo ſolus habitꝰ eſt virtꝰ non actꝰ. Cuius
finalis ratio nō eſt niſi impoſitio ⁊ vſus terminoꝝ. ¶ Di/
citur electiuus ⁊c. propter habitꝰ intellectuales ſcientiam/
prudentiā:artem ⁊c. Hi em̄ habitus nō generanť ex actibꝰ
electiuis:nō em̄ eligit volūtas cui vero aſſentiat intellectꝰ
ſiue ſpeculatiuo:ſiue practico. Nam vero euidēti intellectꝰ
diſſentire non poteſt:nec falſo aſſentire: neq̄ꝫ in hoc ſubeſt
imperio aut poteſtati volūtatis. Uerū habitus inclinans
ad ſpeculandū:ad ſtudendū:ad veritatē inquirendā:ad ar
guendū:ad ſyllogizandū:⁊ ad quācūq̄ꝫ operationē intelle
ctus aut ſenſus vel potētie executiue quā imperare poteſt
volūtas:poteſt eſſe virtꝰ denoīatiōe extrinſeca ⁊ actus eli/
citus volūtatis:talis actꝰ imperās cōformiter rationi recte
eſt eſſentialiter virtuoſus. Omnes em̄ tales oꝑatiōes etiā
puriſſima ſpeculatio praxis eſt ⁊ imperio volūtatis ſubie/
cta:poteſt em̄ volūtas imperare intellectui vt ſpeculeť : et
prohibere ne ſpeculeť:⁊ hoc cōformiter vel difformiter re/
cte rationi.et ꝑ cōſequēs virtuoſe vel vitioſe:licet nō poſſet
imperare intellectui vt aſſentiat falſo : aut diſſentiat vero
apparenti. Et hoc bene notandū eſt: vnde habitꝰ inclinās
ad predicandū/ſtudendū/docendū/faciendū calceos/mo
ralis eſt. Non aūt habitꝰ inclinās ad aſſentiendū p̄ncipijs
et cōcluſiōibus ſcientiarū prudentie aut artiū . ¶ Diciť in
medietate cōſiſtens:in medietate ſcꝫ abundātie ⁊ defectus
ꝓpter vitia q̄ exiſtūt in extremis:dū ſcꝫ vel plus q̄ꝫ oportet:
vel minꝰ agiť. Hec aūt medietas nō accipiēda eſt ſm̄ rem ſi
ue ꝓportionē arithmeticā. Nā inter comedere.xx.vncias ⁊
vj.vncias mediū rei eq̇liter diſtans ab extremis eſt.xiij.et
hoc q̇dē vni eſſet multū:alij nimis modicū. Et ideo mediū
accipiendū eſt quoad nos : hoc eſt quo ad obiecta fines et
ceteras circūſtātias ſm̄ q̄ꝫ nobis cōueniūt. ¶ Diciť deter/
minata ratiōe ⁊c. q̇a illud mediū ſumēdū eſt ſm̄ q̄ꝫ rō recta
ſiue prudentia ſingula ꝯſiderās determinat ſiue dictat. Et
per hoc excluduntꝰ actus indifferentes:q̄ eliciunť ad nudā

apprehenſionem obiecti/nullo ratiōis dictamine directi/
uo precedēte:hoꝝ habitꝰ etiā ſi mediū tenerēt nō eſſent vir
tutes. Similiter ſi p̄cederet dictamē rōnis:⁊ tamen nō pro
pter hoc eliceret actus:habitꝰ eius nō eſſet virtꝰ: ſicut nec
actus virtuoſus/vt dictū eſt. Et poteſt diffinitio breuius
ſic poni in forma. Uirtꝰ moralis acq̇ſita eſt habitꝰ inclinās
ad actū volūtariū elicitū vel imꝑatū cōformiter ad dicta/
men recte rōnis. ¶ Quantū ad articulū ſecundū/ponitur
cōcluſio vnica ad q̄ſtionē reſpōſiua. ¶ Uirtꝰ nō eſt poten/ Artic. 2.
tia/paſſio/nec actus:ſed habitus ad rationē rectā cōformi Conclu/
ter elicitus vel imperatꝰ. Iſta cōcluſio ſatis patet quātum ſio reſpō
ad ſingulas particulas ex p̄dictis p̄cedenti arti. Pħs tamē ſiua.
eam ꝓbat.ij. Eth.c.v.quātū ad ſingulas partes q̄ꝫ non ſit R
potentia:q̇a ꝓpter potentias neq̄ꝫ boni dicimur neq̄ꝫ ma/
li:nec laudamur nec vituperamur. virtute aūt dicimur bo
ni ⁊ laudamur:⁊ vitijs mali ac vituperamur: ergo poten/
tia non eſt virtꝰ. ¶ Preterea potentie inſunt nobis a natu
ra:virtutes aūt ex electiōe volūtatis (ad intellectū priꝰ ex/
preſſum)vt ſupra dictū eſt in notabili tertio. Itē virtus eſt
principiū quo:potētia aūt principiū quod: et per cōſequēs
nō eſt potentia. Qđ etiā virtus nō ſit paſſio:ꝓbat ſimiliter
q̇a ſm̄ paſſionē neq̄ꝫ boni neq̄ꝫ mali ſumꝰ : neq̄ꝫ laudamur
nec vituperamur.et hoc ſimpliciter ⁊ abſolute cōſideratas
nō vt dirigunť a rōne recta. Nemo em̄ : q̇a iraſciť aut timet
ſimpliciter bonus eſt aut malus . Sed ſi iraſciť vel timet:
quomodo aut q̄n oportet ⁊c. bonꝰ. ſi quō non oportet ma/
lus. ¶ Preterea: virtꝰ eſt ſm̄ electionē:paſſiōes vero non:
quia frequēter p̄ueniūt deliberationē et volūtatis electio/
nē. ¶ Preterea: ſm̄ paſſiōes dicimur moueri: q̇a ſunt actꝰ
appetitus ſenſitiui:ſm̄ quos mouemur immediate et etiā
ad actꝰ exteriores. Sed ſm̄ virtutes(quia ſunt habitꝰ)nō
mouemur immediate : ſed bene diſponimur ad ꝓducēdū
actus virtuoſos quibꝰ bene mouemur. Qđ non ſint actus
virtuoſi vel vitioſi: ꝓbat.c.iiij.quia virtutes ſunt firme et
immobiles.i.difficulter mobiles:actus vero tranſeunt/et
ſunt facile mobiles. Qđ autem ſint habitus: probat:quia
ſm̄ omnes virtꝰ eſt aliquid in anima ⁊ nō paſſio nec poten
tia:⁊ ſub paſſione cōprehendit actū:ergo habitꝰ. Cōſequē
tia tenet a ſufficienti diuiſione. Hec em̄ tria dūtaxat ſunt in
anima. Qđ etiā ſit habitꝰ recte ratiōis cōmēſuratꝰ: oſtēdit
quia virtus coniectatrix eſt medij qđ dirigit ac determinat
ratio recta. ¶ Preterea:cōcluſio illa quātū ad oēs ſui par
tes ſatis patet ex diffinitione virtutis ⁊ eius declaratione.
Tantū de artic.ij. ¶ Quantū ad articulum tertiū/dubita Artic. 3.
tur circa ea q̄ dicta ſunt de habitu. Et eſt primum dubiū in Dub. 1.
qua potētia ponēdus eſt habitꝰ. Pro illo dubio vide Oc/ S
kam.q.xj.⁊.x.tertij ſentē.⁊.q.xvj.ij.qđli.⁊.q.xvij.iij.qđli.
Itaq̄ꝫ poſt Ockā:reſpōdeť ꝑ aliquas ꝓpoſitiōes. ¶ Pri/ ppō. 1.
ma. Neceſſe eſt ponere habitꝰ in potentia executiua corpo/
rali. Probať:quia potētia executiua corporalis poſt mul/
tos actus corporales elicitos poteſt in cōſimiles actus fa/
ciliꝰ q̄ꝫ ante hmōi actus elicitos:vt manifeſtū eſt in ſcripto
ribus ⁊ in citharedis : et ſimiliter in alijs artificibus.ergo
in illis potentijs executiuis (puta corporalibꝰ mēbris ) eſt
aliq̇d additū vel ablatū/ꝑ quod iam poſſunt qđ prius nō
potuerūt. Nihil aūt eſt ablatū/vt patet:ergo aliq̇d additū
ſed illud eſt habitꝰ/vt patet ex diffinitiōe habitꝰ ſupra poſi
ta. Eſt em̄ qualitas genita ex actibꝰ. Nulla em̄ corporis di/
ſpoſitiōe aut medicina ſine frequētatiōe actuū poteſt indu
ci. Non em̄ niſi citharizando cithariſte ſimus:vt dicit pħs
ergo. Ita habet Ockā.q.xvij.tertij.quodli. ¶ Scđa ꝓpo
ſitio. Neceſſe eſt ponere habitū in potētia cognitiua tā ſen/ ppō. 2.
ſitiua q̄ꝫ intellectiua. Probať:quia potētia cognitiua poſt
cognitionē intuitiuā et primā abſtractiuā/poteſt in ſimilē
cognitionē abſtractiuā abſente obiecto ⁊ priori cognitiōe
in quā non poſſet niſi p̄ceſſiſſet cognitio intuitiua ⁊ abſtra
ctiua:vt patuit in.ij.diſtin.iij. ergo aliq̇d eſt derelictū ꝑ qđ
potentia(trāſeuntibus prioribꝰ cognitiōibus ⁊ obiectis)
poteſt qđ alias nō poſſet. Illud aūt derelictū eſt habitus.
quia ex actibus genitum ⁊c. inclinans ad ſimiles. Uerum

illud derelictū quidā nomināt ſpecies ſenſibiles vel intel/
ligibiles intētiões aut phātaſmata. Sed ſiue ſic ſiue aliter
nominētur/ſunt habitꝰ: cū eis cōueniat tota diffinitio ha/
bitus. ¶ Similiter poteſt argui de noticijs adheſiuis. Ex
perimur em̄ ꝙ ꝓpoſitiōi p̄mo ignote/vel dubitate poſt p̄/
mū aſſenſum ꝑ rōnē acq̄ſitū eiuſqꝫ frequētiā/aſſentimꝰ ad
nudā eius apphēnſionē/nō cogitātes de rōne ꝓbāte cui an
te primū aſſenſum nullo modo aſſentiremꝰ: ergo eſt aliq̄d
derelictū in potētia qđ prius nō fuit a p̄mo aſſenſu: nūc ad
ſimilem inclināte ⁊ hoc eſt habitꝰ: alioq̄n intellectꝰ nō eſſet
aliter in potētia poſt actū q̄ ante omnē actū: qđ falſum eſt
Cū poſt p̄mū actū poteſt in aliquos actꝰ in quos nullo mo
do potuit ante p̄mū actū. Et hec eſt ratio phi. iij. de aīa ad
ponendū habitꝰ intellectuales: q̄a per habitū intellectꝰ cū
volumꝰ intelligimꝰ/etiā obiecto deſtructo. Itē ſm Ockā
q. xvij. iij. qđli. in potētia apprehēſiua/ſimiliter et adheſiua
poſt frequētes actꝰ imaginādi reddit̄ q̄s prōptus ad cōſi/
miles actus/ad quos nullo modo redderet̄ prōptus ante
omnē actū imaginādi: ergo ex illis actibꝰ imaginādi relin
quet̄ aliq̄d: qđ nihil aliud eſt q̄ habitꝰ. ¶ Si dicis vt idem
arguit: phātaſia qn̄qꝫ exit in actꝰ imaginādi ſine omni actu
cōſimili preuio: ſicut patet in furioſis ⁊ freneticis: q̄ mul/
tos habent actꝰ imaginādi: et pleraqꝫ loquūtur q̄ prius in
ſanitate nō imaginabātur. Similiter patet de ſomniātibꝰ
aut dormiētibꝰ: q̄ multa ſomniāt q̄ prius nō imaginabant̄
Reſpondet̄: ꝙ in talibꝰ eſt multitudo actuū diuerſimode
ordinādoꝝ: q̄ aliter ordinātur in ſanitate ⁊ aliter in infirmi
tate: aliter in vigilāte/⁊ aliter in dormiente. Et q̄libet illoꝝ
actuū p̄ſupponit aliquē ſibi ſimilē in ſano et vigilāte. Et il
lo modo dormiēs format ꝓpoſitiões ⁊ ſyllogizat: q̄a vigi
lans audiuit ꝓpoſitiões et terminos ⁊ cōſimiles imagina
tur tales adinuicē ordinādo ⁊ cōponēdo/alio ordine q̄ vi
gilans audiuit. ſicut puer nōdū peritꝰ ſermone voces quas
audiuit alio ordine imaginat̄ ⁊ repetit. Hec ille. ¶ Tertia
ppō.3. propoſitio. Nō poteſt ſufficiēter et euidēter ꝓbari ꝙ aliq̄s
habitꝰ ſit in appetitu ſenſitiuo ponēdus. Probat̄ poſt Oc
kam. q. xvj. ſecundi qđlibeti: q̄a omnia q̄ experimur nobis
ineſſe poſt frequentiā actꝰ: experimur qn̄qꝫ in nobis ꝑ trāſ
mutationē corꝑalem ſine frequētia actꝰ appetitiui. Quod
probat̄: q̄a omnis talis inclinatio/puta ad gulam/ad dele
ctationē carnis: poteſt induci per qualitates corꝑales: ac
per artem medicine ⁊ alias vias. Nam medici ꝑ artē ſuam
diminuūt cōcupiſcētias: ⁊ ſic diſponūt ad actꝰ caſtos. Ta/
les etiā inclinatiões auferūtur ꝑ trāſmutationē corporalē:
puta ꝑ generationē caloris vel corruptionē caloris aut fri/
goris ſine omni actu appetitus ſenſitiui. ¶ Preterea: poſt
magnū exercitiū actuū appetitꝰ ſenſitiui: ſi corpus notabi/
liter trāſmutetur ꝑ infirmitatē/potationē vel comeſtionē:
ita fortes paſſiões et actus inſurgūt in appetitu ſenſitiuo:
ſicut ſi nō preceſſiſſent hmōi actꝰ exercitioꝝ laudabiliū: ꝓ/
pter augmentū caloris/frigoris ⁊ aliarū qualitatū: qđ non
videt̄ poſſe/ſi habitus poneret̄ in appetitu ſenſitiuo. Illi
em̄ ſi ineſſent mitigarēt hmōi paſſiões. Nō igit̄ pōt ſufficiē
ter ꝓbari ꝙ habitus generent̄ ex actibus in appetitu ſenſi
tiuo immediate ſubiectiue exiſtentes in appetitu ſenſitiuo
q̄uis ex actibus apprehenſiuis multi habitus immediate
generent̄ vt refert Ockā vbi ſupra. Nec poſt multos actꝰ
appetitiuos experitur q̄s ſe magis inclinatū ad cōſimiles
actus immediate ꝑ habitus: ſed ſolum mediate. Puta qn̄
appetit comedere ⁊ bibere: tunc poſt comeſtionē alicuius
calidi/experit̄ ſe magis inclinatum ad actū cōcupiſcētie q̄
ante actus appetendi: ſecus in cognitiua ſenſitiua. ¶ Si
queritur. Quid ergo eſt illud quod manet poſt actꝰ appe/
titiuos. Ad hoc reſpōdet̄ ſm mentē doctoris prefati vbi ſu
pra: ꝙ ſm phm quādoqꝫ ſunt paſſiões ſuꝑabūdātes qn̄qꝫ
deficiētes. Quado ſunt paſſiões ſuperabundātes: tunc ad
eliciendū actꝰ virtuoſos: oportet aliquā qualitatē deſtrue/
re in homine: que ad talē paſſionē inclinat. et iſta qualitas
frequenter forte eſt calor. Exemplū. Intemperatus ⁊ incō
tinens: in quibus tales paſſiones concupiſcentie ſuꝑabun

dant: ꝑ macerationem carnis et ſubtractionē cibi/remittit
qualitatem illam inclinatiuā ad paſſiões cōcupiſcentie. Et
poſſibile eſt ꝙ eo ip̄o quo talis qualitas inclinatiua ad paſ
ſionē cōcupiſcētie remittit̄ vel extinguit̄: generetur ſimul
qualitas corporalis inclinans ad actus tēperatos. Siqui/
dem remiſſio qualitatis corporalis ſit per cōtrariā volūta/
tem. De hoc tamen magis ad medicos. Si aūt ſint paſſio/
nes deficientes: tūc primo generat̄ aliqđ inclinatiuum ad
paſſionem talem: ſiue aliqua qualitas precedens corrūpa/
tur ſiue nō: q̄a forte nō ſemꝑ quādo aliqua qualitas corpo
ralis generatur: alia ſtatim corrumpit̄. Non tamē oportet
dicere/ꝙ tales qualitates inclinatiue ad actus conſimiles
immediate generent̄ ex actibus appetitus ſenſitiui: ſed ſo
lū mediate. Actꝰ em̄ poſteriores actibꝰ appetitiuis generāt
immediate tales q̄litates: vt docet doc. vbi ſupra. vide ibi.
Et ſicut dictū eſt de virtute temperātie: cuius actꝰ maxime
excitant̄ per trāſmutatiões corporales: ita etiā videt̄ poſſe
dici in alijs virtutibus: licet in alijs ſit minus euidēs. Non
tamē videt̄ neceſſitas ponendi habitus generatos imme/
diate ex actibus appetitiuis/ſenſus inclinātes ad ſimiles
actus/quin omnia poſſunt ſaluari per qualitates corpora/
les/vt de actibꝰ fortitudinis ⁊ ſimilibus. ¶ Quarta ꝓpo
ſitio. Probabile eſt/⁊ autoritatibus cōſonum in appetitu ppō.4.
ſenſitiuo ponere habitus ex actibus appetitiue potētie im
mediate genitos/ad actus ſimiles inclinātes. Probat̄: q̄a
omnis potentia que poſt actus frequentatos poteſt in cō/
ſimiles/et nō contrarios: requirit habitum inclinātem ad
tales actus: appetitus ſenſitiuus eſt huiuſmodi: niſi impe
diatur per voluntatis imperium. ergo. Maior videt̄ no/
ta ex p̄cedentibus. Minor ꝓbatur: quia experimur ꝙ poſt
frequentes actus fortitudinis: aliquis facillime ⁊ cum de/
lectatione aggreditur terribilia: ad que primo ante frequē
tiam actuum/nō niſi cum quodā timore ac difficultate ag/
greſſus eſt. Nec videtur hic ſufficere corporis diſpoſitio: q̄a
etiam in corpore equaliter diſpoſito experimur maiorem
promptitudinem ad actus fortitudinis poſt frequentiam
actuum q̄ ante. ergo preter qualitatem corporalem (puta
accenſionem ſanguinis circa cor: que prouocat iram ad ap
petitum vindicte) oportet ponere aliud inclinatiuum ad
actus fortitudinis: quoniā poſt frequentiā actuum etiam
non irati: inclinamur ad ſimiles actus: hoc autē inclinati/
uum nihil aliud eſt niſi habitꝰ: ergo. ¶ Item potentia de
ſe indifferens ad plures actus: in quorū vnū aliquādo fer/
tur determinate: ita ꝙ nō in oppoſitū: niſi ꝑ imperiū volū/
tatis tanq̄ potentie ſuperioris: indiget habitu ex actibus
genito inclinante ad huiuſmodi determinate. Sed appetit
tus ſenſitiuus eſt huiuſmodi: ergo. Maior patet: quia hu
ius determinationis magis nunc q̄ prius oportet aſſigna
re cauſam. Et hec nō ſemꝑ eſt qualitas corꝑalis: vt ſtatim
argutū eſt: nec imperiū volūtatis. Nam in furioſis vſu ra/
tionis carētibꝰ: patet ꝙ in ſimiles actꝰ tendūt eis quos pri
us frequētarūt: nec ab eis retrahunt̄ niſi ꝑ triſticiā aliquā
vincentē nō plus q̄ brutū: ergo in eis eſt habitꝰ ex prioribꝰ
actibꝰ derelictꝰ: eos ad ſimiles inclinās ⁊ determinās. Hu
ic ꝯcluſiōi vident̄ cōcordare dicta cōia. Nā ibi ponēdi ſunt
habitꝰ bene vel male dirigētes: vbi ſunt paſſiões dirigibi/
les: tales ſunt i appetitu ſenſitiuo ſm p̄dicta: g̊. Itē. j. Ethi
coꝝ. c. vlti. Virtutes morales ſunt in ꝑte irrōnali q̄ tn̄ ꝑtici
pat rōnē/⁊ eſt obediētialis rōni. Hec aūt pars eſt appetitꝰ
ſenſitiuꝰ. Itē. iij. Ethico. c. ij. Poſt hec de tēperātia dicamꝰ.
Vident̄ em̄ irrōnalium partiū he eſſe v̄tutes. Loquit̄ de
fortitudine ⁊ tēperātia: ꝑ partes irrōnales/obedientiales
tn̄ rōni: intelligit appetitū ſenſitiuū. vt. j. Ethi. exponit ſan
ctus Tho. ⁊ idem videt̄ ſentire ꝯmētator cōmen. vlti. p̄mi
Ethicoꝝ. ¶ Verū ne auto. ille videantur negare v̄tutes a
voluntate/eſt aduertendū ꝙ phs ꝑ partē irrōnalē/obediē
tialem tn̄ rōni (qđ addit̄ ꝓpter appetitū naturalem) intel
ligit omnē appetitū cognitionē preſupponentē/tam ſenſi/
tiuum q̄ intellectiuū. Unde. j. Ethico. c. vlti. ponit duplex
irrationale: ⁊ ſimiliter duplex rationale in hoie. Nā quod/

dam eſt irrationale/qđ non participat ratiōe ſicut planta⸗
tiuum:⁊ potētia nutritiua in homine. Quedā aliqualiter
participāt rōne/ſm̄ ꝙ ſunt nata obedire rōni:exemplificat
ſicut cōcupiſcibile.i.appetitꝰ ſenſitiuus q̄ cōcupiſcit. Nam
frequēter pħs noīa in bilis ponit loco nominū verbaliū in
tiuus q̄ dicūt actū.Et vniuerſaliter appetibile.i. appetiti⸗
uum:qđ dicit ꝓpter intellectiuū appetitū:ſcilicet volūtatē
Nam appetitꝰ tam ſenſitiuꝰ ꝙ̄ volūtas ꝑſuaderi poteſt in⸗
crepari ⁊ admoneri vt ꝓcedat vel nō ꝓcedat ad actuū ſuo
rū executionē.¶ Similiter diſtinguit duplex rōnale.Qđ
dam eſt rōnale principaliter ⁊ in ſeipo:ſiue(vt aliĳ dicunt)
per eſſentiā ſicut intellectꝰ.Quedā ſunt rōnalia q̄a obedi⸗
unt rationi:ſicut filiꝰ patri q̄ ſuut rōnalia ꝑ participationē
Et ita in hoīe eſt aliqua vis irrōnalis tantū/ſicut potentia
nutritiua.Quedā vero rōnalis tantū/ſicut intellectꝰ et ra⸗
tio.Quedāvero ſm̄ ſe irrōnalis:rōnalis aūt participatiue
ſicut oīs vis appetitiua tam cōcupiſcibilis ꝙ̄ iraſcibilis et
volūtas.Hec Tho.in cōmēto.Et ſm̄ hoc diuidit pħs vir⸗
tutē in intellectualē ⁊ moralē:ponens intellectualē in rōna
li ꝑ eſſentiā/ſcilicet in rōne ſiue intellectu.Moralem in ra⸗
tionali ꝑ participationē:ſcilicet in appetitiua parte q̄ inclu
dit vtrūqꝫ appetitū ſenſitiuū et volūtatē.Eſt ergo volun⸗
tas irrōnalis ꝑ eſſentiā:rōnalis aūt per participationē. Nō
ergo pħs per partē irrōnalem intelligit tantū appetitum
ſenſitiuū:ſed omnē appetitū:⁊ ita volūtatē.Huic cōcordat
ſan.Tho.p̄ma ſcđe.q.lvĳ.arti.vĳ.in ſolutiōe ſcđe rōnis: di⸗
cens. Rationale ꝑ participationē nō ſolū eſt iraſcibilis et
cōcupiſcibilis:ſed omnino.i.vniuerſaliter appetitiuū : ſub
ppō.5. X appetitiuo aūt cōprehēdiť volūtas.Hec ille.¶ Quinta
ꝓpoſitio.In volūtate ponēdus eſt habitus ex actibꝰ ſuis
elicitis generatꝰ.Probať nam licet volūtas ex ſua liberta⸗
te poſſit in actū ſuū:velle ſcilicet ⁊ nolle reſpectu cuiuſcūqꝫ
obiecti:etiā quātūcūqꝫ intenſum ſine habitu. Nā actꝰ ſui eli
citi ſunt i plena ſua ptāte:⁊ quātū ad ſubſtātiā actꝰ: ⁊ quā⸗
tū ad eiꝰ intēſionē. Patet:nā circa obiectū p̄mo oſtēſum re⸗
ſpectu cuiꝰ volūtas nullū priꝰ habuit actū:et ita nec habitū
poteſt habere velle aut nolle tāte intenſionis/ꝙ potiꝰ elige
ret mori ꝙ̄ actū illū mutare:patet in martyribus nolentibꝰ
immolare idolis: ⁊ hereticis nolētibus reuocare errores.
Et ſicut primū actū tante intenſiōis poteſt elicere ad oſten
ſionē obiecti ſine habitu: ita ⁊ ſcđm ⁊ tertiū/ ⁊ ſic de aliĳs:
quia in omni actu volūtatis req̄riť oſtēſio obiecti ſine qua
nec poteſt velle nec nolle. Nihilominꝰ ponendi ſunt habitꝰ
in volūtate:q̄uis ſm̄ Ockā.q.xvĳ.tertĳ qđli.illud diffici⸗
le poſſit ꝓbari:ſed ſolum ꝑſuaderi ⁊ rationabiliter teneri.
Probať:quia q̄libet experiť in ſeipſo/ꝙ poſt multos actꝰ
elicitos in volūtate circa aliqđ obiectū faciliꝰ inclinať ⁊ in
tenſius ad eliciendū actꝰ cōſimiles mō poſt multos actꝰ ta
les/ꝙ̄ prius : ideo licet volūtas poſſit elicere actū cōtrariū
illi inclinatiōi ꝓpter libertatem ſuā: tamē hoc erit cū diffi⸗
cultate et cū triſticia:⁊ tamē prius poterat cū tanta delecta
tione elicere illū actū cōtrariū ſicut nūc iſtū. Exemplū:ali⸗
quis perſonā ignotā primo oſtenſam poteſt eque faciliter
amare vel odire:⁊ tamen poſt multos actꝰ diligēdi elicitos
circa illā nō pōt eā odire niſi cū triſticia. Sed actꝰ diligendi
reſpectu illius ꝑſone elicit cū delectatiōe et faciliter ⁊ cum
magna inclinatiōe:ergo nunc aliq̄d ſic inclinās iam eſt in
eo qđ prius nō fuit in eo:et illud nō poteſt eē qualitas cor⸗
poralis:cū volūtas nō ſit virtꝰ organica:ergo erit habitus
ex actibꝰ genitꝰ:ſiquidē nihil aliud poteſt aſſignari. ¶ Co
rollariū. Reſpectu omniū/ reſpectu quoꝝ poniť habitꝰ in
parte ſenſitiua:poteſt poni habitꝰ in volūtate. Probať:q̄a
reſpectu omniū obiectoꝝ ſenſus/poteſt voluntas habere
actū et hūc frequētare vnde cauſať inclinatio:qua faciliter
et cū delectatiōe maiori poteſt elicere actū:hoc aūt non ſit
ſine habitu:igitur. ¶ Secundo ſequiť: ꝙ maior eſt neceſ⸗
ſitas ponēdi habitū in potētĳs apphenſiuis tam ſenſus ꝙ̄
intellectus/ꝙ̄ in appetitiuis. Patet quia in apprehēſiuis
oportet poni habitū ad eliciendū actū ſimpliciter: ita ꝙ ſi⸗
ne habitu elici nō poſſet: vt patet ex ꝓpoſitiōe ſcđa. Sed in
appetitiua nō poniť hac de cauſa(q̄a ſine habitu ad oſten⸗
ſionē obiecti poteſt elici actꝰ)ſed tantū ꝓpter maiorē incli
nationē/facilitatē et delectationē. Cuius rō eſt:q̄a potētia
apphēſiua poteſt habere actū circa obiectū:obiecto nō pre
ſente in ſe vel cognitiōe:ſed appetitꝰ nō exit in actū ſuū niſi
obiecto actualiter cognito:⁊ ita appetitꝰ non poteſt eſſe in
actu ſuo/niſi alia potētia/ſcilicet cognitiua ſit in ſuo actu.
Phātaſia aūt ſiue ſenſus interior poteſt eſſe in actu:dū ſen
ſus exterior nihil actu ſentit:et intellectus ſimiliter dū ſen⸗
ſus actu nō ſentit. ¶ Scđo dubitať:ad q̄d ponať habitus
ſiue q̄d opereť in potentia. Reſpōdeť/ ꝙ cōiter quattuor Dub.2.
cōditiones attribuūtur habitui tam a pħo ꝙ̄ a doc. Nā fa AA
cit potentiā/in quo eſt/elicere actū ſuū ad quē inclinat de⸗
lectabiliter/faciliter/prōpte ⁊ expedite. Cōtra moleſtantia
quoad p̄mū:reſiſtētia cōtraria quoad ſecundū: retardātia
quoad tertiū:cōtra impediētia quoad quartū . Verū/licet
ille ꝯditiones frequēter inueniūtur in habitu:nō tamē vni
uerſaliter in omni habitu:nec ſufficiūt ad ponēdū habitū.
Primū patet: q̄a habitꝰ inclinās intellectū ad ſpeculandū
vel ad aſſentiendū alicui principio vel cōcluſioni naturali
non delectat intellectū:licet delectatio poſtea ſeq̄ poſſet in
voluntate ſibi cōplacente in illa ſpeculatiōe. Itē habitꝰ in⸗
clinans ad odiendū aliquē non inclinat delectabiliter: ſed
magis triſtabiliter. Nullꝰ em̄ delectabiliter vult alteri malū
licꝫ ſi malū illud ſequiť: volūtas delecteť. Scđm ꝓbať:q̄a
habitꝰ qn̄qꝫ poniť ꝓpter ſubſtantiā actus: vt patet in potē
tĳs apprehēſiuis: vt dictū eſt ꝓpoſitiōe ſcđa prioris dubĳ.
vnde huiꝰ dubĳ ſolutio pendet ex priori. Quare breuiter
diciť:ꝙ habitꝰ quādoqꝫ poniť neceſſario ꝓpter ſubſtantiā
actꝰ qui ſine habitu a potētia elici nō poſſet: vt ſupra habi⸗
tū eſt. ¶ Poniť etiā ad inclinādū potentiā: ⁊ ſic inclinādo
potentiā coagit potētie ad ꝓductionē actꝰ tanq̄ cauſa par
tialis:⁊ ex hoc ꝙ coagit ſeq̄ť facilitatio ⁊ prōptitudo eliciē
di actū:et q̄a habitꝰ determinat potentiā in eliciēdo.i.recti
tudo ſm̄ inclinationē habitꝰ. Nā expedite.i.ꝯformiter ad i⸗
clinationē habitꝰ recte vel diſtorte ſm̄ ꝙ habitꝰ fuerit vtuo
ſus ⁊ vitioſus. Et ex illis ſeq̄ť delectatio i eliciēdo actū. Cō
placet em̄ ſibi potētia i facilitate prōptitudine ⁊ expeditiōe
maxime qn̄ obiectū ē cōueniēs prōpte valet.i. feſtināter ex
pedite .i. recte. Vide ꝓ hoc dubio Ockā.q.xvĳ.tertĳ qđli.
¶ Tertio dubitať: vtrū inclinatio habitꝰ differat ab habi⸗
tu. vel generalius: vtrū inclinatio forme differat a forma. Dub.3.
¶ Pro ſolutiōe notandū poſt Ockā.q.xix.tertĳ qđlibeti.
⁊.q.iiĳ.tertĳ ſenten̄.ꝙ inclinatio dupliciter accipiť. Vno
modo large:⁊ ſic nihil aliud eſt ꝙ̄ eſſe in potentia ad aliud
ſine omni actiuitate ad cōtrariū. Sic diciť materia inclina
ri ad omnem formā ad quā eſt in potentia : et ſic inclinatio
nihil addit ei qđ inclinať : ſed et ipſa forma vel materia q̄
eſt in potentia ad aliud. Scđo modo accipitur ſtrictius: vt
addit actiuitatē ei qđ inclinať. Et ſic inclinari eſt eſſe in po
tentia naturali ad aliquid : reſpectu cuius habet actiuitatē
illo modo materia nō inclinať ad quācunqꝫ formā. Mate
ria em̄ reſpectu forme nullā habet actiuitatē : et illo modo
tam ſpem et aduentum glorie magni dei. beatam ſpem. i.
beatitudinē ſperatā. ¶ Secundo notandū/ ꝙ de actu ſpei Nota. 2. B
varie ſunt opi. doc. vt tāgit Sco. diſt. preſenti: qm̄ fuit quo
rundā opinio/ ꝙ actꝰ ſpei dicit nō vnū actū ſimpliciter: ſed
vnū per aggregationē. Dicit em̄ aggregatum ex actu fidei
et ex actu charitatis. Nam actus ſpei qui eſt expectare/ in/
cludit certitudinem: et hec certitudo pertinet ad intellectū
et fidem. Includit etiam deſideriū: quod pertinet ad volū
tatem: et ſi ſit deſiderium meritorium pertinet ad charita/
tem q̄ perficit volūtatē. Sicut ergo expectatio ꝑfecta ⁊ me
ritoria includit certitudinē intellectus: ⁊ deſideriū volūta/
tia ordinate: ita ſpes dicit̄ includere ꝑ quādā aggregatio/
nem: vt virtꝰ ꝑfecta/ fidē ⁊ charitatē. Et ſic ſpes non pone/
tur virtꝰ tertia a fide et charitate coniunctim formaliter di
ſtincta: ſed eſt tertia per aggregationē: quia includit in ſe
duas virtutes ſcȝ fidem et charitatem. Alia poſſet eſſe opi
nio et modus ponēdi: quia deſideriū nō habiti poteſt eſſe
in voluntate ſine charitate. Totus etiā actus ſpei/ etiā ip/
ſa ſpes poteſt eſſe informis: nō aūt poteſt eē ſine fide/ qua
illud qd̄ ſperat̄ credit̄ poſſibile haberi: ideo ſpes nō eſt vir
tus alia a fide: ſed eſt quedā particularis fides: ſicut em̄ fi
des reſpectu vniuerſalis eſt qua teneo omnē hominē iuſtū
finaliter ſaluandū: ſic ⁊ ſpes eſt reſpectu particulariū: quia
ſpe teneo ſiue credo me finaliter iuſtū eſſe ſaluādū. Et ſm̄
hoc diceretur ꝙ fides eſt oīm articuloꝝ reuelatoꝝ ad quoſ
cunq̄ȝ ꝑtinentiū/ ad quecūq̄ȝ tēpora. Spes aūt eſt quedā fi
des ꝑticularis: q̄a eſt de reuelatis ꝑticularibꝰ ꝑtinētibꝰ ad
ſeipſum qui habet fidē: ⁊ tātū de ꝑtinētibꝰ ad futura. Et ita
ſpes erit inferius ad fidē: nō q̄dditatiue: ſed accidētaliter:
ſicut riſibile ad ly aial: q̄a cōnotat vltra fidē futuritionem:

et ꝙ ſit de particularibus ad ſe habentem fidē:et vltra hec
deſideriū talis boni: alioquin nō deſiderās bonū futurū/
haberet ſpem:qđ nō cōcedit. Iſte due opi. cōſequēter dice/
rēt:ꝙ ſicut in aia ſunt due potētie nate attingere deū in ra/
tione obiecti.ſ.intellectus ⁊ volūtas:⁊ hoc per actus elici/
tos proprios ſibi. Ita etiā ſufficiēter ꝑficit vtraqꝫ potentia
vnico habitu reſpectu illiꝰ obiecti:et ita ſicut intellectꝰ ſuffi
ciēter perficit reſpectu illius beatifici obiecti per habitū fi/
dei:conſimiliter volūtas ſufficiēter perficit reſpectu eiuſdē
obiecti ꝑ habitū charitatis. Et ad ſaluādū dicta de ſpe dice
rēt:ꝙ ſpes eſt tertia virtus/includēs alias duas virtutes ꝑ
aggregationē ſm̄ primā opinionē:vel ſm̄ opinionē ſecun/
dā:ꝙ eſt quedā fides particularis reſpiciēs tm̄ bona futu/
ra ab habēte hmōi fidē attingēda. Et ſic diſtinguitur a fide
generaliter ſumpta que reſpicit indiſtincte oēs perſonas ⁊
E credibilia quorūcūqꝫ tēporꝝ. ¶ Sed qꝛ ille opi. videnť ob/
uiare auto.ſctōꝝ innitētium dicto apl'i.j. Corꝫ.xiij.dicit em̄.
Nūc manēt fides/ſpes/charitas/tria hec ⁊c̄. Et etiā ratio/
ni:qm̄ cōtingit exceſſiue ſperare bona futura: ſicut patet in
preſumptuoſis ⁊ diminute ſicut in deſperātibus: et ita illa
paſſio:que eſt ſpes futuri boni:indiget moderatione:⁊ per
ꝯn̄s habitus ille moderatiuus cū ſit reſpectu obiecti eter/
ni qđ cōſequiť ſperās:poterit eſſe habitus theologicus ꝓ/
prius:et hoc diciť ſpes. Per hūc em̄ intelligiť habitus mo
derās paſſionē: ſiue deſideriū quo quis tēdit in bonū eter/
nū conſequendū:ideo illis opinionibus dimiſſis/aliter re
ſpōdēdum erit ad queſtionē. ¶ Pro quo notādū/ꝙ deus
non tm̄ eſt bonū ſummū ⁊ infinitū in ſe:ſed eſt etiā ſummū
bonū creature rationali:ipm̄ ꝑ actus intellectus et volūta
tis participātis. Et ſm̄ hoc pōt volūtas dupliciter tendere
in deū ipm̄ amādo ſm̄ duplicē affectionē: ſcꝫ ſm̄ affectionē
iuſticie diligēdo ipm̄ amore amicitie vt bonū ſummū in ſe
non in ordine ad aliud. Vel ſm̄ affectionē cōmodi amādo
ipm̄ vt ſummū bonū ſibi amāti/amore ſcꝫ cōcupiſcētie. Pri
mus actus diligendi deū vt bonū in ſe eſt actus charitatis.
Scđs actus diligēdi deū vt bonū diligēti/ quatenus ordi/
natus eſt:eſt actus ſpei. Unde actus ſpei eſt actus deſiderā
di bonū infinitū eſſe nobis bonū: ⁊ hoc a deo ſeipm̄ nobis
liberaliter cōferēte:nō quidē primo: ſed ꝓpter aliud ſibi ac
ceptū/ordinatū ad illud tanꝙ meritum:et habitus ad hūc
D actū inclinās acquiſitus vel infuſus diciť ſpes. Ex illo pōt
elici diffinitio ſpei declaratiua diffinitionis magiſtri. Spes
eſt habitus inclinās volūtatē ad deſiderādū efficaciter bo
nū infinitū:a ſeipſo bono liberaliter ſibi cōferendū/ꝓpter
merita ab ipſo bono infinito ad hoc acceptata. Aut eſt de/
ſideriū ad aliud bonū ad hoc bonū infinitū cōſequens vel
ordinatū. ¶ Dicitur habitus qđ poniť ꝓ genere ⁊ includit
tā habitū infuſum ꝙ acquiſitū. Nā duplex eſt ſpes/ſcꝫ infu
ſa et acquiſita. Sola em̄ ſpes infuſa nō ſufficit ſine acquiſi/
ta aut eius actu ad inclinandū ad actū ſpei. Nā volūtas ap
prehēſo bono infinito tāꝙ bono poſſibili ſibi ꝑ merita ad
hoc acceptata / ſtatim deſiderat ipm̄ et ſimul merita ꝑ que
adipiſcať:etiā ſine habitu infuſo. Habitus aūt infuſus ſine
his nō inclinat. ¶ Dicitur inclinās volūtatē ad deſideran
dū: vbi tangiť actus ꝓprius ad quē ſpes inclinat q̄ eſt deſi
derium alicuius boni ſibi cōmodi et futuri. Unde patet ꝙ
actus ſpei eſt actus amoris cōcupiſcētie ſm̄ affectionē com
modi:ſicut actꝰ charitatis eſt actꝰ amoris amicitie ſm̄ affe/
ctionē iuſticie. De qua duplici affectione dictū eſt.ſ. lib.ij.
diſt. vj. Qđ autē deſiderare ſit quoddā amare patet:qꝛ eſt
quoddā velle bonum:et omne tale velle eſt amare: vt in ſe
quētibus apparebit. ¶ Diciť bonū infinitū ⁊c̄.vbi tangiť
obiectū primariū ⁊ principale. Nā ſicut fides tendit in deū
credēdo ei ſicut prime veritati.et charitas inheret deo tāꝙ
ſumme bonitati. Ita ſpes tendit in deū deſiderio ei fiducia
liter adherēdo tanꝙ infinite largitati. Siquidē infinita eſt
largitas q̄ dat donū infinitū. Principale ergo obiectū ſpei
eſt deus a ſperāte tanꝙ cōmodū ſuū ſummū poſſidendus.
¶ Dicitur efficaciter ad excludēdum deſideriū deſperātiū
et preſumētium. Nā deſideriū efficax duo includit.ſ.appre/
henſionē obiecti vt poſſibilis haberi:⁊ acceptationem me
dioꝝ ordinatoꝝ ipſa volēdo ⁊ imperādo per que pōt obie/
ctū acquiri. Primū deficit deſperātibus: nā deſperātes nō
credūt habitionē dei vt obiecti beatifici eis eſſe poſſibilē:⁊
ideo licet vellēt beatitudinē habere:⁊ deſiderent poſſidere
deū beatifice volūtate cōplacētie:qꝛ tn̄ nō apprehendūt vt
ſibi poſſibile nō deſiderāt efficaciter:que volūtas non ſolū
ſibi cōplacet in volito ⁊ volitione: ſed etiā inquirit ⁊ diſpo
nit media eaqꝫ imperat ceteris potētijs quibus cōſequi po
teſt volitū. Et ideo deſperāti perſuadendū eſt vt credat:nō
vt diligat:qꝛ prima radix illius erroris nō eſt in voluntate.
Qđ em̄ volūtas nō deſiderat efficaciter hoc eſt ex eo: qꝛ in
tellectus nō oſtēdit illud efficaciter tanꝙ deſiderādū. Hec
Sco. Scđm deficit preſumentibus:licet em̄ illi deſiderent
bonū infinitū vt ſuū cōmodū: ipſum etiā apprehēdūt vt ſi/
bi poſſibile ⁊ futurū: non tn̄ inquirūt/nec volūt/nec impe
rāt media opera.ſ.meritoria ꝑ que cōſequātur. Nō ergo de
ſiderāt adipiſci per merita:ſed ſine meritis: et ſic nō effica/
citer:de quo ⁊ magiſter dicit. Sine gratia ⁊ meritis ſpera/
re: nō ſpes ſed vana preſumptio eſt. et hec innuit magiſter
in ſua diffinitione. Spes eſt inq̄t certa expectatio.i.efficax
deſideriū. Efficax enim deſideriū certa eſt expectatio:qꝛ in
fallibiliter ſequiť beatitudo deſideriū efficax permanēs in
finem. Hec em̄ eſt certitudo ſpei:ꝙ merita in finē vite cōti/
nuata infallibiliter cōſequitur beatitudo:per quā fruitiue
poſſidetur deus. Nō em̄ illa eſt certitudo ſpei:ꝙ habēs mo
do deſideriū efficax beatitudinis ipm̄ infallibiliter ꝯſequa
tur:qꝛ pōt cadere ab illa ſpe efficaci ⁊ deſperare vel p̄ſume/
re aut media ordinata relinquere. Sꝫ ea eſt certitudo que
dicta eſt qua certū eſt beatitudinē cōſequi deſideriū efficax
cōtinuatū in finē. Eſt ergo efficax deſideriū: vt dicit Ockā
in ſuo.iij.q.viij.deſideriū quo aliq̄s ſtatim oſtēſo ſibi per ſi
dē:ꝙ fruitio dei per quā deus habeť: eſt ſibi cōferēda pro/
pter merita:ſtatim elicit actū meritoriū ſi poteſt. Cōcordat
dn̄s Camera.q.vnica.iij.ſen.ꝙ pulchre ponēs q̄s ſit actus
ſpei:et quotuplex eſt deſideriū ⁊c̄. quoꝝ vni tanꝙ de poſſi
bilibus cōcomitatur fides: alteri vero veluti de impoſſibi
libus nō adeſt fides: ſiue credulitas cōſequēdi deſideratū:
vt in deſperātibus. ¶ Dicitur ab ipſo bono liberaliter pro
pter merita cōferendū.vbi innuitur modus habitionis ſi/
mul ⁊ aſſecutionis boni infiniti. Nō em̄ poteſt bonū infini
tum haberi a creatura niſi per liberalē dationē: qua libera/
liter bonū infinitū ſe cōmunicat ſue creature ſm̄ modū ſue
capacitatis. Non eſt autē creatura capax beatifici boni infi
niti:niſi per claram viſionē ⁊ perfectā fruitionē. Has vero
habere non poteſt creatura a ſe. Videť em̄ deus qn̄ vult:⁊
oſtendit ſe cui vult:nec poteſt frui creatura perfecte deo ni
ſi clare viſo: et ita nō poteſt haberi bonū infinitū/niſi libe/
raliter ſe donet videndū et fruendū. Modus aūt cōſequē/
di bonū infinitū/ eſt per opera meritoria ab ipſo bono infi
nito ad hoc acceptata:et licet propter merita:nō tamen mi
nus ſe dat liberaliter:quia ex ſua liberalitate ordinauit illa
merita:et liberaliter ea acceptat tāꝙ condigna tanto dono
que ex ſua natura nequāꝙ eſſent digna:ſicut dicit apl's. Nō
ſunt condigne paſſiones huius tēporis ad futurā gloriam
que reuelabiť in nobis. Roma.viij. ¶ Addiť in diffinitio
ne.aut ad aliud bonū ad hoc cōſequēs vel ordinatū: vbi tā
gūtur obiecta minus principalia et ſecundaria ſpei. Sicut
enim fides non eſt tm̄ reſpectu dei ſiue veritatis aliquid re
uelantis de deo:ſed etiam omniū a deo reuelatoꝝ:⁊ omniū
veritatum in canone contentarum:etiam nihil de deo pre/
dicātium:vt ꝙ moyſes occiſum egyptium abſcōdit in ſabu
lo. Exod.ij.et ꝙ petrus viduam nomine dorcas a morte ſu
ſcitauit. Actuū.ix. Et charitas non ſolū inclinat ad diligen
dum deū : ſed etiam omne quod deus a nobis vult diligi.
Sic ſpes nō eſt tm̄ reſpectu dei a nobis habēdi: ſed etiā re/
ſpectu oīm ꝑ que a nobis habeť.ſ. reſpectu viſionis ⁊ frui/
tionis q̄ ſunt btitudo formalis:⁊ reſpectu gaudij cōſequē/
tis. Similiter reſpectu oīm ad deū beatifice poſſidēdū or/
dinatoꝝ:vt reſpectu gratie ⁊ meritoꝝ ⁊ ceteroꝝ dei donoꝝ.

Omnia em̄ hec ſperamus a dn̄o:ſicut ⁊ peccatoꝝ remiſſio
nē:carnis reſurrectionē:et vite perennis eternitatē:⁊ ſic di-
cit magiſter. Spes eſt certa expectatio future beatitudinis
beatitudo eſt duplex.obiectiua que eſt bonū infinitū:⁊ foꝛ
malis que eſt viſio et fruitio:et pōt accipi vtroqꝫ modo: et
ſic tāgitur tā obiectū ſpei pꝛimariū q̄ ſecūdariū.ſubintelli-
gēdo etiā oīa ad beatitudinē cōſequētia et oꝛdinata. Unde
colligiť ꝙ obiectū ſpei adequatū eſt bonū infinitū liberali
ter ſe cōmunicās creature ꝓpter merita : et bonū finitū ad
cōmunicationē hm̄oi oꝛdinatū/ vt cōcomitās aut ꝯſequēs
vel pꝛecedēs. Concomitās vt viſio ⁊ fruitio/per quas foꝛ-
maliter habeť bonū infinitū. Cōſequēs vt gaudiū/perpe-
tuitas/ſatietas ⁊ cetera btitudinē foꝛmalē ꝯſequētia. Pꝛece
Nota.3. F dēs vt grā/dona ⁊ merita. ¶ Tertio notandū circa illū ter
minū virtus theologica:ꝙ virtus theologica dupliciter ac
cipiť. Uno modo ſtricte:et ſic ad hoc ꝙ virtus aliqua dica
tur theologica/tres cōditiones requirunť. Pꝛima/ꝙ reſpi
ciat deū ꝓ pꝛimo obiecto ⁊ pꝛincipali. Scd̄a/ꝙ habeat pꝛi
mā veritatē ꝓ pꝛima regula actuū ſuoꝝ ad quos inclinat:⁊
nō regulā aliquā acquiſitā humanitus/puta pꝛudētiā. Ter
tia/ꝙ immediate a deo infundať ſicut a cauſa efficiēte. Ha
rū cōditionū pꝛima reſpicit obiectū: ſcd̄a regulā directiuā:
tertia cauſam efficientē. Et illo modo fides/ſpes/charitas
acquiſite nō ſunt virtutes theologice: qꝛ deficit tertia cōdi
tio. ¶ Scd̄o modo accipiť virtus theologica largius pꝛo
virtute reſpiciēte deū pꝛo obiecto pꝛincipali innitēs pꝛime
veritati tāq̄ regule: ſiue ſit a deo infuſa ſiue naturaliter ac-
quiſita. Et ſic fides/ſpes et charitas acquiſite reſpectu dei
vt obiecti pꝛimi ⁊ p̄ncipalis ſunt virtutes theologice. Per
pꝛimas em̄ duas cōditiones virtus theologica ſufficienter
diſtinguiť a moꝛali: qꝛ moꝛalis nō habet deū ꝓ obiecto pꝛi
mo: licet habere poſſet deū pꝛo fine. Similiter moꝛalis in-
nititur regule humane/ſcꝫ pꝛudētie ſiue recte rationi natu-
rali. Theologica vero veritati diuine: ideo enim fides cre-
dit:qꝛ deus reuelauit:ideo ſpes deſiderat: qꝛ ſic deſideran-
dū eſſe deus reuelauit.ſic charitas diligit:qꝛ ſic diligere de
Artic.2. us pꝛecepit. ¶ Quātū ad ſcd̄m articulū eſt cōcluſio p̄ma.
Cōcl. 1. Spes tā acquiſita q̄ infuſa eſt virtus theologica large: ſe-
G cus ſi accipiť virtus theologica ſtricte. Pꝛobatur ꝓ parte
pꝛima: qꝛ reſpectu actus ſperādi pōt eſſe virtus moderati-
ua et nō moꝛalis:ergo theologica. Cōſequētia tenet a ſuffi-
ciēti diuiſione. Añs ꝓ parte pꝛima patet ex ſecūdo notabili
in repꝛobatione opinionū. Scd̄a pars antecedentis patet:
qꝛ ſpes habet deū ꝓ pꝛimo ⁊ pꝛincipali obiecto. Innititur
etiā regule diuine non humane:igiť nō eſt virtus moꝛalis:
qꝛ virtus moꝛalis habet ꝓ obiecto pꝛimario aliquid citra
deū:et innititur regule humane/ſcꝫ pꝛudētie. Pꝛo ſcd̄a par
te ſimiliter ꝓbať cōcluſio:qꝛ licet ſpes infuſa ſit virtꝰ theo-
logica ſtrictiſſime accepta:eo ꝙ ſibi cōueniunt oēs cōditio
nes in notabili vltimo poſite:nō tñ ſpes acquiſita:huic em̄
deficit tertia cōditio. Uirtus em̄ theologica ſicut innititur
deo tanq̄ obiecto ⁊ regule:ita innitiť eidē tāq̄ efficiēti cau
ſe:qd̄ eſt dictu/ſicut virtus theologica habet deū pꝛo obie-
cto pꝛincipali/et dictamē diuinū ꝓ regula:ita habet ſolum
Cōcl.2. deū pꝛo efficiēte cauſa. ¶ Scd̄a cōcluſio. Uirtus ſpei nec ſi
des nec charitas pōt dici. Pꝛobať:qꝛ actꝰ ſpei nec eſt actus
fidei:nec charitatis:ergo nec habitꝰ ſpei eſt fides nec chari
tas. Tenet ꝯña:qꝛ diſtinctoꝛū actuū diſtincti ſunt habitus.
Qd̄ nō ſit actus fidei:pꝛobatur:qꝛ oīs actus fidei eſt crede
re:et oīs actus ſpei eſt deſiderare.et nō eſt idē deſiderare ⁊
credere:ergo. Qd̄ nō ſit actus charitatis:pꝛobatur:qꝛ cha
ritas eſt ſupꝛema virtus appetitiua.j.Coꝛ.xiij. et per cōſe-
quēs actus charitatis eſt amoꝛ amicitie: qꝛ amoꝛ perfectiſſi
mus: ſiquidē amoꝛ amicitie perfectioꝛ eſt amoꝛe cōcupiſcē
tie:qꝛ nobilius eſſe habet obiectū in ſe(quo modo eſt obie
ctum amoꝛis amicitie)q̄ cōparatiue ad aliud a ſe(quo mo
do eſt obiectū amoꝛis cōcupiſcentie) Deſiderare aūt bonū
infinitū eſſe meū bonū:qd̄ eſt actus ſpei:nō eſt amoꝛ amici
tie ſed cōcupiſcētie : qꝛ nō eſt amoꝛ boni infiniti ſm̄ eſſe qd̄
habet in ſe:ſed ſm̄ ꝙ habet ſe ad aliud a ſe:ſiue(qd̄ idē eſt)
nō eſt amoꝛ boni ſm̄ ꝙ eſt bonū in ſe:ſed ſm̄ ꝙ eſt bonū de
ſiderāti. ¶ Tertia cōcluſio. Uirtus ſpei acquiſita et infuſa Cōcl.3.
a fide ⁊ charitate realiter eſt diſtincta. Hec cōcluſio tāq̄ co H
rollarie ſequiť ex pꝛioꝛibus:maxime ex ſecunda. Et ꝙ ſit di
ſtincta a fide ſatis ꝓbatū eſt pꝛecedēti cōcluſione. Qd̄ etiā
diſtincta eſt a charitate: pꝛobať per actus vtriuſqꝫ: nā actꝰ
charitatis aliū habet finē immediatum q̄ actus ſpei: ergo
ſunt diſtincti. Tenet ꝯña:qꝛ finis eſt obiectū actus volūta-
tis eliciti/vt dictū eſt.q.j.diſt.xxiij. Sed diuerſoꝝ obiectoꝝ
diuerſi ſunt actus. Antecedens pꝛobať:qꝛ finis immediatꝰ
actus charitatis eſt deus:qꝛ actus charitatis:cum ſit actus
amoꝛis amicitie:eſt amoꝛ dei pꝛopter ſeipſum deū ſine rela
tione eius in aliud. Actus aūt ſpei finis immediatus eſt ip
ſe ſperans:nā actus ſpei:qꝛ eſt amoꝛ cōcupiſcentie:eſt amoꝛ
dei inquātum eſt bonū ſeu beatitudo ſperantis. ⁊ ita amoꝛ
dei relati in bonū ſperātis tāq̄ finē immediatū. ¶ Sed di.
tūc ſequitur/ꝙ actus ſpei eſſet vſus dei:et ꝑ ꝯñs inoꝛdina-
tus: cū deo nullus oꝛdinate poſſet vti: vt tractatū eſt diſt.
j.libꝛi pꝛimi. Pꝛima ꝯña ꝓbatur:qꝛ vſus eſt actus quo ali-
quod obiectū diligiť ꝓpter aliud/ſicut dicit Augu. Uti eſt
aliquid aſſumere in facultatē volūtatis ꝓpter aliud. Ama-
re aūt deū vt bonū amātis eſt amare deū ꝓpter ip̄m aman
tē. Reſpōdetur bꝛeuiter:ꝙ actus ſpei licet ſit amoꝛ cōcupi-
ſcētie:nō tñ eſt vſus:nec amās deū vt ſuū bonū vtitur deo.
Et ad pꝛobationē diciť: ꝙ vti eſt aliquid aſſumere in facul
tatē volūtatis ꝓpter aliud pꝛeciſe.i.tm̄. Uel magis ad pꝛo-
poſitū: eſt amare aliq̄d ꝓpter aliud pꝛeciſe: ita ꝙ niſi aliud
amaretur ip̄m nō amareť. Uel eſt aliq̄d amare ꝓpter aliud
magis amatū. Nūc ergo deus nō ſic amatur amoꝛe cōcupi
ſcētie pꝛeciſe:qꝛ etiā amatur perfectiꝰ amoꝛe amicitie. Qui
em̄ deū pꝛeciſe amaret:qꝛ bonū amātis: aut ꝓpter bonum
amātis magis dilecti ille vteretur deo. Nec talis amoꝛ eſſet
actus virtutis ſpei: ſed eſſet actus vitioſus ⁊ inoꝛdinatus.
¶ Et ſi adhuc arguitur: actus ſpei non eſt fruitio: qꝛ amoꝛ
concupiſcentie oꝛdinatus in bonū amantis:ergo eſt vſus:
quia omnis amoꝛ: immo omnis actus voluntatis eſt vſus
vel fruitio: quia omnis actus volūtatis aſſumitur in facul
tatem voluntatis: vel pꝛopter ſeipſum amatū:et ſic eſt frui
tio:vel pꝛopter aliud ab amato/et ſic eſt vſus. Reſpondeť:
ꝙ actus ille ſpei nec eſt fruitio nec vſus ꝓpꝛie:ſed eſt actus
medius:ſicut amoꝛ virtutis pꝛopter ſe/non eſt fruitio nec
vſus:quia non refertur in aliud:licet ſit referibilis oꝛdina-
te in aliud magis amandum/ſcilꝫ deum vel virtuoſum:ſic
actus ſpei quo amať deus vt bonū ſperantis:licet actu nō
refertur:ſiue ſit referens in deum: tamē referibilis eſt oꝛdi-
nate in deum per actum amoꝛis amicitie qui eſt actus cha-
ritatis. Nam amās deum vt bonum ſuum/non debet in ſe
quieſcere tāq̄ in fine. Sed hoc vlterius per actum charita-
tis referre in deum tanq̄ finem vltimum ⁊ ſummū. Nō em̄
debet amare deum ſperās finaliter:quia bonum ſuum:ſed
ideo vt bonum ⁊ beatitudo ſua:vt per hoc deum amplius
gloꝛificet atqꝫ laudet: et dei bonitas amplius in ſua beati-
ficatione declaretur. ¶ Quantū ad articulū tertiū dubita Artic.3.
tur pꝛimo:in quo ſubiecto ſit ſpes: an in concupiſcibili vel Dub. 1.
iraſcibili. ¶ Pꝛo ſolutione huius dubij aduertēdum:ꝙ li- I
cet appetitus tā ſenſitiuus q̄ intellectiuus:qui ⁊ volūtas:
in homine ſit vna potētia anime/nulla reali diſtinctione di
uerſa:immo vna indiuiſibilis ⁊ ſimplex aīa: vt tractatū eſt
lib.ij.diſt.xvj.tñ ꝓpter diuerſos actus in quos pōt anima/
ſoꝛtitur noīa diuerſa:ꝓpter quoꝛū diuerſitatē loquimur de
anima eiuſqꝫ potētijs quaſi de rebꝰ realiter diſtinctis. Un
de quia appetitus diuerſos habet actus et obiecta : ꝓpter
quos etiam diuerſa noīa ſibi attribuūtur apud pħos ⁊ ſan
ctos: ac doc. cōmuniter appetitus diuidiť in cōcupiſcibilē
et iraſcibilem. Quod nō ſolum verū eſt de appetitu ſenſiti
uo:ſed etiam de appetitu intellectiuo. Et licet varie de hoc
loquuntur:ſequoꝛ tamē nūc doc.ſubtilē/qui clarius ⁊ fun-
damētalius de hac materia loquitur in ſuo tertio diſ. xxvj.
et.xxxiiij. Diſtinguūtur autem hi appetitus penes obiecta
et ſimiliter penes actus. Penes obiecta; nam obiectoꝛum

appetibiliū/quedā ex ſe ⁊ primo ſunt appetibilia: que vide
licet ex ſe ſunt cōueniētia vel diſconueniētia: ita ꝙ apprehē
ſa (omni alio circūſcripto) mouēt potentiā ad ꝓſecutionē
vel fugā: q: ſtatim delectāt vel contriſtāt. Alia ſunt appeti/
bilia nō primo vel ex ſe: ſ; q̄ſi ſecūdario: ꝓpter illa p̄mo ap
petenda vel fugienda: vt q: impediūt appetitum circa pri
mo cōueniētia vel diſcōueniētia. Impediūt quidē in proſe
quēdo vel fugiēdo: et ita impediēdo offendūt appetētem.
Exēpli cauſa. Cibus ꝓportionatus eſt primo ⁊ per ſe cōue
niēs appetitui animalis: ideo nullo alio poſito aial ipm ꝓ
ſequitur: preuia tm̄ eius apprehēſione. Impediēs vero ani
mal ne cibū aſſequatur ſc; cibū auferēdo: vel aial ab ei⁹ con
ſecutione prohibēdo: diſconuenit animali ⁊ offendit. Non
quidem primo et ex ſe/puta q: tale ens in ſe preſens: ſed q:
impedit ꝓſecutionē cibi. Unde ſi nō impediret quātūcūq;
preſens eſſet non offenderet nec appetitū moueret. ¶ Pri
mū appetibile pertinet ad cōcupiſcibilē: q: concupiſcibilis
reſpicit illud qđ natū eſt ex ſe eſſe conueniens vel diſconue
niēs: ita ꝙ nullo alio poſito circa ipm: niſi ſola apprehēſio
ne facta natus eſt ſequi actus delectādi vel triſtādi/ fugien
di vel proſequēdi/quantū eſt ex parte eius. ¶ Scđm appe
tibile pertinet ad iraſcibilē: cuius obiectū non eſt illud qđ
eſt primo cōueniēs vel diſconueniēs: ſed qđ impedit illud
qđ eſt primo cōueniēs vt dictū eſt: et pōt dici cōſueto voca
Z bulo offendēs. ¶ Diſtinguūtur etiam hi appetitus penes
actus: nā actus cōcupiſcibilis eſt proſequi vel fugere dele/
ctās vel contriſtās: ſed actus iraſcibilis eſt iraſci. Iraſci au
tē eſt appetere vindictā vt vult phs. ij. rheto. Unde non eſt
cōtentū animal fugere offendēs (qđ ad cōcupiſcibilē perti
net reſpectu primo diſconueniētis) ſed appetit repellere ⁊
ſe vindicare. Nō em̄ iratus appetit impediēs amouere tm̄:
ſed amouere et vltra punire/intantū ꝙ nōnūq̄ omiſſo pri/
mo cōcupiſcibili: in cuius proſecutione impeditus eſt: etiā
impedimēto ceſſante: tendit in vindictā offendētis. Satis
cōcordat btūs Tho. par. j. q. lxxxj. ar. ij. Un̄ ait ꝙ iraſcibilis
eſt quaſi propugnatrix ⁊ defenſatrix dum inſurgit cōtra ea
que impediūt cōueniētia que ꝯcupiſcibilis appetit: ⁊ inge/
rūt nociua que cōcupiſcibilis refugit. Hec ille. ¶ Ex illo ſe
quitur: ꝙ illa diſtinctio qua plerıq; ſcil; Heinricus de gan
dauo/ſctūs Tho. Bonauen. diſtinguūt cōcupiſcibilē ⁊ ira
ſcibilē penes obiecta (dicētes: Obiectū cōcupiſcibilis eſſe
bonū delectabile: ⁊ obiectū iraſcibilis eſſe bonū arduum)
nō eſt bona nec ꝓpria. Nā bonū arduū ꝓprie loquēdo: vel
dicit̄ bonū abſens: vel bonū excedēs facultatē potētie cui
dicit̄ arduū: aut bonū appreciabile ⁊ amabile vt excedens
oīa alia ſibi cōtraria. Sed oībus his modis cōcupiſcibilis
eſt reſpectu ardui: nā ad cōcupiſcibilē pertinet deſiderium
boni abſentis ex ſe et primo cōcupiſcibilis. Ad eādem etiā
pertinet charitas qua bonū ſummū amamus naturalē po/
tētie facultatē excedēs: et ſimpliciter vt appreciabile ſuper
oīa: ergo bonū arduū ſm̄ oēs illas acceptiones magis per
tinet ad cōcupiſcibilē q̄ iraſcibilē. Tn̄ vt ſaluentur doc. pōt
bonū arduum dici bonū cuius aſſecutio eſt difficilis: et ſic
poſſet aliquo modo ſuſtineri: ꝙ iraſcibilis eſt reſpectu ar/
dui. nō quidem obiecti: ſed actus ſc; velle vindicare offen/
dēs cuius executio fit cū difficultate quadā: et hoc videtur
innuere ſctūs Tho. vbi. ſ. dicēs. Unde dicit̄ ꝙ obiectū ira/
ſcibilis eſt arduū: q: ſc; tendit ad hoc ꝙ ſuperet cōtraria et
ſupereminéat eis. Hoc aūt nō fit ſine difficultate. Unde ſi/
cut actus adequatus intellect⁹ eſt intelligere: et ſenſus ſen
tire. Ita actus iraſcibilis eſt iraſci. i. vindictā appetere. Nō
quidē adequatus ſed principalis: et ꝑ ꝯn̄s obiectū eius eſt
punitio/vindicabile vel offendēs ⁊ nō bonū arduū: q: nec
punitio: nec vindicabile vel offendens eſt multū apprecia
bile: vt dici poſſet bonū arduū. Et ſicut exēplificatū eſt in
appetitu ſenſitiuo: ſic fieri poteſt in appetitu intellectiuo ſi
ne volūtate. Unde nō ſolū diſtinguūtur concupiſcibilis: ⁊
iraſcibilis in appetitu ſenſitiuo: ſed eque vel magis in vo/
lūtate. Poteſt em̄ volūtas in aliquid tēdere tanq̄ ex ſe con
ueniēs/aut cōueniēs per actū volūtatis. Poteſt etiā tende
re in aliquod tanq̄ in offendens et impediēs ipm repellen
do ⁊ vindicādo: et ita offendēti iraſci: et ita vtraq; potētia
eſt in volūtate ſicut in ſenſu. ¶ Amplius notandū/ꝙ qui/ Z
dā quattuor paſſiones: ſc; delectationē ſeu gaudiū/dolorē
ſpem aut deſideriū/ac timorē diſtinguunt quantū ad ſubie
cta: dicētes delectationē/gaudiū et dolorē pertinere ad cō
cupiſcibilē: ſpē ſiue deſideriū et timorē ad iraſcibilē: qđ nō
eſt intelligēdū cū preciſione. Nā quattuor ille paſſiones in
ueniunt̄ in vtraq; potētia. Poſſunt em̄ quattuor he paſſio
nes eſſe circa bonū delectabile cōcupiſcendū. Poſſunt eti/
am eſſe circa offendēs vindicandū: nō tm̄ eſſe eedē numero
vel ſpecie: ſed eedē denominatiue. Sunt em̄ circa cōcupiſci
bile oēs he quattuor: diuerſimode apprehēſe quantū ad ha
bere/carere preſentialiter vel in futuro. Nā apprehenſionē
boni preſentis ſequit̄ delectatio ſeu gaudiū: ⁊ apprehenſio
nē abſentis ſequitur ſpes ſeu deſideriū. Malū vero preſen
tialiter affligēs ſequit̄ dolor: futurū aūt timor. Sicut nāq;
cōcupiſcibilis proſequit̄ bonum apprehēſum vt cōueniēs:
ita refugit malū cōtrariū. Similiter in iraſcibili que lic; ſit
reſpectu offendētis noliti: volita tm̄ eſt vindicta et punitio
offendētis: quā ſi iraſcibilis ꝑfecte et preſentialiter exercet:
ſequit̄ delectatio: ſm̄ illud phi. ij. rheto. Ira viri quaſi mel.
Si vindicta nō fit preſentialiter: ſed deſiderat̄: ſequit̄ ſpes.
Si deſperatur punitio offendētis/ſequit̄ timor. Si vindi/
cās ab offendēte vincitur: ſequit̄ dolor. ¶ He tm̄ paſſiones
iraſcibilis ſpecie differūt a paſſionibus concupiſcibilis: q:
vt patuit ſunt obiectoꝝ ſpecie diſtinctoꝝ. Nā delectatio cō/
cupiſcibilis eſt de bono ſm̄ ſe et primo conueniēte adepto.
Delectatio iraſcibilis eſt de vindicta ⁊ punitione offendē/
tis: que punitio nō eſt ex ſe cōueniēs: ſed quaſi ſecundario/
propter remotionē impediētis cōcupiſcibilē a cōſecutione
primo cōueniētis. Sic ſpes cōcupiſcibilis eſt reſpectu cōſe
cutionis boni abſentis primo ex ſe cōueniētis. Spes iraſci
bilis eſt reſpectu obiecti ſecūdario cōueniētis. ſ. vindicte et
punitionis. Suo modo dolor ꝯcupiſcibilis eſt de malo pri
mo et ex ſe affligētis. Sed dolor iraſcibilis eſt de reſiſtentia
offendētis preualēte quaſi ſecundario affligentē: ꝓpter im
pedimentum cōſequēdi ex ſe delectabile: vel fugiendi ex ſe
afflictiuū. Timor cōcupiſcibilis eſt de malo futuro ex ſe no
ciuo. Timor ⁊ deſperatio iraſcibilis eſt de reſiſtentia ac im
pedimēto vincēte. ¶ Ex illo primo patet ꝙ vtraq; vis con
cupiſcibilis et iraſcibilis nō nominat̄ a paſſione adequata
(Nā timere in cōcupiſcibili nō eſt formaliter concupiſcere:
nec timere in iraſcibili eſt formaliter iraſci: immo qui mul/
tum timet ſc; deſperans repellere aut vincere offendēs nō
iraſcitur. Nō em̄ appetit vindictā ſaltē efficaciter: nec inſur
git cōtra offendētē. Sic nec dolere in illa vi vel iſta eſt for/
maliter concupiſcere: licet oriatur a concupiſcere et iraſci)
Nō ergo nominantur a paſſione adequata: ſed nominātur
a paſſione principaliſſima q̄ eſt cōcupiſcere ⁊ iraſci. ¶ Se/
cūdo patet ꝙ ſpes iraſcibilis minuit dolorē ⁊ timorē cōcu/
piſcibilis. Nā minus timet/minuſq; dolet de malo preſenti
vel futuro: dū adeſt ſpes repellendi malū hmōi. Timor au
tem perfectus iraſcibilis vel dolor eius auget dolorē cōcu/
piſcibilis. Unde ſumme dolet appetitus patiēs nociuum
ſummum preſens: et deſperans illud nociuum repellere: ⁊
hoc verum eſt extenſiue non intēſiue: quia licet anima vel
appetitus plus doleat/quando ſm̄ vtramq; vim dolet: ta
men vnus dolor alium ſimpliciter non minuit cū ſint com
poſſibiles: immo ſecunda paſſio oritur ex prima: ⁊ effectus
non minuit nec auget cauſam: ſed extenſiue minuit̄ vel au
getur: quia minus dolet qui ſm̄ vnam vim tm̄ dolet: ⁊ ma
gis extenſiue qui ſm̄ vtramq; dolet. ¶ Tertio patet ꝙ ac/
cipiendo ſpem generaliter reſpectu cuiuſcunq; boni abſen
tis tēporalis vel eterni: ſiue accipiatur pro paſſione que eſt
actus ſperandi in appetitu ſenſitiuo vel intellectiuo: ſiue ꝓ
habitu ad illam inclinante duplex eſt ſpes: quedā eſt reſpe
ctu boni abſentis ex ſe vel primarie appetitui conueniētis:
quedam reſpectu boni ſecundario conuenientis ſcil; vin/
dicandi vel repellendi offendens, ſatis claret ex premiſſis.

ppō.1. M ⁋ Iſtis itaq̧ premiſſis eſt prima ꝓpoſitio ad dubiū reſpō
ſiua. Accipiēdo ſpē large: aliqua ſpes eſt in cōcupiſcibili et
aliqua in iraſcibili: ſiue accipiat̄ ꝓ paſſione ſiue pro habitu
Patet: nā ſpes primo modo dicta ꝑtinet ad vim cōcupiſci-
bilē: q: ad eandē vim ſpectat delectari in bono ex ſe preſen-
ti: et deſiderare illud abſens. Similiter ad eandē vim/ſcilꝫ
iraſcibilē pertinet iraſci offendēti preſentialiter ⁊ deſidera-
re iraſci: ſeu repellere offendens apprehenſum vt futurum.
Spes aūt primo modo eſt deſiderare obiectū bonum ex ſe
apprehēſum vt abſens: ergo ꝑtinet ad concupiſcibilē. Sed
ſpes ſcđo modo eſt deſideriū repellendi offendēs apprehē
ppō.2. ſum vt abſens futurū: ergo pertinet ad iraſcibilē. ⁋ Scđa
ꝓpoſitio. Accipiēdo ſpem propriiſſime ꝓ virtute theologi
ca/ſpes in cōcupiſcibili ⁊ non in iraſcibili eſt ponēda. Pro
batur propoſitio tam de ſpe infuſa ꝙ̄ acquiſita: q: obiectū
ſpei eſt ſummū bonū apprehēſum vt cōueniens ⁊ cōmodū
ſperātis. Et hoc eſt propriū obiectū ꝯcupiſcibilis: q: bonū
ſummū ex ſe ⁊ primo eſt cōueniēs ⁊ cōmodum ſperantis: et
non ſecūdario: immo magis ſpes pertinet ad concupiſcibi
lē que eſt obiecti ſm̄ affectionē cōmodi/ ꝙ̄ charitas que eſt
ppō.3. ſummi boni ſm̄ affectum iuſticie. ⁋ Preterea. Iraſcibilis
nō eſt nata habere deū imediate ꝓ obiecto: nec habere pōt
actum ordinatū reſpectu dei vt obiecti. Nam deo iraſci nō
debemus in via: nec poſſum⁹ in patria. Nō em̄ licet deſide-
rare vindictā de deo tanꝙ̄ offendente: cui oportet in oībus
ſubeſſe: et eius flagella ⁊ diſciplinā non repellere: ne dicat̄
nobis illud Hiere. ij. Fruſtra ꝑcuſſi filios veſtros: diſcipli-
Dub.2. nā nō receperūt. ⁋ Scđo dubitat̄/de ordine ſpei ad alias
N ꝟtutes theologicas/ fidē. ſ. ⁊ charitatē. Reſpōdet̄/ꝙ alius
eſt ordo generationis: alius ordo perfectionis. Nam priora
ordine generationis frequenter ſunt poſteriora ordine per
fectionis. Item virtutes theologice aut ſunt infuſe aut ac-
quiſite. ⁋ De infuſis dicit̄/ꝙ non eſt ordo inter eas gene-
rationis: quia ſimul infundunt̄: de⁹ em̄ cuius perfecta ſunt
opera: perficiēdo animā ſimul eā perficit ſm̄ omnes potē-
tias: intellectū ſcilicꝫ per fidem: voluntatē ſm̄ duplicē eius
affectionē per ſpem ⁊ charitatē. Poteſt tm̄ dici ꝙ fides infu
ſa eſt naturaliter prior alijs propter actū eius qui pōt eſſe ſi
ne actu ſpei et charitatis: ⁊ nō ecōuerſo. De acquiſitis vero
dicitur: q: acquiſite generant̄ ex actib⁹: ideo idē eſt ordo ac
quiſitarū generatione q̄ et actuū earū. Unde manifeſtū eſt
ꝙ actus fidei prior eſt actu ſpei ⁊ charitatis: quia nō poteſt
voluntas per actū ſuū tēdere in obiectū niſi cognitū per in
tellectū. Cognitio autē obiecti theologici eſt per actū fidei
Sed de actu ſpei qui eſt actus amoris cōcupiſcētie ſm̄ affe-
ctionē cōmodi/ dicitur ꝙ frequēter p̄cedit actū charitatis/
qui eſt amor amicitie ſm̄ affectionē iuſti: quia talis eſt ordo
actuū volūtatis: qualis eſt actuū intellect⁹ preuiorꝫ. Nunc
autem act⁹ charitatis preſupponit cognitionē dei/ vt boni
in ſe. Actus ſpei cognitionē dei/ vt boni in nobis. Nūc aūt
bonitatē dei in ſe cognoſcim⁹ ex ſuis effectib⁹ per quos eſt
bonū noſtrū: ſm̄ illud Rom. j. Inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta
ſunt intellecta conſpiciunt̄. Sicut ergo pri⁹ eſt cognoſcere
deum/ vt bonū noſtrū: ac deinde vt bonū in ſe: ſic prius eſt
amare deū vt bonū noſtrū qđ eſt act⁹ ſpei: ac deinde amare
deū vt bonū in ſe qđ eſt act⁹ charitatis. Concordat Pet. de
alia. q. vnica tertij ſen. ar. ij. Et hec ꝓcedūt de cognitione et
amore naturali: qua hō ex cognitione et amore ſui aſcendit
ad cognitionē ⁊ amorē dei: quia em̄ naturaliter hō ſeipſum
diligit amore amicitie: diligit etiā omne quod ſibi bonū eſt
amore cōcupiſcētie: ⁊ ita deū ſuū ſummū bonum. Et qm̄ ex
eo ꝙ cognoſcit deū eſſe bonū ſuū: cognoſcit eū in ſe bonū;
ideo ex amore cōcupiſcētie aſſurgit ad amorē dei amicitie.
Contingit etiam qnq̧ oppoſitū in cognitione doctrinali.
Stat em̄ per fidei doctrinam/pri⁹ cognoſcere deū vt bonū
infinitū in ſe: ⁊ poſt vt bonū noſtrū: ⁊ tūc precedit act⁹ cha
ritatis: amor ſcilicet dei vt bonū infinitū in ſe: amorē dei vt
bonū noſtrū. ⁊ ſic etiā cōtingit precedere via generationis
actum charitatis/actum ſpei. ⁋ Ordine aūt perfectionis
charitas prior eſt fide et ſpe; vt dicit apoſtol⁹. Maior horū
charitas. Item charitas eſt forma omniū virtutum: qua in
donis dei creatis/nullū eſt maius ſm̄ bea. Aug. ⁋ Tertio Dub.3.
dubitat̄: cur ponunt̄ due virtutes theologice in voluntate O
⁊ vna tm̄ in intellectu: cū vnū perfectibile ſufficienter per-
ficitur vna perfectione. Item ſi in altera potētiarū ponēde
ſunt due virtutes theologice: maxime ille ponēde ſunt in in
tellectu: q: tres virtutes theologice correſpondēt trib⁹ par
tibus imaginis: fides intelligentie: ſpes memorie: et chari
tas affectioni. Due aūt partes imaginis pertinēt ad intel-
lectum: intelligētia ſcilicet ⁊ memoria: ⁊ ſolū vna ſcilicet af-
fectio ad voluntatē. Reſpondet̄ ſm̄ doc. ſubtilē: ꝙ ideo in
voluntate ponunt̄ due virtutes theologice: quia volūtas
habet duas affectiones ſm̄ quarū vtramq̧ attingit deū im
mediate. Unam ſm̄ affectionē iuſticie tendētem in deū im-
mediate/vt eſt bonum in ſe. Aliā ſm̄ affectionē cōmodi vel
cōcupiſcētie attingentē deum immediate/ vt bonū mihi: et
vterq̧ act⁹ poteſt eſſe ordinat⁹ et habere habitū inclinantē
ad ipſum. Et ita habitū theologicū reſpiciētē deū immedia
te pro obiecto: non aūt ſic eſt ex parte intellect⁹. Non em̄ eſt
ibi niſi vna potentia nata habere actū ſecundū attingentē
deum: ⁊ illa ſufficienter perficit̄ vno habitu tēdēte in verū:
cui aſſentiēdū eſt propter reuelationē. Et per hoc ad ratio-
nem de partib⁹ imaginis dicendū: q: em̄ ſi ſint due partes
imaginis ex parte intellectus: ⁊ vna tm̄ ex parte volūtatis/
hoc nō eſt q: intellectu duplici attingit obiectum. Memo
ria em̄ nō habet actionē de genere qualitatis qua attingat
obiectum: ſed ſola intellectiua habet operationē qua attin
git obiectū. Unde breuiter dicit̄: ꝙ illi habitus theologici
non correſpondēt partib⁹ imaginis: ſed tm̄ ſunt duo princi
pia quorū eſt attingere deū imediate ꝑ act⁹ elicitos. Tales
aūt ſunt intellect⁹ qui vt indiſtinct⁹ ꝑ vnū actū elicitū attin
git deū immediate credēdo: ⁊ volūtas habēs rationem af-
fectionis iuſticie ⁊ cōmodi amando ⁊ ſperādo. ⁋ Quarto Dub.4.
dubitat̄/vtrū vna ſit tm̄ ſpes reſpectu oim ſperandorꝫ. Re- P
ſpōdet̄ pariformiter ſicut ſupra dictū eſt de fide: ꝙ vna tm̄
eſt ſpes infuſa que inclinat ad deſiderādū efficaciter deū vt
bonum noſtrum: ⁊ per hoc ad deſiderādum omnia ad hūc
finem aſſequendum ordinata/puta gratiā/dona et merita.
Unde ſicut fides licꝫ multa habeat credibilia: q: tm̄ vna eſt
ratio credendi: vna eſt virtus: ita ſpes ꝙ̄uis multa habeat
expectanda: q: tm̄ vna eſt ratio in expectandis: eſt vna virt⁹
ſpecialiſſima ⁊ non gen⁹. Sicut em̄ fides credendo aſſentit
prime veritati: et credit oīa que dictat ei credenda: ita ſpes
quia innitit̄ ſumme largitati expectat omnia que ei ꝓmiſit
retribuenda: et ſicut fides nō ſolū credit ea que de deo aſſe-
rūtur: ſed omnia que a deo reuelata ſunt: ita ſpes expectat
deū nedū vt bonū poſſidēdū: ſed etiā omnia a deo ꝓmiſſa:
principaliter tm̄ deū: vt eo habito habeat omne bonū. Hec
eſt ſententia ſan. Bonauē. in ſuo. iij. in hac diſtin. Spes tm̄
acquiſita: q: ex actib⁹ ſperandi gignitur: qui multi ſunt ſpe
cie differētes ſm̄ multitudinē obiectorꝫ ſperandorꝫ: etiā ipa
non eſt vna ſpecie. Alia eſt ſpes acquiſita qua ſperat̄ beati-
tudo obiectiua: alia qua formalis: alia qua gratia: alia qua
merita: et ſic de alijs bonis a deo expectatis: alia nō tm̄ nu-
mero: ſed alia ſpecie: ſicut obiecta differūt ſpecie. ⁋ Quin Dub.5.
to dubitat̄: vtrū ſpes ⁊ cetere virtutes theologice cōſiſtant Q
in medio. Reſpondet̄ ſm̄ Scotū: ꝙ virtutē cōſiſtere in me
dio dupliciter cōtingit: vel ex parte obiecti: vel ex parte act⁹
ſm̄ ꝙ exceſſus et defectus qnq̧ cōtingit circa obiectū. vt in
obiecto tēperantie pōt eſſe exceſſus et defect⁹: nā quod vni
eſt multū: alij eſt paucum. ij. Ethi. Qnq̧ aūt cōtingit exceſ-
ſus ⁊ defect⁹ in actu ſiue in mō actiōis circa idē obiectū: ſic
temperātia moderat̄ appetitū circa cibū: nō ſolū ne nimis
multum aut nimis paucū ſumat̄: ſed ne cib⁹ ꝓportionatus
nimis voraciter aut nimis lente ac tedioſe ſumat̄. Nūc ergo
virt⁹ moralis eſt in medio vtroq̧ mō: q: moderat̄ appetitū
circa vtrumq̧ exceſſum et defectum: vt ſcilicet tendat in ob
iectum ꝓportionatum/ et etiā actione moderata: ne vtroq̧
modo quid nimis. Sed virtus theologica non ſic: non
enim eſt circa obiectum excedens vel deficiens; quia eſt

circa obiectū vnicū infinitū et immutabile ſcʒ deū: qui nec pōt eſſe maior: nec minor. Poteſt tñ actus quo tēdit in obiectū eſſe immoderatus: et ſic virtus theologica moderaṫ vt medio modo tēdat in obiectū theologicum. Et ſic cōcedi pōt ꝙ fides eſt mediū quoddā inter leuitatē qua q̄s faciliter nimis aſſentit ei cui credēdum nō eſt: iuxta illud. Qui cito credit: leuis eſt corde. Et inter pertinaciā qua nimis reſiſtit credēdis/ nolens alicui aſſentire niſi per rationē naturalē oſtēdatur: ſic nimio amore pōt quis tēdere in bonū cōmodū vel bonū in ſe/ aut amore nimis remiſſo: vel cū circūſtātia nō neceſſaria aut ſine circūſtātia neceſſaria. Sic ſpes mediare pōt inter preſumptionē ꝛ deſperationē: ꝛ charitas inter amorē/ oīa alia diligibilia a deo contēnentē/ ꝛ amorē diligibilibus eque inherentē: licet virtutes theologice non ſint circa nimis verū: aut nimis bonū honeſtū in ſe: aut nimis bonū: niſi q: ſunt circa verū ꝛ bonū ac cōmodū/ applicādo ſingula ſingulis. Tēperantia aūt vtroq; modo requirit mediū: q: pōt in obiectū excedēs vel deficiēs tēdere: poteſt etiā actu deficiēte tēdere. Secūdus modus eſt cōis virtuti morali theologice/ nō primus. ¶ Sexto dubitaṫ: vtrū

Dub.6. R actus ſpei poſſit eſſe meritorius: et videṫ ꝙ non: q: act⁹ ſpei nō ordinatur in finē vltimū: ſed in ipm ſperantē tanq̄ in finē. Eſt enī amor cōmodi quo amaṫ deus amore cōcupiſcentie ꝑpter amantē: q: vt bonū amantis. Rn̄deṫ ſicut nullus actus fidei/ ꝛ cuiuſcunq; virtutis alterius a charitate/ de ſe eſt meritorius niſi ſimul eliciaṫ a gratia que idētificaṫ charitati: vt dictū eſt diſt. xxvij. lib. ij. ita nec actus ſpei. Eliciṫ aūt actus alterius virtutis a gratia: qñ per actum gratie in finē vltimū ordinaṫ: nā actus gratie eſt act⁹ quo diligiṫ de⁹ ſup oīa: et cetera ꝑpter deū ſm illud. j. Cor. x. Siue māducatis: ſiue bibitis: ſiue q̄d aliud facitis: oīa in gloriā dei facite. Ex quo patet ꝙ ad meritū ꝑ actū cuiuſcūq; virtutis alterius a charitate cōcurrūt duo actus. Exēpli cauſa in ꝓpoſito de ſpe. Volūtas meritorie deſiderās habet duos actus: vnū ſperādi elicitū proprie a ſpe: et aliū elicitū a charitate/ imperantē illū elicitū a ſpe. Nec eſt inconueniēs in actibus ſubordinatis plures ſimul eſſe in eodē: imo neceſſe eſt ſciētem cōcluſionē (dū actu ſpeculatur) cognoſcere principiū et amantē ordinate illud qđ eſt ad finē vtendo ſimul frui: ſiue qđ fieri pōt: vno vel duobus actibus: vt alibi patet in. j. diſt. j. Et in hoc virtus ꝛ ei⁹ actus dicunṫ formari charitate: virtus per charitatē aſſiſtentē: vt dictū eſt. q. ij. diſt. xxiij. huius tertij de fide. Actus virtutis ꝑ charitatē imperantē: tūc enī virtutis actus formaṫ charitate: qñ imperatur ab actu charitatis. ¶ Per hoc ad dubiū diciṫ ꝙ actus ſpei pōt eſſe meritorius/ qñ imperaṫ a charitate: tūc enī licet ordineṫ in cōmodū ꝓpriū ſperantis per ſpem tāq̄ in finē ꝓpriū et immediatū: ordinatur tñ in deū propter ſe dilectū/ tāq̄ in finē principaliſſimū ꝛ vltimū per actū elicitū charitatis: imperantē actū ſpei elici finaliter ꝑpter gloriā dei: vnde deſiderans deū tanq̄ cōmodū ſuū ibi ſiſtendo: et hoc cōmodum nō vlterius in dei gloriā referēdo/ nō mereṫ: nec illud deſideriū elicitur ſm inclinationē charitatis: q: ab ea imperaṫ: vt ergo actus ſpei ſit meritorius: deſiderandus eſt deus vt bonū noſtrū per eius fruitionē habendū quātus ipſa fruitione diligamus deū ſuper omnia ꝑpter ſeipm ꝛ ei⁹ gloriā.

Dub.7. S ¶ Dubitaṫ ſeptimo de obiecto adequato ſpei. Pro reſpōſione aduertendū/ ꝙ licet ſpes ꝛ charitas tendāt principaliter in rē extra: q: in bonū qđ eſt in re. Fides vō in verū qđ eſt in intellectu: ſm pħm: nō tñ poteſt tendere voluntas in rem per actū ſpei vel charitatis: niſi mediāte apprehēſione vel cognitione rei que eſt in intellectu. Unde duplex obiectū aſſignaṫ his virtutibus ſpei ꝛ charitati/ ſcʒ res ipſa ſperata aut amata: et cognitio ſiue apprehenſio rei ſperate et amate. Res eſt obiectū remotū: ſʒ principale. Cognitio autē rei eſt obiectū immediatū: ſed minus principale. Cū vero querıṫ de obiecto ſpei adequato: non queriṫ de obiecto principali ſcʒ re ſperata: q: nulla vna res eſt obiectum adequatū: cū nō vna res tm̄: ſed multe ſperātur/ ſcʒ deus/ beatitudo formalis/ gratia/ merita ꝛc. Sicut obiectū adequatum vſus nō eſt aliquod ſingulare viſibile: ſed eſt cognitio aliqua cōmunis repreſentans omne viſibile: vt ly color vel lucidū. Sic obiectū adequatū ſpei eſt cōceptus aliq̄s aut ſignū ſibi ſubordinatū: adequatū. i. conuertibiliter repreſentans oēm rē ſperandā. ¶ Et per hoc reſpōdetur ad dubiū ꝙ obiectū adequatū ſpei eſt hoc cōplexū: ſummū bonū rationalis creature: aut virtus meritum vel operatio ad hoc cōſequendū ordinata: hoc enī complexū cōprehēdit omnia ſperāda ſcʒ beatitudinē obiectiuā/ que eſt ſummū bonum: beatitudinē formalē/ ſcʒ viſionem et fruitionē eius ſcʒ que ſunt operationes: gratiam que eſt virtus ac virtutū actus que ſunt merita: et ſi qua ſunt alia ad beatitudinis cōſecutionem neceſſaria. Et tantum de illa queſtione.

Diſtinctio. xxvij.

# Eterminato de duabus theologicis virtutibus: fide ſcʒ ꝛ ſpe: cōſequēter in ſex diſt. ſequētibus agiṫ de tertia que eſt charitas/ hoc ordine. Nā primo determinaṫ de charitate ſm ſe ꝛ eius precepto. Scđo diſ. xxviij. de charitatis obiecto. Tertio diſtin. xxix. de charitatis ordine. Quarto diſt. xxx. de charitatis amicoꝝ et inimicoꝝ adinuicē in meriti cōparatione. Quinto diſt. xxxj. de charitatis create permanētia. Sexto de charitatis increate ſufficiētia. Sūmaṫ aūt ſententia textus preſentis diſtinctionis in his tribus cōcluſionibus. ¶ Prima ꝯcluſio. Charitas que eſt dilectio vna qua deus ꝑpter ſe/ ac in deo ꝛ ꝑpter deū proximus diligiṫ in duobus ſcripture preceptis ſm diuerſa diligibilia cōmendatur. ¶ Scđa cōcluſio. De diligendi modo regula preſcribitur diuinitus: vt a nobis toto corde deus: ꝛ ad idē qđ amamur noſipſi: diligaṫ proximus. ¶ Tertia cōcluſio. Primo precepto qđ ſcđm includit: et in ſecundo includitur charitatis perfectio qua deum tenemur diligere: inſinuatur: quod tamen nō in vita preſenti: ſed in futura pleniſſime conſummatur.

Queſtio vnica.

# Irca hāc diſtinctionem queritur/ vtrū charitas ſit habitus inclinās voluntatē hominis ad obſeruationē perfectā precepti charitatis. A ¶ Tres hui⁹ queſtionis articuli terminoꝝ declarationibus ꝓ primo/ ſubiūgēt cōcluſiones ꝓ ſcđo: ꝛ ꝯcluſionibus dubioꝝ ſolutiones adijciēt ꝓ tertio. ¶ Quātum ad primū: q: habitus cognoſcūtur per actus: primo videndū eſt de actu charitatis: qui amor đr vel dilectio. Artic. I. Nota. I. Diſtinguiṫ autē amor ſm diſt. appetitū. Nam amor generaliter eſt quedā tēdētia appetitus in ſuum finem vel bonū. ¶ Eſt aūt appetitus triplex: naturalis/ aīalis/ rōnalis: vel ſub alijs verbis: naturalis/ ſenſitiu⁹ et intellectiuus. Appetitus naturalis eſt qui non req̄rit apprehenſionē eius qđ appetiṫ in ipſo appetēte: ſed alterius. Res enī naturales non cognoſcitiue appetūt quidē que ſibi cōueniūt ſm ſuā naturā et ad cōſeruationē ſui eſſe conferūt: ſed nō per apprehēſionē ꝓpriā: ſed per apprehēſionem inſtituētis naturā. Diuina enī prouidētia vt dicit Boe. iij. de cōſol. pſa. xj. dedit creatis a ſe rebus/ hāc vel maxime manēdi cauſam: vt quoad pn̄t naturaliter manere deſiderāt. Et ideo cuiq; dat natura qđ conuenit: vt ne (dum manere poſſit) intereat/ laboret. ob hoc diuerſos appetitus rebus indidit ad diuerſa ſibi cōueniētia: vt ad loca naturalia qualitates motiuas: qualitates etiā naturales actiuas ꝛ paſſiuas ꝛ cetera ſibi conuenientia. Unde quicquid illud fuerit quo res naturaliter tendit in ſuū bonum et conueniens: ſiue illud dicatur cōnaturalitas ſiue inclinatio ſiue virtus inſita: vt loquiṫ Diony. c. iiij. de diui. nomi. que realiter nihil aliud eſt niſi ipa ſubſtātialis rei forma aut ꝓprietas naturalis ꝯſequēs formā: vt ſunt grauitas/ leuitas/ q̄b⁹ res ad ſua loca naturalia earū ꝯſeruatiua tēdūt: ꝛ alie q̄litates q̄b⁹ in eſſe ꝯſeruanṫ aut reſiſtūt corrūpētibus: đr amor naturalis: ſic dicit Boet. iiij. de ꝯſol. met. vj. Hic eſt cūctis cōis amor;

repetuntqꝫ boni fine teneri: q: non aliter durare queant ni
ſi cõuerſe curſus amoꝛe refluāt cauſe que dedit eſſe. cui cõ-
ſonat illud Diony. ex amatoꝛijs hymnis Hierothei. ca. iiij.
de diui. nomi. Amoꝛē ſiue diuinū ſiue angelicū ſiue ſpirita
lem ſiue animalē ſiue naturalē dixerimus: inſitiuā quandā
intelligamus cõcupiſcentēqꝫ virtutē ſuperioꝛa quidem mo
uentē ad inferioꝝ pꝛouidentiā. Et qualia vero rurſus ad ſo
cialem ſui inuicē cõmunionē ac poſtremo loca inferioꝛa vt
ad pꝛioꝛa ⁊ ſublimioꝛa conuertant̄ admonentem. Hec ille.
Hinc beatꝰ Aug. xj. de ciui. dei. c. xxviij. oſtēdit/ꝙ in quoli-
bet rerū genere amoꝛ inuenit̄/etiā in nõ viuentibꝰ: in quibꝰ
pōdera ſunt amoꝛes coꝛpoꝝ. Unde ait. Nā amoꝛes coꝛpoꝝ
momēta ſunt ponderū: ſiue deoꝛſum grauitate: ſiue ſurſum
leuitate nitamur. ita eīm coꝛpus pondere: ſicut animꝰ amoꝛe
fertur quocunqꝫ fert̄. Patet ergo ꝙ amoꝛ illo mõ acceptus
(quē naturalē dicimus) nõ eſt aliquis actꝰ elicitꝰ a potētia
appetitiua: neqꝫ paſſio hmõi actū cõſequēs: ſed eſt reſinet:
aut foꝛma ſubſtantialis rei: aut qualitas naturaliter eā foꝛ-
mam cõſequens quibꝰ ad ſibi cõueniētia põt tendere ⁊ mo
ueri: aut in habitis quieſcere: aut coꝛrūpere nitēti reſiſtere.
Uerūtamē aliquādo capit̄ amoꝛ naturalis pꝛo qualibet cõ
placentia potentie appetitiue in obiecto per cognitiuā ap-
pꝛehenſo: que eſt actꝰ vel paſſio ad quā appetitꝰ non habet
ſe libere neceſſario cū elicit aut eā recipit. De qua dictū eſt
B s. di. xv. ⁊. xxxiij. Sꝫ ſic nõ capit̄ hic amoꝛ naturalis. ¶ Ap
petitus aūt animalis eſt appetitꝰ pſupponēs appꝛehenſio-
nem appetentis ſenſitiuā natꝰ tēdere in obiectū appꝛehen-
ſum: aut in eo quieſcere neceſſario ⁊ non libere: ⁊ hic vocat̄
appetitꝰ ſenſitiuus qui eſt in bꝛutis et in hominibꝰ: licet in
hominibꝰ aliquid libertatis participat: pꝛo quanto natꝰ eſt
obedire rõni: ſic amoꝛ ſcđo mõ acceptus eſt illud quo appe
titus ſenſitiuus tendit in ſuū bonū ſe ad ipſum mouendo:
vel in eo quieſcendo: et eſt realiter delectatio de cõuenien-
te adepto: vel actus deſiderij quo tēdit in bonū appꝛehen-
ſum abſens nõdum adeptū: qui dici poteſt amoꝛ animalis
vel ſenſitiuus qui cõmunis eſt hoībus atqꝫ bꝛutis. ¶ Ter
tius appetitus eſt appetitus rationalis/pꝛeſupponēs iudi
ciū intellectus natus libere actū ſuū elicere: et vocat̄ appe
titus rationalis vel intellectiuus ſeu volūtas. Et amoꝛ ra-
tionalis vel intellectiuus eſt actus volūtatis: quo libere ac
ceptat obiectū per intellectū ſibi pꝛeſentatū: et de hoc amo
re hic loquendū eſt: nõ de naturali: nec ſenſitiuo: qui vſita-
to vocabulo dici poteſt amoꝛ arbitrarius vel liberalis. Ad
venandū aūt quid ſit ille amoꝛ: ſupponitur ꝙ id noīe amo-
ris intelligit̄/quo aliquis dicit̄ amans ſiue amare: ſicut ca
loꝛ eſt id quo aliqͣs dicit̄ calens ſiue calere. Amare autē ſm
naturales et theologos ꝑtinet ad appetitū intellectiuū: ſi-
cut intelligere ad intellectū: et ſicut intelligere actus eſt in-
tellectus: ita amare eſt actus volūtatis. Sunt aūt in volū-
tate tm̄ duo actus: ſcꝫ velle et nolle: vt latius dictū eſt in. ij.
diſt. vj. Uelle quo volūtas acceptat obiectū vt cõueniens
ſibi vel alteri. Nolle ſimiliter eſt actus poſitiuus/quo volū
tas fugit vel reſilit ab obiecto tanqͣ diſcõueniente. ¶ Si
queritur de actu medio ſuſpenſiuo ſiue neutro/quo nec ac
ceptat obiectū vt bonū: nec refutat vt malū. Reſpondet̄ ꝙ
volūtas pꝛeſente obiecto ꝑ appꝛehēſionē intellectus quan
doqꝫ auertit ſe/ita ꝙ nullū actū circa hoc obiectū elicit: et
ſuſpēditur ab obiecto illo acceptādo vel reſiliendo nõ per
actū poſitiuū: ſed nõ auertendo vel ſe ad aliud cõuertēdo.
Aliqñ volēs ſe ſuſpendit per actū poſitiuū: q: vult nõ elice
re: vel q: imperat intellectui vt magis inquirat de obiecti
conueniētia et bonitate/vel ex ꝓpꝛia libertate: et ille actus
ſuſpēſiuus eſt quoddā velle: q: velle non elicere. Patet er-
go ꝙ in volūtate nõ ſunt niſi duo actus eliciti/reſpectu cu
iuſcūqꝫ obiecti in genere/ſcꝫ velle ⁊ nolle: nunc aūt amare
nõ eſt nolle: tum q: amādo ſibi cõplacet in amato: vel ipm
deſiderat: aut generalius loquēdo ipm acceptat tāqͣ bonū
in ſe: vel bonū ſibi vel alteri. Uerum nolēdo nihil accepta
tur: ſed magis refutat̄: tū q: amoꝛ nihil pꝛeſupponit in vo-
luntate: q: ſm beatū Augu. xiiij. de ciui. dei. c. vij. Amoꝛ eſt
pꝛincipiū et cauſa ceterarū paſſionū in volūtate. vnde ait.
Amoꝛ inhiās habere qđ amat: cupiditas eſt. Id autem ha-
bēs eoqꝫ fruēs/leticia eſt. Fugiēs qđ aduerſat̄ ei: timoꝛ eſt.
idqꝫ ſi acciderit ſentiēs: triſticia eſt. Pꝛoinde mala ſunt iſta
ſi malus amoꝛ eſt: bona ſi bonus. Et loquit̄ beatus Augu.
non foꝛmaliter: ſed cauſaliter ſm expoſitionem multoꝝ: q:
amoꝛ nõ eſt realiter cupiditas. i. ſpes ſiue deſideriū: neqꝫ le
ticia/timoꝛ aut triſticia: q: amoꝛ eſt actus libere elicitus in
volūtate: cetera ſunt paſſiones amoꝛem tāqͣ cauſam imme
diatā vel mediatā naturaliter conſequentia. Sed nolle pꝛe
ſupponit velle ſm btm̄ Anſel. in de caſu diabo. c. ij. de aua-
ro pane ⁊ nūmo. Siquidē a nullo reſilio: niſi quia ſtare nõ
poteſt cū eo qđ accepto. Eſt ergo amare velle: nõ aūt adeſt
velle malū alicui: hoc eīm pertinet ad odiū. Amādo aūt ten
ta ꝓpoſitio poſt dn̄m Pe. de aliaco. Stante lege/nullus
homo ꝑ pura naturalia pōt implere p̄ceptum de dilectio
ne dei ſup omnia. Probatur: quia lex iubet ꝙ actus ca-
dens ſub p̄cepto ſiat in gratia: que eſt habitus ſuperna-
turalis: ergo licet exiſtens extra gratiā per ſola natura-
lia poſſet deum diligere ſup omnia: nō tamen implet pre
ceptum ad intentionem p̄cipientis niſi ſit in grā. Et hoc
eſt qd̄ multi doc. dicūt: ꝙ hō poteſt implere p̄ceptū quā-
tum ad ſubſtantiā facti cadentis ſub p̄cepto: nō tm̄ quan
tum ad facti circūſtantiā ⁊ intentionē p̄cipientis: ⁊ ad hᷓ
eſt determinatio eccl̄ie de conſe. diſt. iiij. c. vlti. Qui dixe-
rit ꝙ ſine gratia poſſumus mandata dei implere ꝑ libe.
ar. anathema ſit. Contrariū em̄ fuit hereſis pelagiana: ⁊
hoc infert diſt. penulti. q. ij. ſenten. ſuarum: vbi late hanc
materiā pertractat: ꝙ ſi quis eliceret actum dilectionis
dei ſup oīa ex puris naturalibus ſine grā/non eſſet meri
torius. Infert quoq; ꝙ nullus hō pōt ſtante lege ꝑ pura
naturalia ſine gratia recte agere ſimpl̄r ⁊ abſolute. Hō
ꝓbat: q: nullus ſimpl̄r abſolute agit recte niſi qui agit
cōformiter diuine legi: ſed nullus ſic agit niſi ſit in gra-
tia ſm legem ſtatutā: ergo. Poteſt tm̄ aliquis ſtante lege
per pura naturalia ſine gratia/moraliter recte agere: q:
poteſt agere cōformiter recte ratiōi: quā philoſophi mo
rales: ſicut Ariſtoteles/Tullius/Seneca ⁊ alij ſimiles/
vocaſſent rectam rationem: ſed conſtat ꝙ exiſtens extra
gratiam pōt ſic agere: ergo ⁊c. Verū: vtrum faciens actū
p̄cepti quātuz ad actus ſubſtantiā: nō tm̄ ex charitate/ſit
tranſgreſſor p̄cepti: ⁊ per hoc peccet mortaliter: dicetur
infra diſt. xxxvij. ¶ Tertio dubitatur de ratione obiecti- Dub.3.
ua actus charitatis: vel generalius q̄ ſit ratio formalis S
obiectiua actus dilectionis dei ſuper omnia: an ſit ratio
dei abſoluta: an ratio dei vt creatoris/redemptoris/bea
tificatoris: aut aliqua talis. ¶ Pro reſponſione notan-
dū: ꝙ cum loquimur de ratione formali obiecti: aut intel
ligitur aliquid reale exiſtens formaliter ī obiecto: aut in
telligit̄ aliq̄d in intellectu obiectū apprehendente. pura
ꝯceptus ſeu cognitio mentis obiectū rep̄ſentans: ⁊ quo
ab intellectu voluntati p̄ſentatur. Si p̄mo mō: ſic nō eſt
niſi vna ratio eſſentialis in deo: plures vero relatiue: q:
in deo non eſt niſi vna eſſentia ⁊ plures relationes: non
eſſentialiter: ſed realiter diſtincte. Unde omnia attribu-
ta que de deo eſſentialiter ac per hoc de tribus perſonis
p̄dicantur cōiter: nihil diſtinctum important in deo. Exē
pli gratia. Sapientia nihil aliud importat in deo/q̄ po-
tentia/q̄ bonitas/q̄ iuſticia. Nam idez omnibus modis
eſt in deo ſapientia/potētia/bonitas/iuſticia/miſericor
dia ⁊c. Et ſi illi termini acciperentur precise pro ſapien-
tia diuina/potentia diuina ⁊c. non importando aliquam
creaturam: eſſent ſimpliciter ſynonyma: vt dictum eſt li.
j. diſt. ij. q. j. Si vero per rationem formalem obiecti intel
ligitur actus cognoſcendi qui conceptus rei dicitur: quo
cognoſcitur obiectum ab intellectu: ⁊ ab eodem volūta
ti preſentatur: ſic de deo pn̄t haberi diuerſe rōnes forma
les tanq̄ de obiecto volibili: īmo tot quot de eo poſſunt
haberi ꝯceptus nō ſynonymi. Et in gn̄e poſſunt eſſe due

rōnes formales dei vt obiecti: aut forte triplex vt ponit
Sco.diſt.pñti. Una q̄ repñtat deū in ſe nō ꝑ reſpectū ad
aliq̄d extra ſe.i.ad creaturā: ſiue ſit rō abſoluta ſiue relati
ua. Altera rō obiectiua eſt cōceptus repñtās deū in ordi
ne ad creaturā: vt bonū ſeu conueniens creature: vt ſunt
rationes creatoris: redēptoris: beatificatoris: cōſeruato
ris ⁊ ſimiles. Tertia poſſet eſſe rō cōplexa vel incōplexa
nō curo: includēs vtrūqꝫ.i.repñtās deū vt bonū infinitū
in ſe ⁊ participabile creature. ¶ Supponitur etiā ex pri
mo articulo: ꝙ oīs amor affectiuus eſt amor amicitie aut
amor cōcupiſcentie. Tunc ad dubiū eſt prima ꝓpoſitio.
ppō. 1. T ¶ Ratio formalis obiecti amoris amicitie dei ⁊ per hoc
charitatis eſt ratio dei abſoluta vel relatiua adintra: et
intelligo ꝑ rationē abſolutā rōnē nō relatiuā. Hec eſt rō
quecunqꝫ importans deū in ſe nō per reſpectū ad creatu
rā. Probatur: quia rō formalis obiecti amoris amicitie:
eſt rō repñtans obiectū eo modo quo in ipm tendit vo
luntas amādo. Sed amore amicitie volūtas tēdit in ob
iectū in ſe nō in ordine ad amantē vel ad aliud ab amato
ḡ obiectuꝫ formale eſt rō repñtans rē vt eſt in ſe: non in
ordine ad aliud extra ſe. ¶ Corollariū. Siue deꝰ appre
hendať abſolute ſimpliciter vt a bris: ſiue vt viuēs/in
telligens: ſiue vt bonū infinitū/vt ſapiens/potēs ⁊c. in
ſeipo: quia ſic apprehēſus amari pōt amore amicitie: q̄li
bet harū rōnum eſt rō formalis obiecti amoris amicitie.
Volendo eñ deū eſſe infinitū/viuentē/ſapientē: volen
do primā ꝑſonā eſſe patrē: ſcdaꝫ eſſe filiū: tertiā eſſe ſpm̄
ſanctū/amo deū amore amicitie. ¶ Scda ꝓpoſitio. Ra
2 tio formalis obiecti amoris dei cōcupiſcentie/eſt rō re
preſentans deū vt bonū noſtrū aut creature cuiuſlibet.
Et ſic ꝑ reſpectū ad creaturā: vt eſt rō creatoris/cōſerua
toris/gubernatoris/redēptoris/beatificatoris et ſiſes
Patet: q2 ille ratiōes repreſentāt deū vt in ipm tēdit vo
luntas amore cōcupiſcētie. Nā voluntas volens deū eſſe
creatorē/redēptorē ⁊c. amat eū amore cōcupiſcētie: ⁊ ac
3 cipiť rō formalis obiecti ſcdo modo. ¶ Tertia ꝓpoſitio
Si eodē actu pōt voluntas amare deū amore amicitie et
cōcupiſcētie.i.vt bonū in ſe et vt bonū creature: rō obie
cti formalis talis amoris/eſt rō repñtans deū vt tale eſſe
infinitū i ſe: ⁊ vt participabile a creatura.i. vt bonū crea
4 ture. patet ſatis ex dictis. ¶ Quarta ꝓpoſitio: Accipien
do rationē formalē obiecti amoris dei ſiue amicitie/ſiue
cōcupiſcētie primo modo/vna eſt tm̄ ratio formalis ab
ſoluta: ⁊ tres relatiue/ſcilicet eſſentia diuina: ⁊ tres ꝑſo
ne. Patet: quia ratio formalis illo mō eſt aliq̄d in deo.
In deo autē nihil aliud eſt ꝙ vna eſſentia diuina: ⁊ tres
perſone relatiue. Nec aliud in deo amari pōt/ſiue amore
cōcupiſcentie/ſiue amicitie: vide latiꝰ in Petro vbi ſ.q.
Dub. 4. V ij. ¶ Dubitať quarto. Utrū actꝰ amoris amicitie ſit ſemꝑ
rectꝰ: ⁊ videť ꝙ nō. Tū q2 tūc ſuperflueret habitꝰ chari
tatis dirigēs voluntatē ne ſic amando a recta ratione de
uiet. Fruſtra eñ poniť aliq̄d dirigēs potentiā in eo actu
in quo nō poteſt deuiare. ¶ Preterea: poſſet aliquis eli
cere actū amoris amicitie tempore indebito: quo ſcilicet
tunc ex p̄cepto diuino eſſet obligatꝰ ad actionē aliquam
circa creaturā: que nō cōpatereť ſecū actū amoris amici
tie circa deū: ſi ḡ tūc eliceret actū amoris amicitie: trāſgre
dereť preceptū negligēdo actionē debitā: igiť ſic elicien
do actū amoris amicitie peccaret. Similiter deus poſſet
precipere alicui ꝙ ꝓ certo tēpore non amaret actualiter
deū: quo poſito eliciens actū amoris amicitie ageret cō
tra voluntatē dei preceptiuā: ergo peccaret. ¶ In oppo
ſitum eſt beatus Ber. in de diligēdo deū: vbi dicit ꝙ mo
dus diligēdi deum eſt diligere ſine modo: ⁊ loquitur de
dilectione ordinata et meritoria. Si ergo nō eſt modus
huius dilectionis determinatus: ſequitur ꝙ quodcunqꝫ
fiat/ſemꝑ bene ⁊ recte fiat. Reſpōdetur ſm Sco. ⁊ doc.
cōiter ꝙ actus amoris amicitie dei ſuper oīa eſt ſemper
rectus: nec poteſt aliqñ eſſe diſtortus. Un̄ dicit Sco. ꝙ
diligere deū ſuper oīa/eſt actus de ſe rectus: cuius recti
tudo per ſe nota eſt: ſicut rectitudo primi p̄ncipij in ope
rabilibus. ⁊ in. ij. diſ. vj. q. ij. ait. Deus nō pōt inordinate
amari ex amicitia: q2 eſt tale amabile qđ ex ſola rōne ſui:
vt obiectū eſt/dat cōpletā rationē bonitatis actui cōple
te intenſo. Et ꝓbatur etiā ratione: q2 actus amoris ami
citie dei non poteſt excedere nec deficere: ⁊ hoc nec ra
tione obiecti: nec rōne actus vel modi. Qđ nō rōne obie
cti: oſtēſum eſt p̄cedenti diſtin. q2 virtus theologica non
eſt in medio ratione obiecti: ⁊ ita nec actus eius. Et pa
tet clarius in ꝓpoſito: quia amor dei amicitie eſt dei in ſe
ſm ꝙ eſt entitas quedaꝫ infinita ſine relatione in aliud.
Et ideo non pōt excedere: vel eſſe minus quoad bonum
volitū: q2 infinitū eſt bonū qđ volumus deo ⁊ ideo exce
di nō poteſt: nec pōt deficere quoad obiectuꝫ: q2 amādo
deū amore amicitie: hoc volumus deo qđ ipſe eſt: nec ali
ud velle poſſumus amādo. Nā ſi aliquid deo vellemus
qđ ipſe nō eſt: iam nō amaremus: quia nō vellemus ſibi
bonū: cū omne bonū ſibi poſſibile habet: nec aliqñ non
habere pōt. Quicq̄d autē nō habet (verius q̄cquid non
eſt) nō eſt ſibi bonū. Hec ergo volendo ſibi non amare
mus ſed odiremus: puta velle eū eſſe angelū vel creatu
ram: aut iniuſtū/ſeu nō omnipotentē. Volendo aūt ſibi
bonū qđ ipſe eſt: nihil minꝰ infinito volumꝰ: ergo nō eſt
defectꝰ ex parte voliti: neqꝫ quoad actꝰ amoris modū ex
cedere poteſt: quia nō pōt actꝰ amoris dei eſſe nimis in
tenſus: q2 deꝰ: cū ſit bonū infinitū: eſt diligibilis amore
infinito. Et ideo amor quo homo ſeu creatura quecunqꝫ
diligit deū: nō pōt eſſe nimiꝰ: q2 non pōt excedere infini
tum. Sed nec pōt attingere: q2 omnis amor creature eſt
finitus. hinc diciť Eccli. xliij. Glorificate deū quantū po
teritis: ſuperualebit adhuc mirabilis magnificētia eius.
Benedicētes dominū exaltate illū quātū poteſtis. Ma
ior eſt eñ omni laude. Maxime aūt deū glorificamꝰ: cū
eum ſuper omnia diligimꝰ. Unde quanto dilectio dei eſt
intenſior: tanto eſt melior. Summe ergo bene volendo
deo ꝓpter ſe nō poſſumꝰ errare. Nec etiā talis amor dei
amicitie deficere pōt vt ſit non rectꝰ ſi fuerit remiſſus: q2
amando deū quantūcunqꝫ remiſſe bene volumꝰ deo: et
bene volēdo deo ꝓpter ſe nihil a deo tollimꝰ: ſed magis
volūtate noſtra attribuimꝰ. Et licet amoris actꝰ aliꝰ alio
ſit remiſſior: non tm̄ ideo diſtortꝰ aut non rectꝰ: ſicut ⁊ in
ceteris virtutibꝰ: virtꝰ remiſſa licꝫ deficiat a perfectione
virtutis intēſe: nō tm̄ ideo deficit a rectudine. Nec ꝓpter
hoc deſinet eſſe actꝰ. Remiſſa eñ virtꝰ/virtꝰ eſt. Etiā nō
poteſt eſſe exceſſus vel defectꝰ circa aliqđ ordinatū ad fi
nem in actu amoris amicitie dei: q2 actꝰ ille eſt circa finē
tanq̄ circa obiectū ⁊ non circa aliud. nec circa ipſum deū
vt refert ad aliud. ¶ Per hoc ad rationes: ad primā ne
getur cōſequentia/ꝙ ſuperflueret habitꝰ charitatis: q2
habitꝰ nō ſolū poniť vt dirigat volūtatē in actu ne erret
a regula rōnis recte: ſed etiā vt frequentiꝰ actū eliciat: vt
etiā faciliꝰ eliciat: nec impedietibꝰ ab eliciēdo cedat: atqꝫ
vt expeditiꝰ ⁊ delectabiliꝰ eliciat: vt. q. j. diſt. xxiij. patuit.
Et hec habent locū in habitu charitatis: licꝫ nō dirigat:
ne ſic amādo erret circa amoreꝫ amicitie dei. Verū quia
charitas etiā inclinat ad diligendū ſeipſum ⁊ proximum
propter deū ⁊ in deo: circa quē actū pōt cōtingere error:
⁊ ergo circa illū actum dilectionis proximi poteſt dirigere
volūtatē. ¶ Ad ſcdm dico negādo aſſumptū: ꝙ aliquis
poſſet deū diligere tempore indebito. Omne eñ tempꝰ
cōgruit diuino amori dicēte Pſalmiſta. Benedicā dñm
in omni tempore. ¶ Ad ꝓbationē diciť ꝙ nulla eſt actio
circa creaturam que non compatiatur ſecum dei amoreꝫ
actualē: ſaltē a deo p̄cepta: eoipſo enim ꝙ actio precepta
eſt a deo: ordinabilis eſt in deum. Nam agens aliquid q2
preceptum a deo: iam illud agit propter deum: et ſic agē
do ordinat in deum. Ordinatio autem alicuius in deum
tanq̄ in finem vltimum/ſit per actum amoris amicitie.
Unde per amorē amicitie nō preſtatur impedimētū cui
cunqꝫ actioni bone: ſed magis ꝓmouetur. ¶ Ad confir

mationē admiſſo qꝺ aſſumit: ꝙ deus poſſet p̄cipere ⁊c. licʒ poſſet reuocari in dubiū. ¶ Dicitur ꝯſequēter: ꝙ ſtāte p̄cepto/ talis nō poſſet elicere amorē amicitie dei. Implicat em̄ amare deū amore amicitie cōtra preceptū diuinū: quia vt dictū eſt: amās deū amore amicitie/ vult eum eſſe ſummū ⁊ omnibꝰ ſuperiorē et preceptorē: ⁊ ita precepta ſua a ſe ⁊ oībus obſeruari. Stante ergo p̄cepto ſibi facto de nō eliciēdo: ſi eliceret actū nō eſſet actus ille dilectio dei ſuꝑ oīa. Nō em̄ preferret deū ſue ꝓprie volūtati/ qua trāſgreditur preceptum: ⁊ non vult deū eſſe ſummū ⁊c. Et tantū de illa queſtione. Diſtinctio. xxviij.

## Determinato de charitate

Determinato de charitate in ſe et eius p̄cepto: cōſequēter in hac diſt. xxviij. magiſter agit de charitatis obiecto: oſtēdens que ſint a nobis charitate diligenda. Et colligitur ſentētia textus in ſubiectis tribꝰ cōcluſionibꝰ. ¶ Prima cōcluſio. Quattuor diligēdarū rerū genera: ſcʒ deus qui ſupra nos eſt: noſipſi: ⁊ ꝓximus qui iuxta nos: ac corpꝰ qꝺ infra nos eſt: a nobis ſunt charitate diligēda. ¶ Scꝺa cōcluſio. In duobus charitatis preceptis/ oīa diligēda charitate cōprehēdunt̄/ expreſſe vel implicite: deus videlʒ in primo: ⁊ ꝓximus in ſcꝺo expreſſe. Noſipſi et corpus in ſcꝺo precepto implicite/ cum dr̄: diliges proximū tuū ſicut teipſuʒ. ¶ Tertia ꝯcluſio. Nō deꝰ ſm̄ diuinitatē: ſed chriſtꝰ ſm̄ humanitatē: ⁊ angeli ſunt a nobis ſicut ꝓximi diligēdi. Queſtio vnica.

A Circa hāc diſtinctionē queritur: vtrū tm̄ quattuor rerū genera ſunt eodem charitatis habitu diligenda.

¶ Solito more tribꝰ articulis hec q̄ſtio diſ-
Arti. 1. ſoluet̄. Primus erit notabiliū: ſcꝺs cōcluſionū: tertiꝰ du-
Nota. 1. biorꝝ. ¶ Quantū ad primū notandū: ꝙ nō omne diligibile eſt diligenduʒ charitate. Nam cuicūqꝫ poſſum velle bonū illud poſſum diligere: cū diligere aliquid nihil aliud ſit ꝙ̄ velle alicui bonū. Et cum ens ⁊ bonū cōuertantur: ſequitur ꝙ nō omne ens eſt diligibile. Etiam volendo alicui bonū qꝺ non habet nec ipſum habere condecet: ſic volēdo ipſum diligo: licʒ inordinate. ¶ Preterea quolibet ente poſſum frui: licʒ inordinate. Fruitio autē dilectio eſt: vt patet ex diſt. j. lib. primi. Sed charitate diligibile eſt illud bonū ſolum: ⁊ omne tale qꝺ ſub obiecto adequato charitatis includit̄ ſeu continetur. Eſt aūt ſm̄ Petrū de aliaco. q. vnica. iij. ſentē. obiectū adequatū charitatis/ deus. ⁊ omne qꝺ deus vult a nobis ꝓpter ſe diligi: natū participare deum beatifice de potētia ordinata. ¶ Per primū terminū deus/ exprimitur obiectū principale ⁊ primariū charitatis: qꝺ ſolū ꝓpter ſe diligit̄ tanꝙ̄ finis vltimus ⁊ ſummū diligibile: omnia aūt alia ꝓpter eū. Dicit̄ omne qꝺ vult a nobis propter ſe diligi. Hic tangunt̄ obiecta ſecūdaria: vt creature rōnales: que nō propter ſe finaliter: ſed propter deū principaliter ſunt amande. Dicit̄ natū participare deū beatifice: ꝑ qꝺ excludunt̄ creature irrōnales: q̄ non ſunt ꝑtes creature rōnalis: he em̄ nō ſunt capaces btitudinis. ¶ Sʒ notādū: ꝙ creatura dupl̄r pōt participare beatitudinē. Uno mō formal̄r: quia pōt per actū beatificū formal̄r tēdere in deū ipſum vidēdo ⁊ eo fruēdo: ⁊ ſic ſola creatura rōnalis eſt capax beatitudinis. Alio mō pōt participare deū beatifice: nō formaliter fruēdo deo: ſed q: pōt participare aliquē effectum beatitudinis ſeu glorie in ip̄m redūdantis. Sic corpus noſtrū participādo dotes glorie ex beatitudine anime in ip̄m redundātes (que ſunt quidā effectꝰ glorie) dr̄: participare deū beatifice. Quomodo autem dotes ſunt
Nota. 2. B effectꝰ glorie: pertinet ad quartū librū. ¶ Scꝺo notādū ꝙ actus charitatis ꝓprius/ eſt amor amicitie dei mediatus vel īmediatus. Nā vt dictū eſt diſt. xxvj. Amor dei cōcupiſcētie quo diligit̄ deus vt bonū noſtrū/ eſt actꝰ ſpei: ⁊ dr̄: amor mediatus vel immediatus. Amorē dei īmediatum voco amorem dei terminatū in deo preciſe: quo deꝰ in ſe ⁊ ꝓpter ſe diligitur: ⁊ nō in creatura: ita ꝙ illo actu ſolus deꝰ diligitur ꝓpter ſe. Mediatū voco amorē quo amo proximū ꝓpter deū: quo ſcʒ primo ꝓximus: ⁊ ꝑ ꝓximū amatur deus. Omnis enim charitatiua dilectio: etſi qn̄qꝫ ad creaturā terminatur: nō tm̄ ibi ſiſtit: ſed vltra refertur in deū. Un̄ actus quo amo creaturā ꝓpter ſe preciſe nō referendo in deū: nunꝙ̄ eſt actus charitatis: neqꝫ amor creature ꝓpter deū eſt actꝰ charitatis ꝓpter amorē creature: ſed ꝓpter amorē dei ī amore creature ꝓpter deū incluſum. Non em̄ eſt actus ille actus charitatis vt terminatur in proximū: ſed vt refertur vltra in deū tāꝙ̄ in finē propter ſe ſumme dilectū. Ideo Aug. loquens de dilectione proximi charitatiue diligendi/ dicit eū diligē-
dum nō in ſe ſed in deo vel propter deū. ¶ Tertio notā- Nota. 3. C
dum ꝙ ſicut dictum eſt de habitu fidei et ſpei: ita ſimiliter hic diſtinguitur duplex habitꝰ charitatis: infuſus ſcʒ ⁊ acquiſitus. Infuſus vnus eſt reſpectu omniū diligibilium/ dei ſcʒ ⁊ creature ꝓpter deū qui principaliter inclinat ad diligendū deū propter ſe: ⁊ omne quod vult deꝰ diligi propter deum: ⁊ mediante illo tanꝙ̄ principio partiali inclinat ad diligendū proximū. Unde ſi diligo deuʒ ⁊ omne qꝺ deus vult a me diligi: ⁊ poſt cōſtet mihi ꝑ ſcripturam ꝙ deus vult a me diligi: tunc charitas infuſa inclinat me mediate: quia mediante actu ſuo ⁊ charitate acquiſita ac voluntate tanꝙ̄ potentia ad diligendū a. ſicut modo cōſtat per ſcripturā: ꝙ deus vult inimicū meū pro ſtatu iſto diligi a me. Et tunc per habitū charitatis infuſe cum charitate acquiſita: inclinor ad diligendum inimicū. Poſtꝙ̄ vō inimicus dānabitur: tunc nō diligam eū: quia tunc deus nō vult me diligere eū: ⁊ tm̄ ſemꝑ manet idē habitus charitatis. Poſſet etiā dici ſm̄ aliā opinionē ſimiliter ſicut de fide: ꝙ habitus charitatis infuſus īmediate inclinat: tamen concurrente charitate acquiſita ad quēlibet actum diligendi deū propter ſe: ⁊ creaturā quā a nobis deus vult diligi propter deū. ¶ Habitus vō charitatis acquiſitus ſm̄ diuerſitatē actuū ſpecie diſtinctorum: ⁊ ipſe plurificatur ſpecie. Ex quo patet ꝙ bonitas proximi nō mouet ad diligendū eū charitatiue: ſed bonitas dei ꝓpter cuius preceptū de diligendo proximū: diligens deum vult diligere et proximū/ ſiue bonus ſit ſiue
malus. ¶ Quarto notādū ꝙ nomine proximi intelligi- Nota. 4 D
tur quilibet/ cuius dilectio ⁊ amicitia eſt deo grata ita vt placeat deo vt ab ipſo diligatur: ideſt omnis ille a quo deus vult diligi. Nō enim debeo rationabiliter ait Sco. velle ſumme dilectū ab illo cōdiligi: a quo nō vult diligi cuius ſcʒ dilectio nō eſt ſibi grata. Nā diligere proximuʒ charitatiue: eſt velle ꝓximo ineſſe dilectionē dei. Siquidem nihil melius poſſuʒ velle proximo ineſſe: cū dilectio dei ſit ſummū donū proximo cōicabile: q: ergo certū eſt bonorꝝ dilectionē eſſe deo gratam abſolute volendū eſt dilectionē dei ineſſe eis. Et qm̄ hoc de quocunqꝫ viatore ſignato eſt dubiū: debeo hoc ſibi velle ſub cōditione ſcʒ ſi placet ei ab eo diligi. Circa viatores autem in cōmuni: quia ſemper ſupponēdum eſt aliquos eſſe bonos/ quorꝝ dilectio eſt ſibi grata vel nō diſplicens: pōt haberi actus abſolute volendi deum ab eis cōdiligi. Circa damnatos autem/ demones/ vel homines qui ſunt ei actualiter diſplicentes: nō debeo eos velle deū diligere. hec Scotus.
¶ Quantum ad ſecūdum articulum eſt cōcluſio prima. Arti. 2.
Tantū ſunt quattuor diligibiliū genera habitu charita- Cōcl̄. 1. E
tis diligēda. Probatur concluſio autoritate beati Aug. que habet̄ in littera: ⁊ ratione ſic. Quicūqꝫ ſunt beatitudinis nobiſcū participes a nobis ſunt charitate diligēdi: ſed tales ſunt tm̄ quattuor: ergo. Cōſequētia nota. Maior patet ex notabili primo. quia q̄libet capax beatitudinis cōtinetur ſub obiecto charitatis. Minor ꝓbat̄: quicunqꝫ ſunt charitate diligēdi/ aut ſunt deus: aut noſipſi: aut proximus: aut noſtrum vel proximi corpus: illi differunt genere. Nā deꝰ genere differt ab omni creatura: de-

pendens enim ⁊ independens genere differunt: ſolus
deus eſt indepēdens: omne aliud a deo eſt depēdēs. Itē
noſipſi genere differimus ab angelis ⁊ animabꝰ ſepara-
tis: que tñ ſunt pꝛoximi noſtri: licꝫ non differamus gene
re ab oībus ꝓximis: quia hō nō differt genere: imo nec
ſpecie a ꝓximo hoīe beato vel viatoꝛe. Genere dico aut
ſpecie eſſentiali: licꝫ bene accidētali. Siꝶr ⁊ coꝛpus no
ſtrū aut pꝛoximi diſtinguiꝶ genere a nobis ⁊ ꝓximo: ſi-
cut ſimplex a cōpoſito. Qꝺ autē pꝛeter illa quattuoꝛ ge-
nera/nulla alia ſint charitate diligēda: ptꝫ: qꝛ nulla alia
ſunt beatitudinis capacia: ergo nulla alia cōtinētur ſub
Cōcl. 2. F obiecto charitatis: ergo nec diligibilia charitate. ¶ Se-
cunda cōcluſio. In omnibꝰ creaturis diligibilibꝰ charita
te/vna ſpecie eſt charitas infuſa. In eodem ꝟo ſuppoſi-
to reſpectu omniū charitate diligibiliū eſt numero vna.
¶ Dicitur notanter creaturis: quia deus licꝫ charitate
nos diligat: nō tñ per habitū infuſum: ſed ipſe eſt chari-
tas qua nos diligit. Charitas dico eſſentialis: ⁊ ſpūſſan-
ctus charitas notionalis. Sed cōcluſio ꝓbatur: qꝛ vna
eſt charitas infuſa que inclinat ad diligendū oīa beatitu
dinis capacia mediate vel immediate: vt dictū eſt in nota
bili tertio. Vna dico ſpecie in diuerſis ſubiectis: quia in
diuerſis ſubiectis non poteſt eſſe vnū accidens numero
ſꝫm potentiam oꝛdinatā ſiue naturaliter. In eodem aūt
ſubiecto nō multiplicaꝶ numero: qꝛ nō poſſunt eſſe plu-
ra accidētia numero in eodem ſubiecto: niſi ſint partes
vnius totius accidētis in quo vniūtur ſicut gradus intē
Cōcl. 3. ſionales. ¶ Tertia cōcluſio. Tot ponēdi ſunt habitꝰ cha
ritatis acq̄ſiti ſpecie diſtincti: quot ſunt actus tales/deū
et pꝛoximū ex charitate diligēdi. Pꝛobaꝶ: quia actꝰ a cha
ritate eliciti aut charitatē generātes/ſpecie diſtinguunꝶ
vt actus diligendi deū pꝛopter ſe pꝛeciſe: ⁊ actus diligen
di pꝛoximū ꝓpter deū: ergo ⁊ habitus ex eis geniti. Te-
net cōſequentia: quia diſtinctio habituū ſequitur diſtin-
ctionē actuū ex quibus generanꝶ: vt .s. habitū eſt. Ante-
cedens patet: quia oēs actus habētes diuerſa obiecta to
talia diſtinguunꝶ ſpecie: plus eñ differunt ꝙ̄ duo actus
eiuſdē obiecti in diuerſis ſubiectis. Tales aūt differunt
numero: ergo actus plus differētes differūt ſpecie: quia
oīs differētia maioꝛ numerali eſt ſpecifica. Diciꝶ totalia:
qꝛ eodē actu poſſum diligere deū ⁊ pꝛoximū ꝓpter deū:
ſꝫ nullū eoꝝ eſt obiectū totale partiale: ideo nō ſunt plu
res actꝰ: ſed vnꝰ tñ. de h. s. in. i. diſt. i. Et tantū de articu
Arti. 3. lo ſcꝺo. ¶ Quātū ad tertiū articulū dubitaꝶ p̄mo: vtrū
Dub. 1. angeli ⁊ beati ſint ꝓximi noſtri: ⁊ videꝶ ꝙ nō: quia iuxta
G parabolā Luce. x. Pꝛoximus eſt cui bñfacere poſſumus
ſed angelis ⁊ beatis bñficia nulla poſſumus impēdere.
Tū: qꝛ nulla nobis cū eis eſt conuerſatio: ideo nec amici
tia. Tū: qꝛ quietati ſunt in omni ſuo deſiderio: qꝛ ꝑfecte
beati. In oppoſitū eſt magiſter in textu. Rn̄deꝶ ꝙ tā an
geli ſancti ꝙ̄ beati/ꝙ̄ aīe in purgatoꝛio exiſtētes ſunt no
ſtri ꝓximi: nā ſunt nobiſcū capaces btītudinis: ergo no-
ſtri ꝓximi. Tenet ꝯña: qꝛ oīs creatura btītudinis capax
foꝛmalr noſter ꝓximꝰ eſt. Itē oīs creatura rōnalis via-
trix ꝓximus ꝺꝛ: ſꝫm Pe. Camera. Aug. ſermo. ij. dñice. xx.
qui eſt in numero. ccxxxix. ⁊ in ſermo. ccxxi. idem vult. Et
dico creatura ꝓpter deū: qui ꝓpter infinitā excellentiaꝫ
ſue nature diuine ꝓximus noſter dici nō pōt: ſed dñs no
ſter. Quē etiā nō ſicut noſipſos (qꝺ de ꝓximo p̄cipiꝶ) ſꝫ
ſuꝑ nos toto coꝛde ⁊ aīa diligere debemus: ⁊ h verū eſt
ſꝫm naturā diuinā. Chꝛiſtus tñ ſꝫm naturā humanā ꝓxi-
mus noſter dici voluit in ſupꝛa allegata parabola icidē-
tis in latrones: vbi ꝑ ſamaritanū ipſe intelligiꝶ: qui curā
ſauciato impēdit ⁊ miſericoꝛdiā. Ideo ꝓximus eius dño
ſentētiā legiſperiti appꝛobāte dictꝰ eſt. Nā ⁊ nos fratres
appellare dignatꝰ eſt. Matth. vlti. Ite nūciate fratribꝰ
meis vt eant in galileā ⁊c. Diciꝶ etiā capax foꝛmalr bea-
titudinis ꝓpter coꝛpus noſtrum: qꝺ ꝓximus noſter dici
nō pōt: qꝛ infra nos eſt. Nec capax diuine fruitionis ⁊ vi
ſionis que ſunt beatitudo foꝛmalis: eſt tñ capax glīe per

redundātiā vt dictū eſt. ¶ Ad rōnes rn̄detur. Vno mo-
do ſꝫm magiſtrū: licꝫ angelis bñficia impēdere nō poſſu
mus: ipſi tñ nobis bñficia impēdere poſſunt ⁊ multipli-
cia impēdunt: ⁊ ꝑ hoc nos eoꝝ ꝓximos cōſtituunt. Sed
cū nomen ꝓximus ſit relatiuū equiparātie: vt pꝛoximus
ſit ꝓximi ꝓximus: qꝛ nos ꝓximi eoꝝ ſumus: ſequiꝶ ꝙ et
ipſi noſtri ſint ꝓximi. Alio modo etiā poſſet dici ꝙ etiam
noſipſis bñficia p̄ſtamus/inquantū ex bona ⁊ merito-
ria noſtra cōuerſatione eos letificamꝰ: btītudinē eoꝝ ac
cidētalē augmētando: ſꝫm illud Luce. xv. Gaudiū erit in
celo ſuꝑ vno pctōꝛe penitētiā agēte. Deſiderāt eñ ciuita
tē ſuā (ruinā paſſam) ex nobis reſtaurari. Ideo bñficiū
ſibi p̄ſtari a nobis reputāt: quotiēs nos tanꝙ̄ lapides vi
uos ad eiuſdē celeſtis edificij reſtaurationē opibꝰ meri-
toꝛijs coaptamus. ¶ Ad ſcꝺm ꝺꝛ: ꝙ licꝫ nō ſit nobis nūc
cū angelis in vita humana cōuerſatio: neqꝫ cū aīabus ſe
paratis: erit tñ nobis in btītudine iocundiſſima cōuerſa
tio: ⁊ etiā nūc cū eis cōicamus in vita grē: licꝫ nō in vita
nature. ¶ Ad tertiū ꝺꝛ: licꝫ ſint beati ⁊ q̇etati in ſuo deſi
derio quātū ad beatitudinē eſſentialē: nō tñ quoad acci
dentalē que indies augetur vſqꝫ ad finale iudiciū: quo-
tiēs pctōꝛes cōuertunꝶ: ac purgati ad gloꝛiā aſſumūtur.
¶ Dubitatur ſcꝺo: vtrū demones ⁊ dānati ſint ex chari Dub. 2. H
tate diligēdi: ⁊ arguitur ꝙ ſic. Oīs dilectio meritoꝛia eſt
charitatiua: ſed aliqua dilectio demonis aut dānati eſt
meritoꝛia: ergo. Cōſequētia nota. Maioꝛ ꝓbatur: quia
oīs actus meritoꝛius ꝓcedit ex charitate ⁊ grā: vt patuit
in. ij. diſ. xxvij. ergo oīs dilectio meritoꝛia eſt charitatiua
Idē eñ eſt eſſe charitatiuū ⁊ eſſe ex charitate. Minoꝛ ꝓ
batur: qꝛ quis pōt velle demonē eſſe naturā intellectua-
lē: qꝛ talē eā deus cōdidit: ⁊ ſic eius naturā cōſeruat: ⁊ h
volēdo diligit demonē ex charitate. Qꝺ diligit ꝓbaꝶ: qꝛ
vult bonū demoni/volēdo eū eſſe tā nobilē naturā. hoc
eñ eſſe bonū eſt. Qꝺ ex charitate: ꝓbatur: qꝛ ad h volē
dū inclinat charitas: qꝛ charitas inclinat ad volēdū om
ne volitū a deo ſcitū eſſe tale: eo ꝙ deus ſic vult. ¶ Pꝛe
terea iubemur mali ⁊ pctōꝛis naturā diligere: qꝛ bona ⁊
ad imaginē dei creata: vitium ꝟo odire: hoc autē cōuenit
damnatis quoꝝ natura eſt bona. Similiter poſſet argui
de bꝛutis: ꝙ eſſent ex charitate diligēda: qꝛ poſſumꝰ eis
meritoꝛie vti ad laudē dei: ⁊ ſic eis velle bonū naturale
ſcꝫ valitudinē: et tñ nō ſunt aliqua hoꝝ quattuoꝛ diligi-
biliū. ¶ Pꝛo reſponſione ad dubiū notandū/ꝙ aliquid
charitatiue vel ex charitate diligere accipitur dupliciter.
Vno modo ſtricte ſꝫm deſcriptionē obiecti charitatis in
pꝛimo notabili poſitā: vt ſcꝫ eſt aliquid diligere ex gra-
tia tanꝙ̄ amicū ſecum in beatitudine cōmunicatiuuꝫ. Et
ſꝫm hanc acceptionē diuiſit beatus Aug. ⁊ magiſter dili-
gibile ex charitate in quattuoꝛ genera diligibilium. Alio
modo accipiꝶ largius pꝛo omni diligere/ad qꝺ charitas
inclinat qualis eſt omnis dilectio meritoꝛia. ¶ Per hoc
ad dubiū reſpondeꝶ ꝙ loquendo de diligere ex charita-
te pꝛimo mō: ſic nec demones: nec dānati: nec bꝛuta: nec
quecūqꝫ nō rōnalia: puta nec ꝟtutes: nec beatitudo ipſa
foꝛmalis ſolo coꝛpoꝛe humano excepto/ſunt ex charita
te diligibilia: quia nō ſunt diligibilia vt amica nobiſcum
in beatitudine cōmunicatiua. Accipiēdo autem diligere
ex charitate ſecūdo modo: ſic omnia pꝛedicta/⁊ oīs na-
tura poteſt ex charitate diligi: quia qualibet natura vti
poſſumus meritoꝛie ad finem vltimū: ⁊ ſic vtēdo dilige-
re ex charitate. Hec eſt ſentētia beatoꝝ Tho. ⁊ Bonauē.
pꝛeſenti diſtinctione. ¶ Poſſet etiā dubitari quomodo Dub. 3. I
noſipſos poſſumus diligere ex charitate: cū dicat Greg.
homeꝶ. xiij. Nemo ad ſeipſuꝫ charitatē habere ꝺꝛ: ſed cha
ritas in alterū tendit/vt charitas eſſe poſſit. Sed bꝛeui-
ter ꝺꝛ ꝙ ſolutio huius dubij ſtat in q̇d nois termini: naꝫ
charitas quādoqꝫ ſtrictiſſime accipiꝶ pꝛo habitu quo di-
ligimus alterum in beatitudine nobiſcū cōmunicatiuū:
⁊ illo modo loquiꝶ Greg. Sed alio modo accipiꝶ largiꝰ
ꝑ habitu quo diligimus aliquod beatificabile/ſiue ſit a

nobis diſtinctum ſiue non: ⁊ ſic accipit beatus Augu. et magiſter. Et tantum de illa queſtione.

De ordine charitatis. Diſtinctio. xxix.

# Poſtq̃ magiſter de-

terminauit de charitatis obiecto: cõſequẽter oſtẽdit quis ſit charitatis ordo. Trahũtur aũt ex illa diſt. tres cõcluſiones ſententiã textus ſummarie cõtinentes. ¶ Prima. Hic eſt ordo charitatis debit⁹: vt primo diligať qđ ſupra nos eſt/ de⁹: ſcđo nõſipſi: tertio qđ iuxta nos eſt. i. proximus: quarto qđ infra nos eſt/ noſtrũ ꝓximiq; corpus. ¶ Scđa cõcluſio. Quãuis ad idem obiectum ſcʒ ad beatitudinem eandem diligendi ſunt proximi: nõ tamen affectu neq; effectu pari. ¶ Tertia concluſio. Quattuor charitatis gradus doctores ſancti innuunt: quos charitatẽ incipientẽ: proficientem: perfectam ac perfectiſſimã dicunt. Harum deductiones patent ex textu. Queſtio vnica.

# Circa hãc diſtinctio

A nẽ queriť/ vtrũ ordinis obſeruatio circa diligibili a dilectione gratuita ſit ad ſalutem cõſequẽdã neceſſaria. ¶ Tribus articulis hec queſtio abſolueť. Primus terminos declarabit. Secũdus per cõcluſiones reſpõdebit. Tertius dubia mouebit.

Arti. 1. Nota. 1. ¶ Quantũ ad primũ/ notandum ꝙ ordo charitatis quo illud primo: iſtud ſcđo ⁊c. diligiť: in ꝓpoſito non dicit ordinẽ tẽporis: ſed ꝑfectionis. Põt aũt ꝑfectio illa dupliciter attẽdi: ſcʒ quantũ ad charitatis affectuʒ. i. actum charitatis elicitũ vel delectationẽ cõſequẽtẽ: vel quantũ ad effectũ. i. quantũ ad actũ imperatũ/ quo effect⁹ alicuius bñficij impẽditur amato: ⁊ illa ſe nõ neceſſario cõſequũtur: q: põt aliq̃s actu multũ intẽſo alicui impendere modicuʒ bonũ/ q̃lia ſunt bona corpis ⁊ fortune: q̃ minima ſunt ſm beatũ Aug. Et põt q̃s affectu remiſſo alicui velle impẽdi maxima bona ſcʒ beatitudinẽ ⁊ gratiã. Hic tñ noteñť dicta. s̃. diſt. xxvij. de exceſſu amoris vnius ſuꝑ aliũ: q: perfectio actus charitatis nõ debet hic attẽdi ſm intẽſionẽ actus gradualẽ ſimplr: ſʒ magis ſm appreciationẽ actus: vel q: fortior ⁊ firmior: ⁊ eſt pene idẽ: vt dictũ eſt loco quo ſupra.

Nota. 2. B ¶ Scđo notãdũ ꝙ ſm btm̃ Ambro. vt tãgit magiſter in textu: ordo diligẽdoꝝ ſic aſſignatur. Ait em̃ ſuꝑ Cañ. c. ij. ſuꝑ illud. Ordinauit in me charitateʒ. Multoꝝ charitas inordinata eſt: qđ in primo eſt: ponũt tertio vel quarto. Primo deus diligẽdus eſt. Secundo parẽtes: inde filij: poſt domeſtici: qui ſi ſint boni: malis filijs ſunt preponẽdi. Hoc in euangelio ad cuiuſlibet dilectionẽ ꝓpriũ ponit. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ ex oĩbus viribus tuis: ⁊ proximũ tuũ ſicut teip̃m. Et inimicos nõ ex tota virtute: non ſicut teipſum: ſed ſimplr: ſufficit em̃ ꝙ diligamus: ⁊ nõ odio habeamus. Hec Amb. Que autoritas ꝑ ꝯcluſiones infra poſitas eſt declarãda.

Nota. 3. ¶ Tertio notãduʒ poſt ſanctũ Bonaueñ. ꝙ dilectio gratuita nõ ſemꝑ cõcordat dilectioni naturali: nã gratia qñq; currit cuʒ natura/ via cõſona: qñq; via oppoſita: qñq; via diuerſa. In hoc em̃ ꝙ hõ plus diligit ſe ꝙ̃ proximũ: cõcordat nature gr̃a. In hoc ꝙ plus diligit ſe ꝙ̃ deuʒ: nature repugnat gr̃a. In h̃ ꝙ̃ plus diligit filium ꝙ̃ patrẽ: currit natura diuerſa via a gr̃a: hoc eſt ꝙ gratia aduenięs in primo affectu ſeu dilectione/ quo homo plus ſe ꝙ̃ proximũ diligit: ordinẽ ſaluat. In ſcđo ſimpliciter mutat ⁊ facit hoiem deũ preponere ſibi. In tertio vero nouũ ordineʒ dat: q: facit te plus diligere parentẽ ꝙ̃ filiũ: ⁊ tñ illum affectũ ad filiũ nõ exterminat. Credo em̃ (ait ſanctus Bonauẽ.) ꝙ aliq̃s qui habet parẽtes ⁊ filios dũ mouetur affectu gratuite dilectionis: magis deſiderat parentũ ſalutẽ: ⁊ tñ affectu nature magis deſiderat filij ſanitatẽ. Ex illo ſequiť ꝙ inclinatio naturalis nõ eſt ſemper recta: neq; volũtas cõformans ſe inclinationi naturali/ eſt ſemꝑ recta. Inclinatio enim naturalis eſt ad cõſeruationẽ ſuppoſiti: etiã in tempore perſecutionis/ dũ pro chriſti noie moriẽdũ eſt: ⁊ voluntas tũc ſe cõformãs naturali inclinationi diſtorta eſt: ⁊ nõ recta. Itẽ appetitus ſenſitiuus naturalis eſt: q: nõ liber: ⁊ tñ manifeſtũ eſt ꝙ volũtas ſe illi cõformans frequẽter eſt vitioſa ⁊ nõ recta: ſed volũtas cõformãs ſe legi naure: hoc eſt principijs practicis ꝑ ſe notis q̃ ſm apoſtolũ ad Roma. ij. ſcripta eſt in cordib⁹ hoim. illa eſt recta. Et ad hunc ſenſum oportet trahere dictũ beati Tho. diſt. ꝑſenti. iij. ſcripto: qui eũ voluerit ſaluare: ⁊ ꝑ h̃ multa argumẽta cautus lector ſoluere põt. De hoc latius dictum eſt diſt. vj. libri. ij.

¶ Quantũ ad articulũ ſcđm eſt concluſio prima. Ordo debitus charitatis requiritur de neceſſitate ſalutis. Arti. 2. Cõcł. 1. C Probať: quia diligẽs nõ diligẽda: aut eque diligẽs qđ minus vel amplius diligẽdũ eſt: aut minus vel amplius: qđ eque diligendũ eſt: cõtra ordinẽ diligit: vt dicit Aug. ⁊ per cõſequẽs cõtra legem charitatis peccat. Tenet cõſequentia: quia lex ſiue preceptũ charitatis eſt maximũ preceptoꝝ a quo cetera depẽdẽt: ⁊ ideo tranſgreſſio eius eſt culpa mortalis. Antecedẽs ꝓbatur: q: nõ ſolũ actus charitatis: ſed etiã ⁊ ordo et modus eſt in precepto. Vñ dr. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo ⁊c. ⁊ proximũ tuũ ſicut teipſum. Itẽ ꝓbať concluſio autoritate magiſtri in textu. Peccat inquit q̃ prepoſtere agit. nã ſcire quid facias: ⁊ neſcire ordinẽ faciẽdi: non eſt ꝑfecte cognitiõis. Ordinis nãq; ignorãtia cõturbat meritoꝝ formã. Itẽ ſm Diony. ⁊ pħm. Bonũ eſt ex cã integra: malũ autẽ vnifariã. Ideo cuiuſcũq; defect⁹ circũſtãtie ineſſe debite reddit actũ vitioſum.

¶ Scđa cõcluſio. Cõcł. 2. Deus primo ⁊ pre oĩbus affectiue ⁊ effectiue eſt diligendus. Hec cõcluſio ſatis ꝓbata eſt. s̃. diſt. xxvij. Itẽ in deo eſt ratio bonitatis pleniſſima: q: bonitas infinita cui nulla ratio bonitatis creature cõparari põt: vtpote infinite excedens oẽm bonitatẽ creatã: ita etiã nullus actus ordinatus diligendi creaturã/ poteſt adequare in ꝑfectione dilectionẽ dei charitatiuã. Eſt ergo diligẽdus ſuꝑ omnem creaturã.

¶ Tertia ꝯcluſio. Cõcł. 3. D Omnia ex charitate diligenda citra deum/ eque ſunt diligẽda quantũ ad obiectum principale dilecto volendũ. Probatur cõcluſio: q: et nobis/ ⁊ proximis/ amicis et inimicis volendum eſt/ vt beatifice poſſideant deũ. Optanda eſt omnib⁹ gloria et gratia: vt vult beatus Aug. allegans illud apłi. Volo oẽs vos hoĩes eſſe ſicut meipſum. j. Corinth. vij. Et dixi notanter quantum ad obiectum principale: quia non ita oportet de obiectis ſecũdarijs/ ſcʒ medijs ad fineʒ: quia quantũ ad hmõi particularia bona poſſunt plus vel minus velle vni ꝙ̃ alteri: vt vni conuerſionẽ a malo: alteri conſeruationẽ in bono.

¶ Quarta concluſio. Cõcł. 4. E Quilibet charitatiue diligens plus debet diligere ſeipſuʒ charitate affectiua ⁊ effectiua ꝙ̃ quecũq; alia creata. Probatur ſm ſanctũ Bonaueñ. quia ſm rectũ ratiõis iudiciũ/ magis diligẽda eſt ſalus propria ꝙ̃ aliena: ⁊ bonũ propriuʒ ꝙ̃ proximi: ergo ⁊c. Conſequentia nota. Antecedẽs probatur: quia vnaqueq; res magis appetit perfectioneʒ in ſeipſa/ ꝙ̃ in ſuo ſimili: ⁊ ideo habens charitatẽ ꝑ eã plus appetit deũ vniri ſibi: ⁊ ſe in ip̃m ꝑ charitatẽ tẽdere: ⁊ in eo quieſcere: ꝙ̃ hoc appetat in alio. ¶ Si dicis: charitas nõ querit que ſua ſunt ſm apłm. j. Cor. x. ⁊. xiij. Dicendũ verum eſt tñ ſm glo. hoc eſt: nemo querit que ſua ſunt cum iactura aut ſcandalo ceteroꝝ. ¶ Aliter probat Scotus hanc cõcluſionẽ: quia vbi plures cõcurrunt ratiões dilectionis: maior eſſe debet dilectio: ſed principales rationes dilectionis ſunt vnitas ⁊ bonitas. In ſeipſo autẽ poſt rationem bonitatis infinite in quo perfectiſſima ratio bonitatis cõcurrit: eſt alia ratio maxima/ ſcʒ vnitatis que eſt perfecta idẽtitas. Quilibet em̃ naturaliter inclinatur ad ſuijpſius dilectionẽ poſt bonũ infinitũ: in quo eſt perfectiſſima ratio bonitatis. ¶ Aliter ꝓbat. Nã charitas ex hoc ꝙ eſt principiũ immediatũ tendendi in deuʒ actu recto; eſt principium volendi cuilibet voluntati po

tenti diligere deū/ꝙ diligat deū:⁊ in hoc eſt principium
reflectēdi ſup actꝰ illos quibꝰ tendit in deū:⁊ in hoc prin
cipiū volēdi cuilibet potēti diligere deuꝫ/ꝙ diligat deū:
cuiꝰ amor eſt ſibi gratꝰ vel nō diſplicēs:⁊ in h̄ eſt pncipiū
diligēdi ꝓximuꝫ:nā idem eſt habitus qui eſt principium
actus recti et reflexi. Inter oēs autē actꝰ eiuſdē rōnis tē
dentes in deū/ principiū immediatiſſimū reflectēdi ſup
actū quē elicit:eſt ille actus quo habēs charitatē diligit
deū:ergo poſt deū immediate vult q̇s ex charitate illud
diligere:quo tendit in deū:ſiue quo vult ſe diligere deū.
In volēdo ſe diligere deum diligit ſeipm ex charitate:q2
vult ſibi bonū iuſticie:ergo imediate poſt dilectionē dei
diligit ſe ex charitate. Hec Sco. Sed dictū illud Sco. ſi
intelligit de habitu infuſo ſuſtineri pōt:quia vt p̄dictuꝫ
eſt:vnus eſt habitus infuſus charitatis reſpectu omniū
recte diligibiliū:ſiue actus diligēdi ſe ⁊ proximū ſit actꝰ
reflexus ſiue rectus. Poſſum em̄ meritorie diligere ꝓxi
mū volendo ſibi remiſſionē peccatoꝝ:volēdo ſibi grām
ac cetera dona gratuita:immo ⁊ bona tēporalia/ ſanita-
tē/diuitias/vitā/ordinādo in finem vltimū actu recto:⁊
ad taleꝫ dilectionē inclinat habitus infuſus mediate vel
immediate ſm̄ duas vias. ſ̄. diſt. proxima poſitas. ¶ Si
v̄o intelligit de habitu acquiſito:ſic dictū ſuū non videt
habere veritatē:quoniā vniuerſaliter habitus diuerſoꝝ
actuum ſpecie diſtinctoꝝ etiā ſpecie diſtinguunt. Actus
autē rectus et reflexus ſpecie diſtinguūtur:cū ſint obie-
ctorum ſpecie diſtinctoꝝ. ¶ Verū quia actus rectus eſt
tam actus reflexi ſicut obiectum cognitionis ſue:ita ha-
bitus actus recti:quia eſt cauſa cauſe (puta actꝰ recti qui
eſt cauſa actus reflexi) aliquo modo eſt cauſa mediata
actus reflexi:nihilominus actus reflexus frequentatus
generat habitū immediate ad actum reflexum inclinan-
Cōcl. 5. F tem ſpecie diſtinctū ab habitu actus recti. ¶ Quinta cō
cluſio. Scđm ordinē gratuite dilectiōis preponēdi ſunt
parentes filijs:⁊ quantum ad amoreꝫ affectiuū ſimul et
effectiuū. Intelligenda eſt autē hec cōcluſio ſicut ⁊ pre-
cedens/ceteris paribus quantū ad effectiuū amoreꝫ ſcꝫ
beneficij exhibitionē. Nā in caſu neceſſitatis extraneus
preferēdus eſt ſibiipſi/parētibus/ filijs ⁊ ꝓpinq̇s. Pro
batur cōcluſio:quia memoria beneficioꝝ receptoꝝ pro-
pter virtutē gratitudinis auget amorē gratuitū. Nā vir-
tutes morales nō opponūtur charitati: ſed magis ꝑ eaꝫ
formātur:⁊ actū charitatis reddunt perfectiorē. Nā actꝰ
a pluribꝰ virtutibus ꝓcedens perfectior eſt: q̄ ſi ab vna
ſola ꝓcederet:ſed plura beneficia accipiūt filij a parenti
bus ⁊ maiora q̄ ecōuerſo: quia eſſe naturale nutritionē
⁊ diſciplinā que parētes nō recipiūt a filijs:ergo ⁊c. Nec
impedit ꝙ filij naturaliter plus diligunt a parētibus:q2
ſunt quaſi aliquid parentū:quia (vt dictum eſt notabili
iij.) dilectio naturalis nō ſemper cōcordat dilectiōi gra-
Cōcl. 6. G tuite. ¶ Sexta cōcluſio. Dilectione gratuita magis dili-
gendi ſunt ꝓpinqui ceteris paribus q̄ remoti. Probat:
quia vbi plures cōcurrūt rationes diligēdi vel potiores
ibi dilectio debet eſſe maior:ſed in ꝓpinquis cōcurrit ma
ior cōiunctio ⁊ vnio q̄ remotis:tum quia intenſius ſm̄
appreciationē diligunt:tum quia pluribꝰ rationibus di-
ligunt:ergo ceteris paribꝰ magis ſunt diligendi iſti q̄ il
li. ¶ Ad intelligendū in particularioribꝰ charitatis ordi
nē aduertendū/ꝙ multe ſunt rationes diligēdi. Prima
⁊ principaliſſima eſt bonitas rei:que perfectiſſima eſt in
deo:quia infinita:ideo deus ſimpliciter ſuper oīa diligē
dus:vt dictū eſt:ſine hac rōne nihil eſt diligibile:ideo cō
muniter ponitur bonū eſſe obiectū volūtatis. Poſt hāc
potior ratio eſt vnitas amantis ad amatū. Et hec multi-
plex. Quedā identitatis:⁊ hec perfectiſſima in amante
ad ſeipſum:ideo ſepſum plus alijs diligit. Quedā origi-
nis:quia vnus ab alio:ſicut filius ⁊ pater:vel ab eodem
tertio/ſicut ceteri ꝯſanguinei. Quedā cōicabilitatis ſm̄
varias ſpecies cōicatiōis in natura/in vna patria/in vna
domo/in vno officio/in vna ſocietate/in virtute/in gra-
tia/in expectata beatitudine:⁊ ſic de alijs q̄ plurimis. Et
ſm̄ ꝙ plures vel potiores rationes cōitatis ſimul cōcur
rūt in vno diligibili:ſm̄ hoc magis diligendū eſt affecti-
ue. Et quia maiorē affectū ſequitur maior beneficētie ef-
fectus ceteris paribꝰ.i.ſi fuerit equa neceſſitas nō maior
in vno q̄ in alio etiā magis diligenduꝫ eſt effectiue. Nec
ſola vnitas amantis et amati:ſed etiā vnitas alicuius ad
amatū ratio eſt diligēdi:vnde diligēs amicū/diligit om-
nia cōiuncta amico:⁊ ſm̄ hoc grā per quā quis vnit deo
ſumme dilecto:ratio eſt gratuite dilectionis. Et quia he
rōnes ſunt etiā rōnes naturalis dilectionis:⁊ in his grā
nō diſcordat nature:ideo ſunt etiā cuꝫ gratia rōnes gra-
tuite dilectionis:⁊ ſm̄ hoc dilectiones habēt ſe vt exce-
dens ⁊ exceſſa:vt quandoqꝫ dilectio ꝓpinquoꝝ excedit
dilectionē extraneoꝝ. Quādoqꝫ excedit:vt qn̄ in extra-
neis alie rōnes cōcurrūt que nō inueniūtur in ꝓpinq̇s:
vt bonitas iuſticie:ſm̄ ꝙ Amb. dicit: ꝙ domeſtici ſi ſint
boni:malis filijs ſunt preponēdi. Et ſm̄ hoc pleriqꝫ cuꝫ
queritur:quis quo magis ſit diligēdus:ſub diſtinctione
reſpōdent:maxime dū in his que adinuicē cōparātur:di
uerſe rationes diligēdi reperiūtur. Queādmodū regu-
lariter tenet beatꝰ Tho. vii. ij. ij. q. xxvj. arti. vij. vbi ſatis
clare materiā hanc ꝓſequitur querit: vtrum magis dili-
gendi ſint cōiunctiores q̄ meliores. Reſpōdet in effectu
ꝙ actꝰ diligēdi ꝓportionari debet obiecto ⁊ agēti. Obie
ctum charitatiue dilectionis eſt deus:agēs eſt diligens.
Actus ergo charitatis quantū ad obiectū ſequitur com
parationē eius quoad deū:vt ſcꝫ ei qui eſt deo ꝓpinqui
or maius bonū ex charitate velimus:⁊ hoc ad charitatē
pertinet:vt velit iuſticiam dei ſeruare:ſm̄ quā meliores
perfectius beatitudinē participant. Sed intēſio dilectio
nis eſt attendenda per cōparationē ad ipſum hoīem qui
diligit:⁊ ſm̄ hoc illos qui ſunt ſibi ꝓpinquiores intēſio-
ri affectu diligit ad illud bonum ad qđ oēs diligit: q̄ me
liores ad maius bonū. ¶ Septima cōcluſio. Gratuita di Cōcl. 7. H
lectione magis ſunt diligendi extranei boni q̄ ꝓpinqui
mali:ſecus tamē dilectione naturali. Probatur cōcluſio
pro prima parte:quia ratio dilectiōis gratuite magis lo-
cum habet in extraneis bonis q̄ ꝓpinquis malis: ergo.
Cōſequentia nota.⁊ antecedēs ꝓbat: quia tota ratio di-
ligēdi creaturā gratuite eſt:quia deꝰ vult eas a nobis di-
ligi:vt. ſ̄. diſt. p̄cedenti (de obiecto adequato charitatis
qđ eſt deus: ⁊ quicq̇d deus vult ꝓpter ſe a nobis diligi
natū participare nobiſcū in beatitudine) dictū eſt. Sed
deus magis vult a nobis diligi quos ipſe magis diligit:
magis auteꝫ diligit bonos q̄ malos. Maior patet:quia
vult nos ſibi cōformare in volito nobis noto: ſed notuꝫ
eſt ꝙ bonū magis diligit q̄ malū. Hoc ergo volēdo/ ma
his diligimus bonū q̄ malū:quia maius bonū eis volu
mus/dilectionē ſcꝫ dei q̇ eſt ſibi maximū bonū. Item bo
nus extraneus eſt coniunctior deo q̄ malus ꝓpinquus:
ergo ⁊c. Tenet cōſequentia:quia magis vnitus dilecto/
magis eſt diligēdus ꝓpter deū. Antecedens eſt manife-
ſtū. Pro ſcđa parte probatur:q2 maior eſt vnio ꝓpinqui
ad diligendū q̄ extranei. Dilectio aūt naturalis vt pluri
mū ſequit vnionē amati ad amatū. ¶ Octaua cōcluſio. Cōcl. 8.
Magis diligēdus eſt proximus q̄ propriū noſtrum cor
pus. Probat cōcluſio:q2 illud magis eſt ex charitate di-
ligendū in quo eſt plenior ratio diligibilis. Conſociatio
aūt in beatitudinis participatiōe eſt partialis ratio dile-
ctionis charitatiue. Et iſta eſt plenior in proximo q̄ cor-
pore noſtro ꝓprio. Et cetera ſunt paria:cū corpus nō ſit
efficax beatitudinis/niſi per redundantiam. Proximus
v̄o capax eſt beatitudinis formaliter: vt. ſ̄. dictū eſt diſt.
ꝓxima. ¶ Vltima cōcluſio. Neceſſitas obſeruantie ordi Cōcl. 9.
nis in dilectione gratuita ſm̄ cōcluſiones premiſſas eſt
moderāda. ¶ Quantū ad tertiū articulū eſt primuꝫ du- Arti. 3.
biū vtrū ordo ille charitatis remaneat in patria. Reſpō Dub. 1.
detur breuiter ſm̄ beatū Tho. ij. ij. q. xxvj. arti. xiij per ali I
quas ꝓpoſitiones ſententiā ſuam ſummādo. ¶ Prima. ꝓpō. 1.

Neceſſe eſt ꝙ ordo charitatis maneat in patria quantuꝫ
ad dilectionẽ dei pre oĩbus ⁊ ſup oĩa: ita ꝙ deus plus ſe/
ipſo ⁊ oĩbus diligat̃ quantũ ad bona ipſi volita: ⁊ quan
tũ ad actꝰ diligẽdi appreciationeꝫ/firmitatẽ/eſſentialem
perfectionẽ ⁊ intẽſionẽ. Probatio: q2 ibi ꝑceptũ dilectio
nis dei ſup oĩa quãtũ ad oẽs cõditi ones/ꝑfectiſſime im/
plebit̃: ⁊ beatꝰ ꝑfecte eo fruet̃: ⁊ ſic arctiſſimo amore ſibi
vniet̃. Hic aũt actus dilectiõis intẽſiſſimus eſt graduali/
ter: ꝑfectiſſimꝰ eſſentialiter: firmiſſimus ⁊ ſumme appre
ciatus/cõparãdo eũ ad actꝰ dilectiõis cuiuſcũqꝫ alterius
a deo/ſcꝫ ſuiipſiꝰ ſiue alteriꝰ: nõ ad actꝰ fruitionis aliorũ
beatoꝝ: q2 illi in diuerſis beatis nõ ſunt eiuſdẽ intenſio/
nis. Jn domo eĩn pa.m.mã.m.ſunt.i.diuerſitas premioꝝ
2 eſſentiale aũt premiũ ſunt viſio ⁊ fruitio. ¶ Scđa ꝓpo/
ſitio. Licꝫ beatus quilibet plus ſeipm diligat ꝙ̃ ꝓximuꝫ
quãtũ ad actus diligẽdi intenſionẽ: magis tñ diligit bea
tiorẽ ſe quantũ ad eſſentialis beatitudinis ⁊ bonoꝝ pa/
trie participationẽ. Prima pars ꝓbat̃: q2 intẽſio actꝰ dile
ctionis ꝓuenit ex parte ſubiecti diligẽtis: ⁊ ad h̃ cõfert̃ a
deo vnicuiqꝫ donũ charitatis: vt primo quidẽ mentẽ ſuã
in deũ ordinet: qđ pertinet ad dilectionẽ ſuiipſiꝰ. Secun
dario ṽo velit ordinẽ alioꝝ in deũ: intẽſius ꝙ̃ vult beati/
tudinẽ ꝓpriã per quã vnit̃ deo ꝙ̃ beatitudinẽ alteriꝰ bea
ti. Pars ſcđa ꝓbatur: q2 beatꝰ plus diligit meliores ſe ꝙ̃
ſeipm: ⁊ minus/minus bonos. Volet eñ quilibet beatꝰ
vnũquẽqꝫ habere qđ ſibi debet̃ ſm diuinã iuſticiã/pro/
pter perfectã cõformitatẽ volũtatis beatoꝝ cũ volũtate
diuina. Nec tũc erit tẽpus ꝓficiẽdi per meritũ ad maius
premiũ: ſicut nũc accidit qñ hõ poteſt melioris virtutẽ ⁊
premiũ deſiderare: ſed tunc voluntas vniuſcuiuſqꝫ ſiſtet
infra hoc qđ eſt determinatũ diuinitꝰ. Volendo aũt bea
to cuilibet gradũ beatitudinis ſue quantũ ad bonũ voli
5 tũ/plus diligit beatiorẽ ꝙ̃ ſeipm ⁊ minus beatũ. ¶ Ter
tia ꝓpoſitio. Quantũ ad ordinẽ proximoꝝ adinuicẽ ſim
pliciter q̇s magis diligit meliorẽ. Probatur: q2 tota vita
beata cõſiſtit in ordinatiõe mẽtis in deũ: vñ totꝰ ordo di/
lectionis obſeruabit̃ per cõparationeꝫ ad deũ: vt ſcꝫ ille
magis diligat̃ ⁊ ꝓpinquior ſibi habeat̃ ab vnoquoqꝫ q̇
eſt deo ꝓpinquior. Ceſſabit eñ tunc ꝓuiſio q̃ eſt in p̃ſen
ti vita neceſſaria: qua quiſqꝫ tenet̃ magis ſibi cõiunctis
prouidere de vite neceſſariis/doctrina vel diſciplinis: ꝙ̃
nõ cõiunctis: rõne cuius in hac vita ex ipſa inclinatione
charitatis/hõ plus diligit ſibi cõiunctũ: cui magis tenet̃
4 impẽdere charitatis affectũ. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Bea/
tus in patria pluribꝰ modis diliget ꝯiunctũ ꝙ̃ extraneũ.
Probat̃: q2 nõ ceſſabũt ab animo beati honeſte dilectio
nis cauſe: q̃les ſunt ꝓpinquitas generis ⁊c. Jncõparabi
liter tñ prefert̃ ratio dilectiõis: que ſumit̃ ex ꝓpinquita/
Dub.2. te ad deũ. ¶ Scđo dubitat̃ de tribꝰ gradibus charitatis
L: quos ponit magiſter in fine diſt. quõ inter ſe diſtinguan
tur: hi ſunt charitas incipiẽs: charitas proficiẽs: ⁊ chari
tas ꝑfecta. ¶ Pro rñſione notandũ ꝙ gradus iſti chari
tatis accipiunt̃ ſm augmentũ charitatis. Nã charitas et
quelibet virtus (nõ ſtatim nata) perfecta eſt: nã ſm bea
tũ Grego. homel. xv ſup Ezech. Nemo repẽte fit ſummꝰ
ſed in bona cõuerſatione animi vnuſq̇ſqꝫ inchoat vt ad
magna ꝑueniat. Alia eñ ſunt virtutũ exordia: aliud ꝑfe/
ctus: aliud ꝑfectio. Et beatꝰ Aug. ſup epiſtolã Joh. ⁊ ha
bet̃ in lr̃a. Nunq̇d mox vt naſcit̃ charitas ꝑfecta eſt: imo
vt ꝑficiat̃/naſcit̃: cũ fuerit nata nutrit̃: cũ fuerit nutrita
roborat̃: cũ fuerit roborata ꝑficit̃: nõ autẽ diſtinguunt̃ il
li gradus/quaſi inter eos nõ ſit mediũ/inter initiũ/me/
diũ et finẽ. Nã charitas tẽdens ad perfectionẽ cõtinue ꝑ
ſui intenſionẽ creſcit: ⁊ ſemꝑ tẽpore ſui cremẽti ꝓ quoli/
bet poſteriori inſtãti maior eſt ꝙ̃ in priori. Sed diſtingui
tur in ordine ad certos effectꝰ principales: quos operat̃
in habẽte eã dũ tendit ad perfectionẽ: nec ſit quantũ ad
illos effectꝰ tñ: quin in quolibet gradu etiã aliq̇d officii
alterius gradus qñqꝫ exerceat̃: licꝫ minus p̃ncipaliter.
Et ſm hos gradus etiã triplex ſtatus hoĩm deo placen/
tium ⁊ ſeruientiũ nominantur: quoꝝ alia ⁊ alia ſunt offi
cia ⁊ ſtudia cõuerſandi. Hi ſunt ſtatus incipiẽtiũ/ꝓficiẽ
tiũ/⁊ ꝑfectoꝝ. Jncipiẽti cũ in eo naſcit̃ charitas: incũbit
principaliter a pctõ recedere: ⁊ eiꝰ reliquiis ſcꝫ vitioſis
habitibꝰ ⁊ cõcupiſcẽtiis (q̃ adhuc militãt in eo: ⁊ in ꝯtra
riũ charitatis fortiter mouẽt) diligẽter reſiſtere: ne acq̇/
ſita charitas corrũpat̃: ſed foueat̃ ⁊ nutriat̃. Hoc auteꝫ
fit operibꝰ penitẽtie/cõtritione/cõfeſſiõe ⁊ ſatiſfactiõe:
q2 et ſtatus incipientiũ eſt ſtatꝰ penitẽtiũ: ⁊ licꝫ ſic agẽdo
etiã creſcãt ꝑ hmõi opera in ṽtute: p̃ncipalis tñ eoꝝ ſolli
citudo eſt: nõ quõ creſcãt: ſed quõ peccatis reſiſtãt. Et
hic labor p̃cipit̃ incipiẽtibꝰ Hiere. iiii. Nouate vobis no
uale ⁊ nolite ſerere ſuꝑ ſpinas. Circũcidimini ⁊ auferte
preputia cordiũ veſtroꝝ. Nouat̃ nouale per cõtritionẽ:
euellunt̃ ſpine ꝑ cõfeſſionẽ: auferunt̃ cordis preputia vi
tioꝝ ꝑ ſatiſfactionẽ. Ad idẽ eſt illud Eccli. xvii. Cõuerte
re ad dñm ⁊ relinque pctã tua ꝑ verã cõtritionẽ: precare
ante faciẽ dñi/per purã confeſſionẽ: ⁊ minue offendicu/
la ꝑ diligẽtẽ ſatiſfactionẽ. ¶ Priuſꝙ̃ aũt aliquãtulũ cre/
uit charitas: ⁊ decreuerũt cõcupiſcẽtie ⁊ vitia impugnã/
tes: vt iam non ſic acriter/fortiterqꝫ impugnẽt: ſuccedit
ſcđm ſtudiũ ⁊ cura ad h̃ principaliter tẽdens vt ꝓficiat
in gr̃a ⁊ virtutibꝰ: ⁊ h̃ ꝓficientiuꝫ eſt: nõ tñ ita ꝓficiẽtes
virtutũ profectũ intẽdunt: vt contra demonũ oppugna
tiones defenſionis gladiũ deponãt. Sicut figuratũ eſt
in edificatione hieruſalẽ ab eſdra ⁊ zorobabel: de quibꝰ
ſcribit̃ Neemie. iiii. ꝙ vna manu edificabãt ⁊ altera tene
bant gladiũ: principalius opus fuit edificare: tenebatur
tñ gladius ad obuiandũ impugnationibꝰ inimicorũ. Ho
rum ergo ſollicitudo eſt per opera virtutũ acquirere vir
tutes ⁊ ornare animã ſuã in templuꝫ beneplacens dño.
¶ Fortificata ṽo ſic charitate ac virtutibꝰ roboratis: qui
bus ligãtur paſſiones: et humanus quietatur animus:
ſuccedit tertiũ mentis ſtudiũ ad hoc principaliter inten/
dẽs: vt dimiſſis creaturis/ſoli deo inhereat cõtemplatio
ne et amore quãtũ vite p̃ſentis neceſſitas patit̃ et admit/
tit. Et quidã alii duo gradus pro obiecto habuere crea/
turas. Primus vitia expugnãda: ſcđs virtutes acquiren
das: ambo deũ finẽ. Sed gradus ille tertius: qui ſolum
perfectoꝝ eſt: habet deũ nedum pro fine ſicut duo prio/
res: ſed etiã pro obiecto immediato: q2 eoꝝ opus eſt con
tẽplari diuinas perfectiones: ⁊ feruentiſſimo amore ſoli
deo inherere cũ cõtẽptu oĩm tẽporaliũ ⁊ terrenoꝝ. Nec
tñ ita quiete p̃nt his inherere: qñ licꝫ nõ a carne vel mun
do oĩno nõ tentent̃ vel modice: tñ malignoꝝ inuidia ſpi
rituũ ⁊ illos attẽtet illaqueare: ad cuius fraudes et ipſi
habent attendere: ſicut in abraam ſignificatũ eſt Gene.
xv. Hic tanꝙ̃ perfectus natale ſolum reliquit: dño perfe
cte adheſit. Hic in ſignũ perfectionis vtriuſqꝫ vite/acti/
ue ⁊ cõtemplatiue/ſacrificiũ dño ex terreſtribꝰ animali/
bus ⁊ celi volucribꝰ iunxit: ſed diuiſis hoſtiis deſcende/
rũt volucres ad ſacrificioꝝ rapinã: improbas ſcꝫ cogita/
tiones ſuggerẽtes ⁊ imiſſiones ꝑ angelos malos quos
abraam abigebat. Quẽadmodũ latius declarat venera/
bilis Hugo in libel. de triplici holocauſto. Et ꝑ hoc pa/
tet reſponſio ad dubium. Diſtinctio. xxx.

# DIſtinctione. xxix

magiſter egit de charitatis ordine. Jn
hac diſt. xxx. agit de eiꝰ merito in dilectio
ne amicoꝝ ⁊ inimicoꝝ cõparatione. Col
ligit̃ itaqꝫ ſentẽtia lr̃alis textꝰ in his tri/
bus concluſionibus. ¶ Prima. Dilectione amicoꝝ tñ/
melior eſt dilectio amicoꝝ ſimul ⁊ inimicoꝝ. ¶ Secun/
da. Si alio actu amicus: alio diligit̃ inimicꝰ: dilectio ami
ci eſt melior/quia feruentior: ſi vno hic: inde melior vn/
de ardentior. ¶ Tertia. Diligere inimicos oĩbus eſt pre
ceptũ generaliter: licet perfecte diligere vſqꝫ ad benefi/
cioꝝ exhibitionẽ conſilii ſit et perfectoꝝ ſpecialiter. Has
latius ꝓſequitur magiſter in textu. Queſtio vnica.
Circa hanc

A Circa hāc diſtinctio
nem queritur : vtrū dilectio gratuita: que de
neceſſitate precepti impendiť inimico: ſit ma-
gis meritoria/ꝙ̄ ea q̄ reddiť amico. ¶ Que-
ſtio hec: que vnum p̄ſumit.ſ.ꝙ dilectio gratuita inimici ſit
de neceſſitate precepti.et querit an ſit magis meritoria ꝙ̄
dilectio amici: determinabiť tamen tribus articulis: quo-
rum primus premittet terminoꝝ declarationes. Secūdus
ſubiunget reſponſiuas cōcluſiones. Tertius mouebit ali-
Artic. 1. quas dubitatiōes. ¶ Quantū ad primū notandū/ꝙ ly ini
Nota. 1. mico in titulo queſtionis nō accipiť vt appellet ſuā ratio-
nem: licet ſequať verbū/impēdiť: quod in ꝓpoſito impor-
tat actū animi interiorem: q̄a valet tantū que impendiť ini
mico.i.qua diligiť inimicus. Non em̄ q̄rit queſtio vtrū dile
ctio inimici ſub ratiōe inimici vel inquātū inimicus eſt: ſit
diligendus de neceſſitare precepti. Certū em̄ eſt ꝙ inimicꝰ
ſub illa ratione nō eſt diligendus: quia malum nō eſt dili-
gendum. Inimicus autem vt talis malus eſt: nō tantū pri-
uatione boni: ſed habitu poſitiuo vitij : ſicut iniuſtus non
tantū dicitur q̄ caret habitu iuſticie: ſed q̄ habet habitū in
iuſticie ꝯtrariū habitui iuſticie cauſatū ex actibus iniuſtis
vt habetur ex commen. Boe. ſuꝑ predicamēta qualitatis:
et hoc modo ſicut amicitia cōnotat bonū virtutis in ama-
to cōueniens actui virtutis in amante: ſic inimicitia cōno-
tat malum vitioſum in inimico diſcōueniens bono qđ eſt
in eo cui eſt inimicus. hoc eſt dictu: amicus cōnotat actum
virtutis.ſ. dilectionē in amāte/quo tendit in amatū ꝓpter
virtutē amati. Inimicus cōnotat actū odij vitioſum inimi
co/quo odit eum cui eſt inimicus ꝓpter bonū virtutis qđ
eſt in eo: nam q̄ odit vitium alterius nō eſt inimicus. Ini-
micus ergo inquātū talis eſt malus ⁊ vitioſus: et per con-
ſequens nullo modo vt ſic diligendus. hoc em̄ modo vir-
tuoſe odiuit inimicum qui dixit. Deficiāt peccatores a ter
ra: ⁊ iniqui ita vt non ſint. Et q̄ dixit. Verte impios et non
erunt. Prouerb. xij. Sed querit de inimico ſm rationē aliā
id eſt q̄rit de homine q̄ inimicus eſt: an neceſſario ſit diligē
Nota. 2. B dus non vt inimicus: ſed vt homo. ¶ Secundo notandū
ꝙ de precepto dilectionis dupliciter poſſumꝰ loqui.ſ. poſi
tiue et ꝑ modū actꝰ eliciendi: vel q̄ſi ꝓhibitiue ꝑ modū actꝰ
contrarij arcēdi. Precepta autem affirmatiua magis obli-
gant ne contraria eis fiant: ꝙ̄ ꝙ actus poſitiui circa prece-
pti materiā eliciank. Gratia exempli. Preceptum de parē-
tū honore magis obligat ne parētes inhonorenť ſeu blaſ-
phemenť/ꝙ̄ ꝙ actus honorationis eis impendatur : quia
ad primū obligant ſemper et pro ſemper. Non ſic ad ſecun
dum: ſed tantū pro aliquādo. Loquēdo igitur de primo in
tellectu: vt diligere accipiť pro non odire: duplex bonū eſt
quod poſſum non odire inimico: ſcilicet bonum ſpirituale
quo natus eſt attingere deū vel bonū. Aliud eſt indifferēs
quod poteſt ad illud ordinari: ⁊ etiam poteſt ad oppoſitū
ordinari. De primo genere ſunt actꝰ amoris dei amicitie: vt
eſt in ſe bonū honeſtū: etiā cōcupiſcere vt deū/vt bonū cō
modū ſibi. Item viuere vita ſpirituali ſcꝫ vita gratie. Item
audire p̄dicatiōes/correptiōes/inſtructiōes: per quas con
uertať ad deū diligendū et ſimilia. De ſecūdo genere ſunt
viuere vita corporali: ſanū eſſe: diuitē eſſe: fortē eſſe: poten
tem ⁊c̄. Valent etiā ad ꝓpoſitū dicta diſt. xv. huius. q. j. de
volūtate ſimpliciter et cōditionata: hic tamē ꝓpter breuita
tem nō repetunť. ¶ Tertio notandū ꝙ actū eſſe meritori-
Nota. 3. C um ex duobꝰ depēdet: vt dictū eſt in. ij. diſt. xxvij. ſcꝫ a gr̄a
⁊ li. ar. hoc eſt a volūtate libere ſm inclinationem gr̄e actū
eliciēte. Sic ⁊ quātitas meriti ex eiſdē depēdet ſcꝫ ex quāti
tate gr̄e et conatꝰ libe. arbi. Quāto em̄ maiori conatu ⁊ fer
uore volūtas elicit actū ſm inclinationē gr̄e: tāto actꝰ erit
intēſior: ⁊ ex hac parte magis meritorius: ſic etiā quāto eli-
citur ab intēſiori gr̄a: tanto ex alia ꝑte eſt magis meritoriꝰ
Nec tamē intenſio gr̄e et intēſio actꝰ meritorij neceſſario ſe
conſequūtur: q̄a gr̄a ſicut ⁊ q̄libet alius habitus: licet incli
nent voluntatem; nō tamen eā neceſſitāt; ſed ſicut eſt in li-
bertate arbitrij actū elicere ſm inclinationē gratie vel non:
ita etiā eſt in eius libertate elicere actū tāto vel maiori aut
minori conatu ſeu feruore: et ita intenſum vel remiſſum: ſi
cut enim actus quantū ad ſubſtantiā eius dependet a ſola
volūtate : ita etiā quātū ad eius intenſionē: licet quātū ad
rōnē meriti depēdet ex vtroq̄ꝫ : gr̄a ſcꝫ et voluntate libere
ſm inclinationē gratie actū eliciēte : licet p̄ncipalius a gra
tia ꝙ̄ a voluntate : vt ibi ſupradictū eſt. Ideo ſi duo actus
eiuſdē intenſionis dependēt a diſparibꝰ gratijs quantū ad
gratie intēſionē: ille erit magis meritorius q̄ dependet ab
intenſiori gratia. Similiter ſi ab eadem gr̄a eliciūtur incli-
natiue actus diuerſe intenſiōis: actus intenſior erit magis
meritorius ꝓpter maiorem volūtatis conatū in eliciendo
actū ſm inclinationē gratie ⁊ charitatis. Sit actus remiſſi
or aſſiſtēte intenſiore gratia/alius intenſior cū minore gra-
tia: illi actus habēt ſe adinuicē vt excedētia ⁊ exceſſa: ita ꝙ
qu libet ex aliqua ꝑte excedit aliū: ⁊ ab alio ex ꝑte alia exce
ditur. Ex parte gr̄e excedit q̄ ex maiori gr̄a eliciť. Ex parte
conatꝰ libe. arbi. que fuerit gradualiter intēſior. ¶ Quan-
tum ad articulū ſecundū/eſt cōcluſio prima. Dilectio gra- Artic. 2.
tuita p̄mo modo ꝓ nō odire accepta quātū ad bona primi Cōcl. 1. D
generis eſt inimico de neceſſitate p̄cepti impendēda. Pro
batur: q̄a nō poſſum ſine p̄cepti trāſgreſſiōe nolle inimico
dilectionē dei: neq̄ꝫ in via: neq̄ꝫ in termino: et ꝑ conſequēs
nec alia ad diligendū deū neceſſaria: ergo concluſio vera.
Antecedēs ꝓbať: q̄a nō ſtat cū dilectiōe dei nobis p̄cepta/
nolle eū condiligi ab alio: cuius dilectio neſciť ei diſplice-
re: et hoc condiligi/ſiue in ratiōe honeſti ſiue ꝓpter ſe ſiue
in ratiōe boni cōmodi eiꝰ. Item inimicꝰ eſt ꝓximꝰ noſter: er
go tenemur eū diligere ad eadē bona ad que noſipſos dili
gimus. Et per cōſequēs nō poſſumꝰ ei velle cōtraria. Nō
autē inimicus noſter ſit noſter proximꝰ: patet ſupra diſtin.
xxviij. poſſumus em̄ ſibi impendere bona: et eſt capax no-
biſcū eterne beatitudinis. ¶ Sc̄da concluſio. Dilectio ini Cōcl. 2.
mici gratuita p̄mo modo accepta quantū ad bona indiffe
rentia nō eſt ad ſalutē neceſſaria. Probatur cōcluſio: quia
poſſum illa bona indifferentia ſecūdi generis nolle inimi-
co: ergo. Cōſequētia nota. Antecedēs probať: q̄a ordinate
poſſum talia odire ſiue nolle mihi: multo ergo magis ini-
mico. Item inimicꝰ poteſt ordinate illa nolle ſibi: quecūq̄ꝫ
aūt poteſt ordinate nolle ſibi: etiā ego poſſum eadem ordi
nate nolle ſibi. Aſſumpta patēt: quia poſſum mihi nolle di
uitias vel ſanitatem ⁊ neceſſaria oia ad vitam corporalem
Et hoc ordinate dupliciter. Vel cōtēnendo ea volūtate ꝓ-
pter deū. Vel volūtate antecedente volendo deū ea infli-
gere mihi ꝓpter peccata mea. Vel volūtate cōſequente (ſi
fuerit mihi inflicta) acceptando ea/et gaudēdo de eis infli
ctis. Tot modis poſſum etiā alij velle talia mala. Vn̄ poſ-
ſum velle inimico pauꝑtatem voluntariam: ⁊ ita velle eū
carere diuitijs. Itē poſſum velle mala temporalia ſibi infli
gi a deo pertinētia ad eius correctionē et emendationē. Si
etiā ſint inflicta poſſum velle ea/approbando iudiciū diui
num ⁊ cōgaudendo eis. Et generaliter ſi credo eū ꝑ cōmo
da extrinſeca temporalia pctā ꝯtinuare: ac pctm̄ pctō ſuꝑ-
addere: poſſum illa ſibi odire et nolle: ⁊ oppoſita ei velle ꝑ
que emendeť: ⁊ quātū ad hoc pariformiter dicendū eſt de
bonis fortune et bonis corporis. Hec oia Sco. ¶ Tertia Cōclo. 3. E
ꝯcluſio. Nō eſt volēda inimico ſimpliciciter ⁊ ſine ꝯditiōe
extinctio corꝑalis vite. Probať: q̄a nullꝰ poteſt velle inimi
co ablationē facultatis penitētie: vel diligēdi deū et cōuer
ſionis vite: quia hoc eſſet nolle ei ſpiritualia bona: cōtra cō
cluſionē primā. Sed volēs inimico extinctionē vite ⁊ mor
tem corꝑalē: vult adēptionē facultatis penitentie ⁊c̄. ergo
Cōſequentia nota cū maiore. Minor patet: q̄a poſt mortē
nō eſt penitētie locus: nec cōuerſio ad diligendū deū et ad
emendationē pctōꝝ: ſicut poſt ablationē ſanitatis ⁊ bono
rū fortune: quoꝝ ablatio nōnunq̄ꝫ eſt occaſio cōuerſiōis et
penitētie. Nūq̄ꝫ aūt ablatio vite corꝑalis: per quā ſimplici-
ter excludiť a poſſibilitate ꝯuerſiōis ⁊ diligēdi deū. Dictū
eſt notanter in cōcluſiōe volenda ſimpliciter ſine cōditiōe

quia cū cōditiōe:ſiue volūtate cōditionata poteſt q̄s velle
mortē inimici:immo etiā nō offendētis ꝓximi:tamen mali
puta ſi credat finaliter eū futurū malum: et tūc poteſt ſibi
optare mortē:vel vt det locū ſanctis q̄s impedit: vel ne ad
dat pctā peccatis: propter q̄ poſt mortē acrius puniaꝛ. He
due cauſe colliguntur ex legēda beate Anaſtaſie q̄ ſcripſit
ſancto Criſogono de viro ſuo publio: vt ſi deus ꝓuiderit
eū in infidelitate ſua finaliter permanſurū: iuberet eum da
re locū ſanctis. Hec quoad primū. Et ſeq̄tur quoad ſecun⸗
dum:q̄a melius eſt ei animā exhalare:ꝙ filiū dei blaſphe⸗
mare. ¶ Sed forte q̄s replicaret. Iudex in cauſa criminali
poteſt iuſte ſentētiare cōtra criminoſum. Et ſimiliter actor
in eadē cauſa poteſt licite agere cōtra eū. Vterqꝫ ergo po⸗
teſt velle effectū illiꝰ ſententie q̄ eſt occiſio rei: vt poſſet ex
canonibꝰ deduci. Similiter ſi q̄s impediat eccleſiā dei: vel
quantū in ipſo eſt impediat bonū ꝯmune:q̄a pacē eccleſie
Et quia bonū cōmune magis eſt diligendū/ꝙ bonū priua
tum vnius ꝑſone:ergo ſi nō poſſunt ſtare ſimul: volendum
eſt bonū ꝓuatū nō eſſe:vt ſalueꝛ bonū ꝯmune. Nā delictū
ꝑſone nō debet in detrimētū eccl'ie redūdare. de re.iu.li.vj
¶ Reſpōdet ad illa Sco. diſt. preſenti:ꝙ in omnibus iſtis
caſibus illud ꝓpter qđ mors inimici eſſet aliquātulū voli⸗
ta eſt ſimpliciter nolitū. Teneꝛ eñ iudex in cauſa: et ſimili
ter actor/nolle eū eſſe reū. Et velle eū nō punire quantū eſt
ex ſe:q̄a ſi faciat hoc ex libidine vel odio aut ſpōte: peccat
mortaliter. Vnde Aug. in li. retract. et eſt in textu ꝓcedētis
diſt. Duo inq̄t ſunt diligēda in hoie. natura ⁊ virtꝰ: vitium
vero ⁊ peccatū odiendū. Parētes ergo inquātū mali odiē
di ſunt:et inimici diligēdi inquantū hoies. Diligamꝰ ergo
inimicos lucrādos regno dei:et odiamꝰ in ꝓpinq̄s/ſi im⸗
pediant nos a regno dei:⁊ in oībꝰ cōmuniter naturā diliga
mus quā fecit deꝰ. Nō ergo poteſt odiri natura:et per hoc
ex odio vel libidine extingui ſine trāſgreſſiōe ꝓcepti:⁊ per
conſequēs ſine mortali. Sic in alio caſu teneꝛ patiēs ꝑſecu
tionē tyrānicā nolle eſſe tyrānū cōtra eccleſiā:⁊ quātū in ſe
eſt nolle eū ſimpliciter eſſe reprobū. Et ideo ſi poniꝛ oppo
ſitū iſtoꝝ nolitoꝝ ex ſuppoſitiōe huiuſmodi oppoſitoꝝ po
teſt velle ei mortē cū triſticia quadā:qđ eſt velle nō ſimpli⸗
citer volūtariū:ſed cōditionatū:qđ tamē ſufficit ad cauſan
dum triſticiā:vt ſupra dictū eſt diſt. xv. ¶ Verū de tyrāno
quidā aliter dicūt:q̄a tyrānus nō poteſt facere ꝑſecutionē
niſi exteriorē. iuxta illud ſaluatoris Matth. x. Nolite time
re eos q̄ occidunt corpus:animā aūt nō poſſunt occidere.
q̄a poſt occiſionē corporis non habēt ampliꝰ q̄d faciāt. Ta
lis aūt ꝑſecutio exterior frequēter eſt electis materia ꝓficiē
di in virtutibus:⁊ precipue in patiētia:q̄ ſm beatū Iaco⸗
bum opus ꝑfectū habet. Iaco. j. Hoc eñ modo eccleſia ꝓ⸗
fecit et creuit:et ideo in caſu illo nō videꝛ ꝙ liceat tyranno
optare mortē temporalē: niſi forte eſſet aliq̄s a quo mors
eſſet ſibi iuſte infligenda ꝓpter pctā ſua:tūc poſſet optare
ꝙ a tali iudice fieret iuſticia:tñ cū triſticia:quia ſemꝑ debet
Cōcl. 4. F nolle eū eē dignū tali pena. ¶ Quarta ꝯcluſio. Nō eſt ſim
pliciter neceſſariū actu poſitiuo quātū ad bona ſpūalia di⸗
gere inimicū. Probaꝛ:q̄a nō teneꝛ q̄s cogitare de inimico
ergo nec circa illū actū dilectiōis elicere. Cōſequētia tenet
q̄a actus dilectiōis ꝓſupponit apprehēſionē obiecti. Ante⸗
cedēs patet:q̄a abſqꝫ cogitatione de inimico poteſt q̄s ha
bere actus ordinatos circa finē:⁊ circa ea q̄ ſunt neceſſaria
ad finē cōſequendū:ergo nō eſt neceſſaria cogitatio de ini
mico. Cōſequētia nota. Antecedēs ſimiliter patet. Et poſ⸗
ſet poni ſimilis cōcluſio de dilectiōe quātū ad bona corpo
Cōcl. 5. ris et exteriora. ¶ Quinta cōcluſio. In caſu neceſſitatis te
netur q̄libet inimicū ſuū quātū ad bona tēporalia vel ſpi⸗
ritualia actu poſitiuo (ſi poteſt) diligere:niſi aſſit aliꝰ pa⸗
ratus illa ꝓſtare. Probaꝛ:quia dicit beatꝰ Iohan. et ſupra
patuit. Si q̄s habet ſubſtantiā huius mūdi ⁊ videt fratrē
ſuū. n. h. ⁊ clau. v. ſ. ab eo. q. c. d. m. in. e. ſ. Iohā. iij. Sed ini⸗
micꝰ frater eſt et proximus:ergo. Et ſi hoc verū eſt de ſub⸗
ſtantia huius mūdi quantū ad bona exteriora:multo ma⸗
gis verū eſt quātū ad bona ſpiritualia immediatiꝰ ad ſalu⸗
tem neceſſaria. Vnde ſi appareat aliqua neceſſitas inimi⸗
ci euidens in ſpiritualibus: propter quoꝝ carentiā nō poſ⸗
ſet attingere ad diligēdū deū:vt ſi fuerit infidelis indigēs
doctrina per quā cōuerti poſſet ad veritatē:ſi poteſt ille cu
ius eſt inimicus ꝓſtare doctrinā:nec ſit alius q̄ informet:⁊
ipſe inimicꝰ informationē recipe velit:teneꝛ non ſolū velle
ſed etiā efficaciter eam tradere. Sic de correctiōe fraterna
alijſqꝫ pluribus ad vitā eternā req̄ſitis. Et ſpecialiter quā
tū ad hoc ꝙ quilibet teneꝛ orare deū pro ſe ⁊ tota eccleſia
dei:et in illa oratione teneꝛ velle valere eā cuilibet bono et
malo ad bonū ſpirituale. Sicut eñ malus eſſet ſtomachꝰ:
qui nollet ſuſtentationē ſuā valere ſuſtentationi manꝰ: ita
nō eſt bonū membrū in eccleſia q̄ nollet bonū actū ſuum:
quē habet: valere omni mēbro eccleſie ꝓ quāto deus illud
acceptat:⁊ ꝓ quāto poteſt ſibi ⁊ alijs valere. Sic de bonis
corporis ⁊ fortune:nam de vita corporali teneꝛ velle quan
tum ad actū interiorem eam inimico:et quantū ad actū ex⸗
teriorē (ſi poſſet) teneꝛ eum ſaluare:dum non ſit alius po⸗
tens et volens adiuuare: puta ſi eſſet moriturꝰ fame vel in
flumine:⁊ nullus eſſet q̄ poſſet vel vellet eū cibare et eripe
re de aqua:teneꝛ eum cibare ⁊ eripere:ſm illud Amb. Fa⸗
me paſce morientē:ſi nō pauiſti occidiſti. Inimicus aūt eſt
frater ⁊ proximus:vt patuit:ideo nō minori charitate tene
or diligere inimicū ꝙ proximū/quantū ad ea q̄ ſunt de ne⸗
ceſſitate ſalutis:ſecꝰ in alijs. Extra aūt caſum neceſſitatis
nullus teneꝛ velle inimico:immo nec ꝓximo diuitias/ſani
tatem ⁊c̄. Nunq̄ eñ teneꝛ aliq̄s velle ſimpliciter cuiꝰ oppo
ſitū poteſt bene velle. Poſſumus aūt oppoſita. ſ. paupꝑtatē
infirmitatē nobis ⁊ alijs bene velle:ergo. ¶ Sexta cōclu⸗
ſio. Aliqua dilectione inimicoꝝ magis meritoria eſt amico Cōcl. 6. G
rum dilectio:aliqua minus meritoria:aliqua eque merito⸗
ria:et ecōuerſo. Probaꝛ cōcluſio:quia ſtat ꝙ ex eadē chari⸗
tate ꝓcedit dilectio amicoꝝ et inimicoꝝ:eadem dico ſm in
tenſionem:et tunc dilectiones ille amicoꝝ et inimicoꝝ: vel
ſunt equalis intenſionis quoad gradū:aut vna excedit ali
am. Si primū:ſic ſunt eque meritorie:q̄a ab equali charita
te et equo conatu voluntatis ambe ſunt elicite:et per cōſe⸗
quens eque meritorie. ¶ Tenet cōſequētia:q̄a ex his duo
bus attēditur et ratio meriti et ratio quantitatis eiuſdem:
vt dictū eſt in vltimo notab. arti. j. Si vo illoꝝ duoꝝ actu⸗
um dilectiōis vnus excedit aliū:tūc excedens erit minoris
meriti:ſiue ſit dilectio amici/ſiue inimici. Sic etiā ſi amo⸗
res illi fuerint eiuſdem intenſiōis/et non a gratia eiuſdem
perfectionis:ſed vnus a perfectiore:alius a minꝰ perfecta:
tunc ille amor eſt perfectior q̄ procedit a perfectiore chari⸗
tate ſeu gr̄a ſiue ſit amici ſiue inimici. Si vero amores dif⸗
ferunt ⁊ quoad intenſionē actus/⁊ quoad perfectionē gra
tie:aut intenſior eſt a perfectiore gr̄a/et remiſſior a gr̄a mi⸗
nus ꝑfecta:aut amor intenſior eſt a gratia minꝰ perfecta:et
amor remiſſior a gr̄a ꝑfectiore. Si primū: manifeſtū eſt ꝙ
amor intēſior eſt melior duplici ratiōe:et q̄a intenſior:et q̄a
a gratia perfectiore. Si ſecundū:tūc habent ſe adinuicē ſi⸗
cut excedentia et exceſſa: quia vnus excedit aliū in merito
quātū ad gratiā perfectiorē a qua ꝓcedit: excediꝛ aūt quā⸗
tum ad actꝰ intenſionē: ſimpliciter tamē ille videꝛ ꝑfectior
qui ꝓcedit a gr̄a perfectiore:q̄a ab ipa gratia meritū princi
palius pendet ꝙ a conatu volūtatis: vnde ſequiꝛ intenſio
actus. Difficultas vero in eliciendo amorē inimici nihil fa
cit ad rationē meriti:niſi pro quāto exigit maiorem conatū
li. ar. et ſic actū intenſiorem. Alioq̄n actus quāto magis ꝓ⸗
cedit a virtute q̄ reddit elitionē actus facilem: tanto minꝰ
eſſet meritorius:qđ eſt abſurdum. ¶ Quantum ad articu Artic. 3.
lum tertium/dubitaꝛ vtrum dilectio proximi ſit magis me Dub. 1.
ritoria ꝙ dilectio dei: et videꝛ ꝙ ſic: quia amor proximi eſt H
magis fructuoſus:quia pertinet ad vitam actiuā/que fru⸗
ctuoſior diciꝛ:et ideo per lyam fecundā deſignaꝛ. Dilectio
autem dei ad vitā pertinet contēplatiuam: que per rachel
infecundam figuraꝛ. In oppoſitū:dilectio dei eſt fruitio:
dilectio proximi eſt vſus. Fruitio autem ꝑfectior eſt: et ita
magis meritoria. Reſpondeꝛ breuiter/ꝙ dilectio dei ordi⸗

nata ſicut eſt ꝑfectioꝛ intenſiue et extenſiue dilectione qua/
cunqꝫ creatureꝛ:ita etiã magis meritoꝛia. Similiter ꝓxim⁹
diligendus eſt ꝓpter deũ dilectũ : vt patet ex ſupꝛadictis:
ergo deus eſt magis diligendus:per regulam topicã. Pꝛo
pter qđ vnũquodqꝫ tale et ipm magis. Et de hoc ſatis di/
ctum eſt diſ.xxvij. ¶ Sed ad ratione motam dicẽdũ/ꝙ vi
ta contemplatiua ſimpliciter eſt excellentioꝛ actiua : ſm il/
lud Luce.x. Maria optimã partem elegit ꝛc. ꝛ ita magis
meritoꝛia. Nõ vero actiua dicit̃ magis fructuoſa/non eſt
verũ quantũ ad ipſum actiuũ : ſed quantũ ad eos quibus
beneficia exterioꝛa impẽdit. Sed de hoc alibi. ¶ Secũdo
Dub.2. dubitat̃:vtrũ q̃s teneat̃ dimittere ſigna rancoꝛis. Reſpon
J det ſanctus Bonauẽ. in dubijs litteralibus p̄ſentis diſt.
ꝙ aliud eſt dimittere rancoꝛẽ:et aliud ſigna rancoꝛis. Ran
coꝛem dimittere oẽs tenent̃: ſiue inimicus maneat inimic⁹
ſiue non. Signa vero rancoꝛis dimittere/vt nolle loqui et
ſimilia facere cum inimico:hec quidẽ deponere perfectio/
nis eſt. Nec ad hoc tenetur homo:niſi quando inimic⁹ hu/
militer ꝛ deuote poſtulauerit facto vel ſigno:tunc tenet̃ ei
loqui et reſpondere et ſimilia. Sed de hoc dubio ꝛ multis
ſimilibus:vt recõciliatiõe cũ inimico.oꝛatiõe ꝓ eo/lati⁹ di/
xi in lectura canonis lectiõe.lxxvj.ideo hic reſcindo. Et tã/
tum de hac queſtione. Diſtinctio.xxxj

# Sit magiſter de cõ

paratione charitatis amicoꝛũ et inimicoꝝ in
merito. In hac diſt.xxxj.pꝛoſequit̃ de ei⁹ du/
ratione ꝛ ꝑmanendi termino. Et eliciunt̃ ex
textu tres cõcluſiones text⁹ſententiã includẽtes. ¶ Qua/
rum pꝛima eſt. Charitas in via haberi poteſt a dãnãdis:et
amitti poteſt a tẽpoꝛaliter p̄deſtinatis. ¶ Secũda conclu
ſio. Charitas neqꝫ quoad habitũ:neqꝫ quoad actum: neqꝫ
quoad modum excidit in patria:ſed perficit̃. Fides ꝛ ſpes
penitus euacuabunt̃:ſcientia vero nõ ſm eſſentiã : ſed ſm
actum ꝛ modum auferet̃. ¶ Tertia cõcluſio. Chꝛiſtus in
quo fuit charitas ſm modum patrie eiuſdẽ oꝛdinem in di/
ligendo ſeruauit:et nõ vie. Harũ declaratio patet in textu.

Queſtio vnica.

A # Circa hãc diſtinctio

nem/querit̃ vtrũ in patria ſine imꝑfectione
maneãt virtutes theologice. ¶ Per tres ar
ticulos/quoꝝ pꝛimo termini tibi declarabũ
Artic.1. tur:ſcđo concluſiões ſubiungent̃:tertio dubia mouebunt̃:
Nota.1. hec deſcindet̃ queſtio . ¶ Quantũ ad pꝛimũ/notãdum ꝙ
ad inueſtigandũ vnde ſurgat repugnãtia habituũ manen/
di in patria:videndũ eſt pꝛimo de actibus:et ꝑ hec de habi
tibus. Videndũ igit̃ eſt de actu fidei et viſiõis et ſpei ꝛ ten
tionis ſeu habitionis. Notandũ igitur ꝙ act⁹ fidei ꝛ viſio/
nis eiuſdẽ obiecti ſcꝫ dei/circũſcripta omni diſtinctione in
obiecto:differũt ſpecie: ꝛ ſunt adinuicẽ oppoſiti. Pꝛimum
patet:q̃a eiuſdem obiecti:et ſub eadem ratiõe foꝛmali obie
cti/poſſunt eſſe multi actus in eadem potẽtia ſpecie diſtin/
cti:vt de eodem obiecto habet̃ cognitio intuitiua ꝛ abſtra
ctiua/que ſub eadẽ ratiõe rep̄ſentant obiectũ: ꝛ tamẽ diffe/
runt ſpecie ꝓpter diuerſam appꝛoximationem obiecti : vt
q.j.ꝓlogi patuit. Cum em̃ ꝑfectio actus ſit a duobus/ſcili/
cet potẽtia et obiecto:quãdo variant̃ in ſe:vel in cõiunctio
ne cũ reliqua cauſa:ſiue in appꝛoximatione ad reliquã cau
ſam : tunc q̃a minus ꝑfecte agunt cauſe partiales reſpectu
effectus quãdo nõ ſunt ſufficiẽter appꝛoximate ꝛ cõiuncte
variabit̃ ꝑfectio actiõis ꝛ effectus. Et ita in ꝓpoſito reſpe
ctu actus viſiõis deus eſt in ſe pꝛeſens in rõne viſibilis in/
tellectui. Reſpectu actus credendi nõ eſt in ſe pꝛeſens/hoc
modo:ſed in enigmate:et per cõſequẽs actus credendi eſt
imperfectioꝛ ꝛ alteri⁹ ſpeciei ab actu viſiõis . Sic reſpectu
actus tentiõis/obiectũ eſt in ſe pꝛeſens voluntati:reſpectu
actus deſiderij abſens. Et q̃a act⁹ deſiderij ſeu ſpei eſt act⁹
obiecti vt abſentis ; ſicut et actus fidei eſt actus obiecti nõ
apparentis;erit alterius ſpeciei ab actu tentionis q̃ eſt ob/
iecti vt habiti: ꝛ actu viſiõis q̃ eſt obiecti vt in ſe pꝛeſentis.
Non ꝓpter aliam rationẽ in obiecto/nec in potẽtia:ſed ꝓ/
pter aliam appꝛoximationem obiecti ad relinquã partialẽ
cauſam.i.potentiã/que ſufficit ad diſtinguendũ ſpeciẽ effe
ctuum:vt ſi aliq̃s effectus ſequeret̃ ſolem pꝛeciſe vt eſt pꝛe/
ſens ſm radium rectũ:et aliq̃s effectus vt eſt p̄ſens pꝛeciſe
ſm radium reflexum:illi effectus diſtinguerentur ſpecie.
¶ Ex quo ſequit̃ pꝛimo ꝙ imꝑfectio non apparẽtie eſt de B
eſſentia actus fidei:ſimiliter imꝑfectio abſentie obiecti in
ſe eſt de eſſentia actus ſpei:ita ꝙ actus fidei/et actus viſio/
nis/non ſolum diſtinguunt̃ ſpecie accidẽtali:ſed ſpecie eſ/
ſentiali:ſic de actibus ſpei et tenſiõis. ¶ Ex quo ſequit̃ ſe/
cundo ꝙ actus illi foꝛmaliter adinuicẽ repugnãt. ¶ Ter/
tio ſequitur ꝙ actus fidei et ſpei nõ poſſunt perfici manen
tes in ſe ſm eſſentiã: quia ſi ſtante actu fidei in intellectu re
ſpectu obiecti nõ apparẽtis/ſi obiectũ apparuerit et ita ſui
viſionẽ cauſabit:iam act⁹ fidei eiuſdem obiecti pꝛeexiſtens
non ſolum deſinit eſſe fides:ſed ſimpliciter deſinit eſſe: nã
non apparẽtia obiecti eſt de eſſentia actus fidei . Similiter
ſi ſtante actu ſpei reſpectu deſiderati deſideratũ fiat p̄ſens
ſperanti:et in eo cauſabit ſui fruitionẽ in ſperante/iam nõ
ſolum actus deſiderij pꝛeexiſtẽs deſinit eſſe ſpei actus: ſed
ſimpliciter deſinit eſſe. ¶ Ex quib⁹ manifeſtum eſt/ꝙ cum
viſione nõ poteſt ſtare act⁹ fidei eiuſdẽ obiecti:nec cũ actu
tentionis actus ſpei eiuſdem obiecti : quia nõ poteſt idem
cognoſci euidenter et obſcure:nec idem teneri vt p̄ſens/et
deſiderari vt abſens. ¶ Licet aũt actus illi ſic ſint oppoſi/
ti et ſimiliter coꝝ habitus: vt dictũ eſt diſt.xxiij. tamẽ habi
tus nõ opponũtur actibus oppoſiti habit⁹ . Gratia exem/
pli. Habitus fidei non repugnat viſioni: nec habitus ſpei
actibus deſiderãdi:ſicut in ſimili. Licet actus tẽperantie/
et actus intemperãtie circa idem obiectũ opponant̃:tamẽ
habitus tẽperantie ſtat cũ actu intẽperantie:et actus v̓tuo
ſus cũ habitu vitioſo: vt patet in nouiter cõuerſis. De quo
latius ſupꝛa diſt.xxiiij. ¶ Circa illud quod apoſtolus aſſi/
gnat pꝛo ratione:cur fides ꝛ ſpes nõ manent:quia ſcꝫ ſunt
ex parte. Que ratio poſſet videri eodẽ modo militare con/
tra charitatem:quia et charitas vie eſt imperfecta: ꝛ ita eſt
ex parte. ¶ Ideo notandũ ſecundo ꝙ aliter fides et ſpes Nota.2.
dicunt̃ eſſe ex parte/aliter charitas. Nam fides ꝛ ſpes in ſu C
is actibus includunt imꝑfectionẽ eſſentialiter ſcꝫ ineuidẽ/
tiam/et obiecti abſentiã:ita ꝙ ſi noticia fuerit euidens : iã
nõ eſt actus fidei. Similiter amoꝛ ſi fuerit reſpectu pꝛeſen/
tis ꝛ habiti:iam nõ eſt actus ſpei: vt ſtatim dictũ eſt. Nõ ſic
de charitate: q̃a charitas nõ determiat ſibi neceſſario imꝑ/
fectionẽ:neqꝫ in habitu:neqꝫ in actu. Charitas em̃ q̃ eſt ha
bit⁹ iclinãs ad diligẽdũ deũ vt bonũ ſummũ i ſe amoꝛe ami
citie:nõ determinat ſibi aliquẽ certũ gradũ intenſionis in
habitu vel actu:ſed neqꝫ imꝑfectionẽ in obiecto. Vñ actus
intenſiſſimus diligendi deũ eſt actus charitatis ꝛ habitus
diligendi quantũcunqꝫ perfectus nõ exit rationẽ charita/
tis:vnde charitas patrie eſt charitas: ꝛ fruitio beatifica eſt
actus charitatis:ideo charitas nõ eſt ex parte eſſentialiter
includens imꝑfectionẽ eſſentialiter in actu ſuo. Sed chari
tas vie poteſt eſſe ex parte quantũ ad intenſionẽ habitus
ſimiliter ꝛ actus:hoc aũt non eſt ſibi eſſentiale: vt dictũ eſt
¶ Sed di. Contra actus charitatis vie eſſentialiter inclu/ D
dit imꝑfectionẽ:ergo eſt ex parte eſſentialiter ſicut fides.
Conſequentia nota. Antecedẽs ꝓbatur: q̃a actus charita/
tis in via ſpecie differt ab actu charitatis patrie/tanq̃ ſpe/
cies inferioꝛ/ſiue imꝑfectioꝛ a ſpecie ſuperioꝛi et ꝑfectioꝛi:
ergo actus charitatis vie includit eſſentialiter imꝑfectio/
nem:quia carentiã perfectionis illius in qua pꝛeciſe actus
charitatis patrie excedit dilectionẽ vie. Antecedens patet
ſicut ſupꝛa pꝛobatũ eſt de fide:quia ꝓpter diuerſam pꝛeſen
tiam obiecti/elicitur alius actus ſpecie diſtinctus. Eſt aũt
deus in patria in ratione obiecti pꝛeſens in ſe: in via tantũ
pꝛeſens in cõceptu vel ſpecie. Reſpõdetur ꝙ ratio illa be/
ne ꝓcedit de actu charitatis fidei:illi em̃ ſpecie diſtinguũ/
tur a fruitione patrie; vt ꝓbat ratio;ſed nõ pꝛobat de cha/

ritate maxime infuſa: que manet eadem in patria eſſentia-
liter que in via: licet in patria ſit perfectior: ſicut qualitas
que intendit̃ eſt eadem numero poſt intēſionē que fuit an
te intenſionē. ¶ De habitu charitatis acq̃ſito videt̃ dicen
dum/ ꝙ ſi fruitio vie/ ⁊ fruitio patrie ſpecie differunt: chari
tas acq̃ſita vie non eſt eadem cū acq̃ſita patrie: quia vt fre-
quenter dictum eſt: habitus acq̃ſiti diſtinguunt̃ ſm̃ diſtin
ctionē actuū ex quibus generant̃. Verū ꝙ ratio charitatis
etiā acq̃ſite nō includit imꝑfectionem: q̃a in genere ſignifi-
cat habitū inclinantē ad diligendū deū in ſe/ ſiue habitum
ſiue habendū: et ideo tam fruitio vie/ q̄ patrie ſunt actus
charitatis. ¶ Aliter reſpōdet ſanctus Bonauen̄. ꝙ dupli
citer aliq̇d dicit̃ ex parte. Uno modo q̃a deficit a ꝑfectiōe
alicuius perfecti: ad qđ habet quandā diſpoſitionē ꝑ quā
eſt in potētia ad perfectiorem: ſic qualitas remiſſa eſt in po
tentia ad qualitatē intenſam. Alio modo quia deficit a per
fectione alterius ad qđ eſt diſpoſitio quedam cū ſui oppo
ſitiōe: ſicut tepidum ad calidum. Eſt em̄ tepidū diſpoſitio
ad calidū: et tamen opponit̃ calido: q̃a idem nō eſt calidū
et tepidum: et intrāte caliditate expellit̃ tepiditas. Primo
modo charitas vie dicit̃ eſſe ex parte: et qđ ſic eſt ex parte:
non tollit̃ in patria: ſed ꝑficit̃. Secūdo modo fides ⁊ ſpes
ſunt ex parte: ⁊ quod ſic eſt ex parte: tollit̃ in patria. Et de
ſcđo modo loquit̃ apoſtolꝰ. Cū venerit qđ ꝑfectū eſt: eua-
cuabitur qđ ex parte eſt. Hec reſponſio de charitate infuſa
ſuſtineri poteſt: ſed de acq̃ſita prior reſponſio videt̃ verior.

Artic. 2. ¶ Quantū ad articulum ſecundū/ eſt ꝯcluſio p̄ma. Nec
Cōcl. 1. fides infuſa/ nec acq̃ſita manet cū aperta viſiōe in patria
E Et ſimilis cōcluſio ꝑ oīa ponēda eſt de ſpe. Probat̃ vtraꝗ
cōcluſio ꝑ apoſtolū. j. Cor. xiij. et alijs pluribus locis. Et
perſuadet̃ ratiōe ſm̃ Sco. Nullus habitus ponēdus eſt in
patria fruſtra ꝑmanere. Fruſtra. i. abſq̧ hoc ꝙ inclinet ad
actum propriū: ſed fruſtra eſt habitus cuius inclinatio ad
actum ꝓprium eſt incōpoſſibilis beatitudini pro ſtatu illo
in patria: ergo talis habitus nō eſt ponendus in patria. tūc
vltra fides ⁊ ſpes ſunt tales habitus: ergo ponēdi nō ſunt
in patria. Antecedēs ꝓbatur: q̃a fidei actus eſt credere ve-
rum nō apparens: ⁊ actus ſpei deſiderare bonū abſens: vt
patet ex dictis. Hi aūt nō ſunt beatitudini compoſſibiles:
vbi omnia cognoſcunt̃ euidēter: et nihil deſideratū eſt ab-
ſens. ¶ Verū ratio illa nō ꝯuincit: ſed ꝑſuaſio eſt. Probat
em̄ ꝙ quantū ad hunc effectū/ qui eſt inclinare ad actꝰ pro-
prios: fruſtra ponit̃: tamen non ideo ſimpliciter eſt fruſtra
quia eſt ſpiritualis ornatus anime: ſicut ꝓbabile eſt/ ꝙ in
corporibus ſanctoꝝ martyrum in reſurrectiōe reſeruant̃ ci-
catrices ꝓ ſingulari ornatu et gloria corporis: ita dici poſ-
ſet ꝙ manet fides ⁊ ſpes/ quibus triūpharūt ꝯtra inſidias
demonū. Iuxta illud Hebreo. xj. Sancti per fidem vicerūt
regna. ⁊ hoc ꝑ gloria et ornatu anime: ſed ꝓpter auto. apo
ſtoli et ſanctoꝝ tenenda eſt concluſio magis q̄ ꝓpter ratio
Cōcl. 2. nem. ¶ Secunda cōcluſio. Charitas que viatori infundit̃
eadem numero in beatitudine cōſeruat̃. Probat̃ per apo-
ſtolū. j. Cor. xiij. Charitas nunq̄ excidet. Et ꝓbat̃ ratione.
nulla virtus que nō includit eſſentialiter imꝑfectionē eua-
cuabitur in patria: ſed charitas eſt virtus nō includens im
perfectionē eſſentialiter: ergo. Cōſequentia nota: et maior
patet: quia hāc ſolam cauſam euacuatiōis aſſignat apoſto-
lus fidei ⁊ ſpei: q̃a ſunt ex parte: vt ſupra habitū eſt. Ma-
Cōclo. 3. ior probata eſt in primo articulo. ¶ Tertia cōcluſio. Pro-
F babile eſt charitatē acq̃ſitā vie in patria nō manere. Proba
tur ſicut de ſpe ⁊ fide. Nam charitas vie eſſentialiter inclu
dit imperfectionē repugnantē patrie: nā inclinat ad diligē
dum deū amore amicitie nō preſentē: ſed abſentē in ratione
obiecti: vt ſtatim declaratū eſt. Nec poteſt habere actū in
patria: cū ibi nō diligatur vt abſens: ſed vt preſens in ſeipo
vt in articulo primo latius dictum eſt. Itē ꝓbabile eſt frui
tionē vie ſpecie diſtingui a fruitione patrie: quo poſito p-
cedit cōcluſio ⁊ nō alias ⁊c̄. ¶ Quantū ad tertiū articulū
Artic. 3. dubitatur primo: vtrum fidei euacuate in patria ſuccedat
Dub. 1. aliquis habitus inclinans ad actū viſiōis ſuccedētē actui
G credendi. Similiter vtrū ſpei ſuccedat habitus aliquis in
clinans ad actū tentionis in patria. Reſpōdet̃ poſt Sco.
diſtin. preſenti/ ꝙ dictis habitibus vie nō ſuccedūt alij ha-
bitus ꝓprie loquēdo de habitu: vt eſt qualitas quedā di-
ſtincta ab actu inclinatiua ad actū ⁊c̄. Nam nō oportet po-
nere aliquē habitū diſtinctū in anima beati (ſaltem alium
a charitate) qui ſit p̄ncipiū videndi ⁊ tendēdi in obiectum
quia habitꝰ non ponit̃ in potentia niſi ad facilitandū ⁊ ha-
bilitandū potentiā: ad eliciendum actum prompte et dele
ctabiliter: vel ſaltē vt ꝑ habitū obiectū fiat preſens/ eo mo
do quo potētia nata eſt circa ipſum elicere actum: vt cōtin
git in intellectualibus: vt ſupra diſt. xxiij. dictū eſt. Sed in
beatitudine obiectū eſt ſemper preſens potentie in ratiōe
obiecti: ⁊ potētia eſt ſumme inclinata ⁊ facilitata. Nec po-
teſt aſſuefieri ad cōtrarium. Et oīs ratio ponēdi habitū in
potentia ceſſat in beatitudine: ergo ⁊c̄. Item cognitiones
quibus deus cognoſcit̃: ⁊ cetera in deo ſunt cognitiōes in
tuitiue: ſed reſpectu intuitiue cognitionis nō ponit̃ habi-
tus: vt oſtenſum eſt. Similiter ſi viſio beatifica ⁊ actus ten
tionis eſt a ſolo deo/ ſicut p̄miū a ſolo premiāte: vt quidā
ꝓbabiliter tenent: vt patuit in. j. diſt. j. nō eſt neceſſariꝰ ha-
bitus ad infuſionē actus a deo: quoniā etſi ponit̃ habitus
infuſus reſpectu actꝰ eliciēdi a potētia: nō t̃n ponit̃ habitꝰ
reſpectu actꝰ infuſi a deo. Non em̄ deus indiget inſtrumen
to ad creandum aliquem actū in potētia. ¶ Secūdo dubi
tatur cōtra cōcluſionē tertiā. Nam ratio charitatis acq̃ſite/ Dub. 2.
et etiā fruitiōis vie nō includit aliquā imperfectionē eſſen H
tialiter: ergo poteſt manere in patria. Cōſequentia nota ex
dictis. Antecedens ꝓbat̃: nam intellectus poteſt oſtende-
re obiectū/ ſcʒ deū vt ſummū amabile in ſe: et neq̧ vt p̄ſens
neq̧ vt abſens. Et circa obiectū ſic oſtenſum voluntas po
teſt elicere actū diligendi deū in ſe et propter ſe: et neq̧ vt
preſentē neq̧ vt abſentē: ille actus nullam includit imperfe
ctionem: ⁊ ideo manebit in patria. Et ꝑ cōſequēs etiam ha
bitus ad ipſum inclinans: nā vbi ponit̃ actus/ ibi et habitꝰ
eius: ſaltem ſi reſpectu eius poterit eſſe habitus. Et ſimili
ter poſſet argui de actu diligēdi deū vt ſummū cōmodum
diligenti: quo tendit potentia in obiectū: nec vt p̄ſens: nec
vt abſens: ⁊ ille poteſt manere in patria: immo talis actus
tenſionis poteſt elici in patria: ⁊ ille erit actꝰ ſpei: q̃a amor
cōcupiſcentie: ⁊ ſic ſpes ⁊ eius actus manere poſſunt in pa
tria: quod eſt cōtra cōcluſionē primā de ſpe. Ad illa reſpō-
detur ꝙ fruitio vie nō eſt eiuſdem ſpeciei cū fruitiōe patrie
quod ſic ꝓbat̃: q̃a ſi eſſent eiuſdem ſpeciei: nō differrēt niſi
ſm̃ intenſum ⁊ remiſſum: quia cū ſint eiuſdem obiecti ſm̃
eandem rationē/ nulla alia differētia aſſignari poteſt. Sed
cōſequēs falſum: quia ſi differrēt tantū ſm̃ intenſionem et
remiſſionē: poſſet in tantū habitꝰ charitatis in via ꝑ actuū
frequentiā intendi: ꝙ equaret̃ habitui charitatis in patria
quia cū ſolum differūt ſm̃ intenſionē differūt nō infinite:
ſed ſm̃ determinatū gradū et ꝓportionē. Sit ergo (exem-
pli cauſa) ſm̃ duplā ꝓportionē exceſſus charitatis patrie:
poterit charitas vie in duplo augeri: ⁊ ſic equabit̃ charita
ti patrie: et ꝑ cōſequēs poterit eſſe principiū eliciēdi actus
in duplo intenſiores: ⁊ ita eiuſdem ꝑfectionis cū actu bea-
tifico: quod eſt impoſſibile. ¶ Et ſi dicit̃ ꝙ perfectio actꝰ
eliciti nō tantum depēdet ab habitu: ſed etiam a potentia
et obiecto preſente ꝑ actualem intellectionē. Et quanto eſt
ꝑfectius p̄ſens ꝑ intellectionē: tāto etiā volūtas elicit actū
perfectiorē. Et quia viatori obiectū beatificū nō fit p̄ſens
per intellectionē intuitiuā: ſequit̃ ꝙ licet habitus charita-
tis vie eſſet eque perfectus cū habitu patrie: nō tamen erit
principiū actus eiuſdē perfectiōis: quia deficit aliqua cau
ſa partialis/ potentia ſcʒ et obiectū. ¶ Sed iſta replica nō
obſtat: quia fruitio vie/ ſi differt tantū ſm̃ intenſionē/ ⁊ nō
ſm̃ ſpeciem a fruitione patrie: poteſt fruitio vie per ſolam
intenſionē eius aſcēdere ad ꝑfectionē fruitiōis patrie: cum
ſolum finite excedat. Nam poteſt habitus vie intēdi vltra
perfectionē habitus patrie intantū ꝙ poteſt eſſe principiū
actus eiuſdem ꝑfectionis cū fruitione patrie. Item poteſt

deus intendere huiuſmodi actū vie ad equalitatē fruitiōis
patrie: et tūc illa fruitione ſic intenſa/ habēs eam erit beatꝰ
abſqꝫ noticia intuitiua diuinitatis: qđ eſt impoſſibile: ideo
neceſſe eſt dicere fruitionem patrie non ſolum ſm intenſio
nem: ſed ſpeciem differre a fruitione vie: et hoc ꝓpter aliā
applicationē ⁊ p̄ſentiā ſpecie obiecti: qđ eſt cauſa partialis
actus fruitiōis vtriuſqꝫ. Diſtinguit̃ eñ ſpecie preſentia ob
iecti ꝑ cognitionē intuitiuā propriā a p̄ſentia ꝑ cognitionē
ſolum cōfuſam aut in cōceptu vel ſpecie. Hoc ergo ſuppo
ſito/ ad rōnē dubij r̄ndet̃/ cōcedēdo ſi ratio dicit cōceptū/
ꝙ ratio charitatis in genere prout extendit ſe ad charitatē
vie ⁊ charitatē patrie: nō includit imperfectionem. Sed ta
men ratio ſpecialis charitatis vie includit impꝫfectionē: ſi/
cut ens in genere non dicit impꝫfectionē: ſed ens creatū vel
dependens dicit impꝫfectionē. Et cū arguit̃: intellectus po
teſt oſtēdere obiectū: et nec vt preſens: nec vt abſens. Poſ/
ſet illa negari quantū ad noticiā intuitiuā: quā p̄ſupponit
actus fruitiōis patrie: quia ꝑ noticiā intuitiuā ſemꝑ cogno
ſcitur p̄ſentia obiecti: ſed quantū ad oſtenſionē vie/ poteſt
cōcedi ꝙ poteſt p̄ſentari obiectū/ puta deus vt ſumme dili
gendū/ ſiue p̄ſens ſiue abſens: ſed illa oſtenſio nō eſt viſio
patrie: ſed cognitio vie: et fruitio ſequens eſt fruitio vie et
nō patrie: et ꝑ cōſequēs imperfecta: et ſpeciei inferioris ad
fruitionē patrie: ⁊ ita nō manet in patria: neqꝫ habitus eiꝰ:
et ideo licet poſſet apprehendi deus vt ſummū diligibile
generaliter/ et nō vt preſens vel abſens et vt ſic diligi: illa
tamen dilectio eſt impꝫfecta: et deficit a fruitione beatifica:
Dub.3. I et ideo nō manet in patria. ¶ Dubitat̃ tertio. Utrū ſciētia
euacuet̃ in patria. Reſpondet̃ ſm ſanctos Tho. ⁊ Bona/
uen. ꝙ ſcientia nō euacuat̃ in patria quantū ad habitū: ſed
bene quātū ad ſciēdi modū. Primū patet: q̄a habitꝰ ſciētie
facit ad aīe decorē: et nō repugnat cognitioni actuali beati
Secūdū probatur: q̄a licet ibi ſit cognitio rerū in proprio
genere: nō tamen eſt ibi ille modus q̄ nunc: qm̄ hic omnis
ſciētia ⁊ cognitio intellectiua orit̃ ex ſenſitiua. Et ſm pħm
nihil eſt in intellectu: qđ nō fuerit in ſenſu. In patria vero
intellectus immediate exit in actum preſente intelligibili:
nec p̄req̄rit phātaſmata aut miniſteriū viriū ſenſitiuarum
de quo magis videndū eſt in quarto: de hoc etiā vide ſu/
pra diſtin. xiiij. Sed licet habitus ſcientie vie nō repugnat
actuali cognitioni patrie: ſicut habitꝰ fidei ⁊ ſpei nō repu/
gnat viſioni et tenſioni: quia tamen in patria actū habere
nō poteſt. ⁊ apoſtolꝰ plane dicit: ſiue ſciētia deſtruet̃: ideo
videt̃ ꝓbabilius dicendū eſſe de ſciētia vie/ ſicut de ſpe ⁊ ſi
de: nec oportet ponere in anima beati omne qđ fuit ornatꝰ
vel ꝑfectio in via: quando ornatus ille includit impꝫfectio/
nem: alioq̄n oportet ponere in aīa beati omnē cognitionē
actualem vie: cū omnis cognitio ſit ꝑfectio cognoſcentis.
Et tantū de illa queſtione. Diſtinctio. xxxij.

# Egit de charitate cre

ata qua a nobis deus diligit̃ et ꝓximus. In
hac diſt. xxxij. proſequit̃ de charitate increa/
ta qua nos diligit deꝰ. Et colligit̃ ſententia
textꝰ in tribꝰ ſequētibꝰ cōcluſiōibꝰ. ¶ Prima ꝯcluſio. Eadē
eſt charitas: ⁊ hec increata q̄ nos diligit deꝰ: ⁊ qua nos deū
diligimus. In hac tamē cōcluſiōe cōmuniter negat̃ magi/
ſter: eo ꝙ charitas qua nos diligit deꝰ increata eſt. ſ. ſſ. ſiue
diuina eſſentia. Et charitas qua nos diligimus deū eſt ha/
bitus quidā aut forma accidentalis et creatura voluntatē
diligentis realiter informans et perficiēs. Poteſt tn̄ magi
ſter facile ſaluari. Non eñ loquit̃ de charitate qua nos for
maliter diligimus deū: ſed de ea q̄ eſt ſimpliciter neceſſa/
ria vt diligamus deū meritorie: ⁊ hec eſt. ſſ. nam ſimpliciter
neceſſariū eſt ad hoc ꝙ dilectio noſtra (qua diligimꝰ deū/
nos vel ꝓximū) ſit meritoria: ꝙ per ſpiritū inhabitantē ac/
ceptet̃ ad premiū retribuēdū: ita ꝙ oppoſitū includit con
tradictionē: et ita ſpūſſanctus eſt quo diligimus deū meri/
torie nō formaliter: quia ipſe eſt qui acceptando noſtrā di/
lectionē reddit ipſam meritoriā; de quo magiſter diſt. xvij.
primi. ¶ Secūda cōcluſio. Dilectione vna eadēqꝫ quantū
ad eſſentiā deus ab eterno omnia creata equaliter dilexit ⁊
immutabiliter: ſed ſm efficiētiā boni in dilectis plus crea/
turas rationales: et inter illas magis ſua membra: maxime
autē ſuū vnigenitū ſm hominē amauit tēporaliter. ¶ Ter
tia cōcluſio. De ſolis electis nō de reprobis cōcedendū eſt
ſimpliciter loquēdo ꝙ deus eos dilexerit ab eterno: ſiqui/
dē preſciti ab eterno oditi ſunt et reprobati: licet tanq̄ opa
quedam a deo dilecti. Queſtio vnica.

# Circa hāc diſtinctio A

nē queritur: vtrū deꝰ ab eterno diligit ex cha/
ritate equaliter oīa creata ⁊ creabilia. ¶ Tri
bus articulis q̄ſtio abſoluet̃. Primus termi/
nos declarabit. Secūdus ꝑ concluſiones reſpōdebit. Ter
tius dubia mouebit. ¶ Quantū ad primū notandū/ ꝙ di
ligere eſt alicui bonū velle: ⁊ dilectio actus eſt volūtatis: Artic. I.
quo volūtas ſibi cōplacet in bono ſui vel alterius: hoc eſt Nota. I.
vult aliqđ bonū ſibi vel alteri. illud ſupponat̃ ex p̄miſſis.
¶ Ex quo ſeq̄tur primo ꝙ deū diligere aliq̄d a ſeipſo/ eſt
ipſum illi bonum tribuere eo modo quo vult. ſ. nūc ſiue p̄/
ſentialiter ſi vult bonū tale nūc ineſſe: aut in futuro ſi vult
illud bonū in futuro dare. ¶ Scđo ſeq̄tur/ ꝙ deus nō dili
git illud cui nō ꝓ aliquo tēpore cōmunicat entitatē ſiue eē
exiſtere. Patet: quia nullū bonū illi cōicat cui negat ꝓ ſem
per exiſtentiā: quia omne bonū preſupponit eſſe: et qđ ni/
hil eſt: nulliꝰ boni capax eſt. ¶ Tertio ſeq̄tur/ ꝙ nullū poſ/
ſibile nō futurū diligit deus. Patet: q̄a tale poſſibile nūq̄
haber eſſe. ſiquidē ſemꝑ nihil eſt: qđ nūq̄ eſt. ¶ Scđo no/ Nota. 2.
tandum circa hunc terminū ex charitate/ ꝙ duplex eſt cha/
ritas/ ſcꝫ creata et increata. Creata eſt habitus ꝑficiēs vo/
luntatē et inclinans eā ad diligendū finē ꝓpter ſe: ⁊ cetera
ꝓpter finē. Increata vero eſt eſſentia diuina ꝓprie qua for
maliter diligit deꝰ ſe et alia: appropriat̃ aūt ſpirituiſancto
qui per modū amoris ꝓcedit a patre ⁊ filio: de quo latius
tractat̃ in p̄mo. ¶ Supponat̃ etiā qđ dictū eſt ſupra diſt.
xxviij. ꝙ aliq̄d diligi ex charitate dupliciẗ itelligit̃: qđ pōt
ſuo mō applicari ad ꝓpoſitū: vt deus dicat̃ ex charitate di
ligere: vel quia diligit vt amicū q̄ eſt capax charitatis et a/
micitie: vel ex charitate q̄ eſt principiū boniuoliti creature
Primo modo diligit tantum creaturas ſe deum diligētes.
Scđo modo etiam diligit creaturas irrationales diligere
nō potentes. ¶ Tertio notandū circa illū terminū equali Nota. 3.
ter/ ꝙ diligere aliqua equaliter dupliciter intelligit̃. Quia B
quādoqꝫ ly equaliter/ refert̃ ad bona volita: ⁊ ſic equaliter
diligunt̃ aliqua quibꝰ equalia bona tribuuntur. Alio mo/
do equaliter diligere ad actū diligēdi refert̃: actū ſcꝫ quo
voluntas vult formaliter alicui bonū: ⁊ ſic equaliter dili/
gunt̃ que eodē actu vel actibus eque intenſis/ et eodē ordi
ne diliguntur. Dicit̃ et eodē ordine: quia licet quādoqꝫ eo/
dem actu diligitur aliquod medium propter finem: nō ta/
men equaliter diligit̃ tali actu mediū ⁊ finis: quia nō eodē
ordine diligūtur/ vbi vnū propter aliud: et aliud ꝓpter ſe/
ipſum diligit̃: ibi eñ eſt ordo quidā: nō tēporis: neqꝫ perfe
ctionis actus ad actū: q̄a actus vnus eſt: ſed ordo cuiuſdā
principalitatis ſiue appreciatiōis quo illud dicit̃ prius di/
ligi quod principalius diligit̃: ſiue qđ magis appreciatur:
aut ꝓpter qđ aliud diligitur: ⁊ poſterius illud diligit̃: qđ
minus p̄ncipaliter et nō ꝓpter ſe: ſed ꝓpter aliud qđ diligi
tur magis appreciat̃: quo modo prius diligit̃ finis/ q̄ me/
diū dilectū ꝓpter finē. Et poteſt reduci hic modus priori/
tatis ad prioritatē nature ſiue cauſe large: q̄a dilectio finis
eſt aliquo modo cauſa dilectiōis eorū que ſunt ad finē. Et
ſm hoc ſane intelligi poteſt qđ doctor ſubtilis preſenti diſ.
dicit: ait eñ ꝙ omnis rationabiliter volēs primo vult finē.
Secūdo immediate vult illud quo immediatius attingit
finem. Tertio alia que ſunt remotius ordinata ad attingē/
dum finem. Sic deꝰ rationabiliſſime vult omnia: licet non
diuerſis actibus: vnico tamen actu: et inquantū ille actus
vnus tendit diuerſimode in obiecta ordinata. Primo eñ

vult finē:⁊ in hoc eſt actus eius perfectus et volūtas eius
beata. Secundo vult illa que immediatius ordinanť in ip
ſum/predeſtinando.ſ.electos q̄ immediate attingunt eum
⁊ hoc quaſi reflectendo/volendo aliq̄s diligere illud obie
ctum ſecum. Quia eñ primo amat ſe ordinate:⁊ per conſe
quens non inordinate zelando vel inuidendo. Scd̄o vult
alios habere ſecum cōdiligentes: ⁊ hoc eſt velle alios etiā
habere amorem ſuum in ſe:et hoc eſt predeſtinare eos ſiue
ſit eis hoc bonum finaliter et eternaliter. Tertio vult illa q̄
ſunt neceſſaria ad attingendū finem hūc/ſcilicet bona gra
tie. Quarto vult propter illos alia que ſunt remotiora: pu
ta hunc mundū ſenſibilē vt ſeruiat eis:vt verum ſit illud.ij.
phyſ. Homo quodāmodo eſt finis omniū. Omnium qui
dem ſenſibiliū a deo:quia propter ipſum volitū a deo qua
ſi in ſecundo ſigno nature fiunt omnia ſenſibilia volita q̄ſi
in quarto ſigno. Illud etiā quod eſt propinquius fini vlti
mo conſueuit dici finis eoꝝ que ſunt remotiora: ſiue ergo
quia in ordine ad hominem predeſtinatum vult deus mun
dum ſenſibilem:ſiue quia quodāmodo immediatius vult
hominē amare ſe ꝙ mundū ſenſibilem eſſe:homo eſt mun
di ſenſibilis finis. Et ita patet inequalitas volibilium quā
tum ad volita: non vt volitio eſt ipſius voluntatis: ſed vt
tranſit ſuper obiecta predicto modo:nec tamen illa inequa
litas in actu eſt propter bonitatē preſuppoſitā in obiectis
quibuſcūq; alijs a ſe: que ſit quaſi ratio ſic vel ſic volendi:
ſed ratio eſt in ipſa voluntate diuina:quia eñ ipſa accepta
alia in tali gradu:ideo ipſa ſunt bona in tali gradu : et non
ecōuerſo. Hec Scotus. ¶ Quantum ad articulū ſcd̄m eſt
Artic. 2. Cōcl. 1. E conclusio prima. Deus ab eterno diligit ſe et oīa creata ac
creanda ex charitate formaliter/q̄ eſt diuina eſſentia. Pro-
batur/ꝙ ex charitate formaliter diligit ſe: quia deꝰ ex ſe na-
turaliter eſt intelligens ⁊ volens/et ꝑ conſequēs beatifica
bilis:nō aūt precedit in eo potētia actū: quia tūc eſſet impꝑ-
fectus:nec ſempꝑ beatꝰ. Cū ergo ſit ſempꝑ et eternaliter bea-
tus:nō eſt beatus niſi intelligendo et volendo ſe: q̄a nullū
aliud obiectū poteſt etiā creaturā rationalem beatificare:
ergo actu intelligit ⁊ diligit ſe. Qđ etiā diligit oīa creata ⁊
creanda:probať:quia omnibꝰ illis vult bona nature ꝓ cer
to tempore eis cōmunicanda:igiť. Cōſequētia tenet ex q̄d
nominis diligere. Antecedēs patet:quia omnia creata aut
creanda aliquādo habēt vel habebunt eſſe exiſtētie: quod
eſt bonū nature. Eſſe aūt bonū a deo eſt. Iaco.j. Igiť. Qđ
vero ab eterno diligit/patet:quia voluntas dei eſt immu-
tabilis: ergo que aliquando diligit eternaliter dilexit:alio
quin volūtas qua diligit mutata fuiſſet. Qđ charitas qua
formaliter diligit ſit diuina eſſentia:patet:q̄a eſt cōis tribꝰ
omne autem tale diuina eſſentia : vt patet ex primo notab.
Cōcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Poſſibilia et tamen non futura de
us non diligit quibus bona nulla tribuit. Huius cōcluſio
nis pars ſcd̄a probat primā. Probať aūt pars ſecunda: q̄a
quod nihil eſt:nec vnq̄ aliq̄d erit:nulliꝰ boni capax eſt:er-
go nec dilectiōis diuine que diligendo bonū quod vult ali
quando donat. Antecedens probatur : quia omne bonum
aut eſt eſſe:aut preſupponit eſſe: quod autē poſſibile eſt et
nunq̄ futurū:nunq̄ habebit eſſe:ergo ⁊c̄. ¶ Tertia cōclu
Cōcl. 3. D ſio. Deus ſolas rationales creaturas diligit primo modo
et proprie ex charitate: quas in ſui amicitiā dignatur acce-
ptare. Patet ſatis ex notabili ſecundo: quia inanimata ꝓ-
prie nō ſunt diligibilia ex charitate:quia charitas eſt amici
tia:et ad illa nō eſt amicitia proprie habenda. Amicitia eñ
dicit relationē mutuā:⁊ ita in vtroq; charitatē/in dilecto.ſ.
et diligēte. Irrationabilia vero charitatis non ſunt capa-
cia:tamen ex charitate poſſum habere aliquod velle ad ir-
rationalia. Ex charitate enim poſſum arborem velle eſſe:
et velle mihi ſeruire ad talem actum : qui iuuat me ad dili-
gendum deū in ſe:⁊ ſic deus omnia diligit ex charitate : q̄a
omnia que diligit:diligit ꝑ propriā eſſentiā formaliter que
eſt charitas:et ꝓpter ſeipſum tanq̄ propter finem : non ta
men dilectione amicitie qua velit omnia ſibi eſſe amica.
Cōcl. 4. ¶ Quarta cōcluſio. Attendēdo equalitatē amoris penes
actum dilectionis/quo deus diligit formaliter ſe:⁊ alia di
ligit equaliter. Probatur:quia actu non inequali : eodem
quippe actu deus diligit quecunq; diligit/ſua ſcʒ eſſentia:
vt dicit concluſio prima. ¶ Quinta cōcluſio . Referendo
equalitatem dilectionis ad bona volita/aut ordinē volen- Cōcl. 5. E
di/inequaliter deus ſe et creaturas diligit eodem actu dili
gendi. Patet ex notabili vltimo. Nam preſcitis nō vult tā-
ta bona:quāta vult predeſtinatis:ſed nec predeſtinatis om
nibus equalia bona:q̄a in domo patris manſiones multe
ſunt. Sed et in via diuiſiones gratiarū ſunt: licet vnus ſit
ſpūs diſtribuens ſingulis prout vult: ſed nec eodem ordi-
ne vult deus finem et que ſunt/ad finem:ad intellectum in
vltimo notabili expreſſum. Et tantum de articulo ſecundo
¶ Quantū ad tertiū articulū/eſt primū dubiū cōtra con- Artic. 3.
cluſionē primā. Nam ſi deus diligeret oīa creata : ſequereť Dub. 1. F
ꝙ ſimul diligeret cōtraria:quia vtrūq; cōtrarioꝝ habet en
titatem quandā/et ita diligibilitatē: ꝯſequēs falſum:quia
tunc cōtraria ſtarent ſimul: et per cōſequens cōtradictoria
eſſent ſimul:qđ eſt contra primū principiū. ¶ Item cōtra
concluſionem ſecūdam. Deus diligit omnia poſſibilia etiā
nunq̄ futura:qđ probať:quia oīa diligit deus in quibꝰ ha-
bet cōplacentiā:ſed in poſſibilibus nō futuris habet cōpla
centiā:qua vult ea poſſe eſſe:quā non habet in impoſſibilibꝰ
ergo. ¶ Ad primū diciť cōcedendo: illa tamen ſiue loqua-
mur de ꝓpoſitionibꝰ cōtrarijs:ſiue de rebꝰ cōtrarijs:vtraq;
eñ ꝯtraria vult eē in rerū natura. Vult etiā ꝯtradictoria:id
eſt propoſitiones cōtradictorias ſimul eſſe in rerū natura:
nō autē vult contrarias aut cōtradictorias propoſitiones
ſimul eſſe veras:hoc eñ eſſet contra primū principiū. Con
traria etiā realia vt calorem ⁊ frigus vult ſimul eſſe:ſed in
diuerſis ſubiectis:q̄uis per ſuā omnipotētiā poſſet illa cō
ſeruare in eodē ſubiecto. Nec ex hoc ſequiť cōtradictorias
propoſitiones eſſe ſimul veras:cōtraria eñ realia ſimul in
eodem exiſtentia nō inferunt cōtradictorias eſſe veras:ſed
contraria logicalia. ¶ Ad ſecundm negeť aſſumptum:et
ad probationē negeť ꝙ deus diligat oīa in quibꝰ habet cō-
placentiā/extendendo nomen cōplacentie ad cōplacentiā
generaliſſimā quo diciť habere cōplacentiā in omni poſſi-
bili eſſe in eo ꝙ vult ipſum poſſe eſſe:licet nunq̄ velit ipm
eſſe ſeu producere:ſed de cōplacentia ſpeciali aſſumptū ve-
rum eſt. De modis aūt cōplacentie dictū eſt in.j.q.j.diſtin.
xvij. Verū aliqui diſtinguūt de duplici dilectione: ſcʒ effi-
caci qua aliquādo ea que diligit: in eſſe ꝓducit. Quedam
diligit volitione ſimplicis cōplacentie nō efficaci:q̄ nunq̄
producit in eſſe:que tamē vult eſſe poſſibilia ſicut ea q̄ vult
efficaci volitione:illa tamē ꝓprie nō diligit: quia nihil eis
cōfert nec cōferet. ¶ Et ſi dicis:cōfert eis poſſibilitatē. Di
co ꝙ illa poſſibilitas nihil eſt in re ipa poſſibili que ſimpli
citer nihil eſt:et nihil eſſe habet: ſed poſſibilitas dicit diui-
nam volūtatē potentē rem ꝓducere:illa aūt nihil eſt rei ꝓ-
ducibilis. Vel dicatur breuiter ꝙ cōcluſiones intelligēde
ſunt de dilectione efficaci. ¶ Secūdo dubitať/vtrū actus Dub. 2. G
diligendi quo deus diligit ſe/et oīa alia:ſit proprius alicui
perſone in diuinis. Reſpōdeť ꝙ diligere ſe/⁊ alia/eſt actꝰ
eſſentialis:et ꝑ conſequens nulli perſone ꝓprius : quia ſi-
cut pater nō ſapit ſapientia genita: ita nec diligit dilectiōe
ſpirata . Nihil eñ recipit perſona producens a producta.
Pater ergo ⁊ filius diligunt ſe et ſpiritumſanctum amore
eſſentiali q̄ eſt eſſentia. Diligūt aūt ſe ſpūſancto:quia dili-
gendo ſe dilectiōe eſſentiali ſpirant ſpm̄ſctm̄ : de quo latiꝰ
in primo. Qđ etiā dilectiōis actꝰ quo deꝰ diligit alia a ſe:nō
ſit ꝓprius alicui ꝑſone/patet:q̄a ſi ſic maxime ſpūiſctō:con
ſequens falſum:q̄a tunc aut ſpirituſſanctus nō neceſſario
produceret vt amor patris ⁊ filij: aut deus amaret neceſſa
rio aliq̄d aliud a ſe:vtrūq; eſt impoſſibile. Appropriantur
tamen omnia q̄ ad volūtatē ꝑtinent ſpirituiſancto:ſicut ea
q̄ ad intellectū ꝑtinēt vbo . ¶ Tertio dubitať/vtrū chriſtꝰ Dub. 3. H
magis dilexit petrū q̄ iohānē:cū petrꝰ plus dilexit xp̄m q̄
iohānes:vt habeť Iohā.vl. Petre diligis me plus his ⁊c̄.
Hāc q̄ſtionē late ꝑtractat beatꝰ Aug. homeľ.vl.ſup Iohā.

Sed breuius dicit̃ ſuppoſito ꝙ in petro fuerit maioꝛ dile/
ctio charitatis q̃ in iohãne: ꝙ ſimpliciter dñs plꝰ dilexit pe
trū q̃ iohannē: licet ita loquẽdo familiarius dilexit iohan/
nē. Primū patet: qꝛ cū deū diligere creaturā eſt ei bonū vel
le: hanc magis diligit cui maius bonū vult. Unde qꝛ maxi
mū bonū vie eſt donū charitatis: et maximū bonū patrie/
gloꝛia beatitudinis: illū ſimpliciter magis diligit: cui vult
maioꝛē charitatē in via: et maioꝛē gloꝛiā in patria. Stãte er
go ſuppoſitione manifeſtū eſt ꝙ magis petrū dilexit q̃ io/
hannē. Scḋa pars ꝓbatur: qꝛ illū diligit deus familiarius:
cui plura vel maioꝛa ſigna familiaritatis oſtēdit. Iohanni
aūt qui ſup pectus dñicū in cena recubuit, cui matrē virgi/
nē in cruce cōmēdauit: ꝓpter ingenitā mãſuetudinē: ꝓpter
virginalē puritatē: ꝓpter etatis iuuentutē: que etiā ceteris
paribus facit hoiem tenerius diligi: plura familiaritatis ſi
gna oſtēdit q̃ petro: ergo ⁊c̃. Et per hec multe queſtiones
ſolui poſſunt/ ſcilʒ vtrū deus magis dilexerit hominē q̃ an
gelum: magis genus humanū q̃ chꝛiſtū: magis peccatoꝛē
pꝛedeſtinatum q̃ iuſtum pꝛeſcitum: et ſimiles quas latius
pertractat ſanctus Tho. et Bonauen. in pꝛeſenti diſtin. Et
tantum de illa queſtione.

¶ Sequitur tractatus de virtutibus cardinalibus.

Diſtinctio. xxxiij.

POſt tractatum de
theologicis virtutibꝰ: ſequit̃ doctrina de
virtutibus cardinalibus. Et colligit̃ ſnia
tex. in tribus ꝯcluſionibus que ſequūtur.
¶ Pꝛima cōcluſio. Quattuoꝛ ſunt virtu
tes cardinales: quibꝰ in pꝛeſenti bene viuit̃: et poſt ad eter
nã vitã peruenit̃. He ſm beatū Augu. ſunt: Iuſticia in ſub
ueniẽdo miſeris: pꝛudētia in cauẽdis inſidijs: foꝛtitudo in
perferẽdis moleſtijs: tēperãtia in coercendis delectationi/
bus pꝛauis. ¶ Scḋa concluſio. He virtutes in chꝛiſto fue/
rūt pleniſſime ſm vſum quē habent in patria: ⁊ vſum circa
paſſiones ab extrinſeco illatas: quem habēt in via. ¶ Ter
tia concluſio. Uirtutes cardinales non ceſſabunt in patria
quantum ad habitum: licet aliū ibi q̃ in via habebūt opera
tionis vſum.

Queſtio vnica.

CIrca hãc diſtinctio
nē. xxxiij. querit̃ vtrū pꝛeter virtutes theolo/
A gicas/ virtutes cardinales ſint ponēde i par
te rõnali aut ſenſitiua ſubiectate. ¶ In tribꝰ
articulis queſtio abſoluet̃. In pꝛimo pꝛemittent̃ terminoꝝ
declarationes. In ſcḋo addētur reſpõſiue cōcluſiones. In
Artic. 1. tertio ponent̃ mouēdoꝝ dubioꝝ ſolutiones. ¶ Quãtū ad
Nota. 1. articulū pmū: qꝛ queſtio hec ꝑ magna parte tractata eſt. s.
diſt. xxiij. in queſtione generali ibi mota: ideo breuiꝰ hic ex/
pedietur. ¶ Pꝛimo igitur notãdū/ ſuppoſita differētia in/
ter virtutē theologicã ⁊ moꝛalē ex diſt. xxvj. pꝛeter virtutes
theologicas/ quattuoꝛ ponūtur virtutes pꝛincipales. ſ. pꝛu
dentia/ tēperantia/ foꝛtitudo et iuſticia: ſm illud Sap. viij.
Sobꝛietatē et pꝛudentiã docet: iuſticiã et virtutē. i. foꝛtitu/
dinem: quibus in vita nihil vtilius eſt hoibus. He dicūtur
cardinales a cardine in quo voluit̃ ianua: qꝛ in his vita hu
mana verſatur: et quibuſdã regulis quaſi in cardinibus re
gulariter dirigitur ⁊ voluitur: ad quas virtutes relique re
Nota. 2. ducūtur: et ideo pꝛincipales dicūtur. ¶ Scḋo notandū/ ꝙ
B ſicut generaliter habitꝰ: ita et virtutes diſtinguūtur penes
actus ex quibus generãtur ⁊ ad quos inclinãt: vt dictū eſt
q. j. diſt. xxiij. Actus vero diſtinguūtur ſm potētias ⁊ obie/
cta. ij. de aĩa. Obiectū eſt circa qḋ operatio verſat̃ ſicut arti
fex circa materiã. Potētia aūt vis eſt anime eliciēs actū ſeu
operationē: cū ergo oĩs operatio aĩe rõnalis verſatur circa
finē tanq̃ circa obiectū: immediate aūt circa medium ad ſi
nē: et ſm hoc virtus diuidit̃ diuiſione immediata in theo/
logicã et moꝛalē: accipiẽdo moꝛalē large vt non diſtinguit̃
cõtra intellectualē. Obiectū vero qḋ eſt ad finē duplex eſt:
aut eſt v̄itas pꝛactica cognoſcēda; aut eſt materia circa quã
ſunt aliqua operanda. Circa pꝛimū eſt pꝛudētia per quã co
gnoſcitur quid agendū/ quidve reſpuendum. Obiectū ve
ro circa quod eſt operandū vltra diuiditur: qꝛ aut eſt in ip
ſo operãte: aut in alio ſcʒ ꝓximo. Uel ſic: aut eſt obiectū ali
quod per qḋ operans bene ſe habet ad ſeipm: vel ad pꝛoxi
mū. Si ſcḋm: ſic circa ipm eſt iuſticia: que bene oꝛdinat ho
minē ad aliū. Si pꝛimū: aut eſt aliquod appetibile ꝓſequē
dū: et hoc pertinet ad cōcupiſcibile circa qḋ ponit̃ tēperan
tia: aut eſt aliquod impediēs vincendū: et hoc pertinet ad
iraſcibilē: circa qḋ moderat̃ appetitū foꝛtitudo/ ꝑ quã vin/
citur impediēs in ꝓſecutione appetibilis/ aut fuga triſtabi
lis. Et ſm hãc diuiſionē mediatã ſumuntur virtutes cardi
nales: que quidē paucioꝛes eſſent citra ſiſtẽdo: aut plures
vltra per ſubdiuiſiones pꝛocedẽdo. ¶ Tertio rememoꝛã/ Nota. 3.
dū ex dictis diſtin. xxiij. q. j. ꝙ ſicut actuū virtuoſoꝝ quidã C
ſunt intrinſeci ſeu per ſe aut pꝛimo virtuoſi: quidã denomi
natione extrinſeca: ſic et habitus quidã ſunt intrinſece vir/
tutes: qui ſcʒ generãtur ex pꝛimis actibus. Alij ſunt virtu/
tes ſeu virtuoſi denominatione extrinſeca: qui generantur
ex actibus accidētaliter virtuoſis: et ſm hec alia et alia aſſi
gnantur ſubiecta: vt vbi ſupꝛa dictum eſt. Hec bꝛeuiter de
articulo pꝛimo. ¶ Quantum ad ſecundū articulū eſt con/ Artic. 2.
cluſio pꝛima. Pꝛeter tres theologicas v̄tutes/ ponēde ſunt Cõcl. 1.
virtutes moꝛales que cōmuniter dicūtur cardinales. Pꝛo/ D
batur cōcluſio ſm ſanctū Bonauen. quia virtutes ponun
tur pꝛincipaliter ad rectificandū ⁊ vigoꝛandum potentias
in eliciendis actibus virtuoſis. Ad rectificandū cõtra obli
quitatē: ad vigoꝛandum contra difficultatē. Uirtus eñ fa/
cit potentiã rectam et vigoꝛoſam. Cõtingit aūt hominē oꝛ
dinari quoad deum: ac quoad ſeipſum: ⁊ quoad pꝛoximū:
et codē modo obliquari ⁊ retardari. Sicut ergo habentur
virtutes rectificãtes hominem ⁊ vigoꝛantes vt recte tēdat
in deū ſcilicʒ theologice: ſic oppoꝛtunū eſt habere habitus
virtutum rectificãtes et vigoꝛãtes homines: pꝛout oꝛdinã/
tur ad ſeipſum et pꝛoximum: et tales ſunt virtutes cardina
les. Unde ſicut pꝛeter pꝛecepta pme tabule: que directe oꝛ
dinant in deū: neceſſariū fuit ponere pꝛecepta ſecūde tabu
le que oꝛdinant ad pꝛoximum: ſic dicendū eſt in ꝓpoſito ꝙ
pꝛeter virtutes theologicas/ oppoꝛtunum eſt ponere cardi
nales ſeu moꝛales. Nec obeſt illud Roma. xiij. Qui diligit
pꝛoximū: legē impleuit: quaſi ſola charitas ſine alijs virtu
tibus ſufficeret: qꝛ legis impletio nõ cōuenit charitati ſm
ſe foꝛmaliter ⁊ elicitiue: ſed imperatiue. hoc eſt dictu. Chari
tas nõ elicit ſe ſola cū potētia oēs actus pꝛeceptos: quia nõ
illos quibus tēditur in ſeipm: aut in pꝛoximū tãq̃ in obie/
ctū: ſed oĩm pꝛeceptoꝝ actus imperat vt elicianẗ medianti
bus alijs virtutibꝰ ꝓpter deū/ tãq̃ ꝓpter finē pꝛopter ſe et
ſuper oĩa dilectū: habēt eñ annexos aliarum virtutū habi
tus: qui ad imperiū charitatis moti/ faciūt impletionē mã
datoꝝ: ſicut pꝛeceptū de non foꝛnicãdo elicitiue implet̃ per
caſtitatē: imperatiue per charitatē. Pōt etiã ꝓbari cōcluſio
per illa media quibus ſupꝛa pꝛobatū eſt habitus eſſe ponē
dos diſt. xxiij. q. j. ¶ Scḋa concluſio. Quattuoꝛ ſunt virtu Cõcl. 2.
tes ſm conſuetã diuiſionē: que dicūtur cardinales: oēs ce/ E
teras virtutes moꝛales compꝛehendētes. Concluſio patet
ex articulo pꝛimo: qꝛ per virtutē cardinalē homo rectificat̃
quoad creaturã: ſicut per theologicam quoad creatoꝛē de/
um: vel ergo quoad ſeipſum: vel quoad alium. Si ſecūdū:
ſic eſt iuſticia. Si pꝛimū: hoc contingit dupliciter. Uel quo
ad rationem et ſic eſt pꝛudentia: vel quoad appetitū: ⁊ hoc
dupl̃r. Uel quoad cōcupiſcibilē/ ⁊ ſic eſt tēperãtia: vel q̃ad
iraſcibilē: ſic ē foꝛtitudo. ¶ Ex illo ptʒ multiplex diſtinctio
virtutū cardinaliū inter ſe: qꝛ diſtinguunt̃ penes potētias
quas ꝑficiūt/ vt ſtatim dictū eſt. Penes obiecta: qꝛ pꝛuden
tia dirigit circa verū pꝛacticū: iuſticia circa ꝓximū debitū:
temperantia circa delectationes et triſticias: foꝛtitudo cir/
ca pericula et aduerſitates vincendas. Etiam penes actus
quos eliciūt: qꝛ pꝛudētie actꝰ eſt dictare agēda: iuſticie red/
dere omnibus debita: temperãtie refrenare appetitū circa
cōcupiſcibilia; foꝛtitudinis repellere aut ſuſtinere aduerſa.

Etiā poſſunt diſtingui penes vitia cōtraria que excludūt:
et penes media que determināt: quoꝝ ꝓſecutio remittitur
ad libꝛū Ethico. Et dictū eſt notāter ſm cōſuetā diuiſionē:
qꝛ illa diuiſio virtutum cardinaliū in quattuoꝛ nō eſt imme
diata nec vltima. pꝛecedunt nāq̄ immediatioꝛes: ⁊ iō circa
illā cōſuetā diuiſionē ſiſtendo eſſent tm̄ due: ſcꝫ intellectua
lis ⁊ moꝛalis: capiēdo moꝛalē ſtricte: hoc eſt virtus potētie
intellectiue/et virtus potētie appetitiue. Similiter ad vlte
rioꝛes diuiſiones ꝓgrediēdo eſſent multo plures ſm ꝙ q̄li
bet haꝝ quattuoꝛ vltra diuidi pōt in partes integrales ſub
iectiuas ⁊ potētiales. Partes ſubiectiue ſunt ſpecies ſub il
lis quattuoꝛ generibꝰ contēte. Partes integrales ſunt que
ſumūtur ſm aliquas cōditiones ad integritatē virtutis re
quiſitas. Partes potētiales ſunt que participāt aliquē mo
dū q̄ pꝛincipaliter et ꝑfecte inuenit̄ in alia virtute: reſpectu
cuiꝰ dꝛ pars ſm beatū Tho. q. ix. huiꝰ diſt. Vn̄ ad ſimilitudi
nē partiū totius/ſumūtur he partes virtutis ſm eūdē. Eſt
em̄ triplex totū/integrale/vniuerſale ⁊ potētiale. Integra/
le eſt cōpoſitū ex partibus ipm̄ conſtituētibus: ſicut cōpoſi
tū ſubſtātiale qđ cōponit̄ ex materia ⁊ foꝛma. Totū vniuer
ſale eſt cōceptus cōis vt cōceptus generis. Totū potētiale
eſt qđ in ſe cōtinet ꝑfectionē aliquoꝝ eminēter. ¶ Et ſimi/
liter ex oppoſito inuenitur triplex pars. Integralis que in
trat conſtitutionē totiꝰ: ſicut paries domus. Pars ſubiecti
ua eſt inferius cōtentū ſub ſuperioꝛi: vt ſpecies reſpectu ge
neris. Pars potētialis eſt q̄ nō recipit pꝛedicationē totius:
ſed aliq̄d de potētia ſiue ꝑfectione totiꝰ participat. Sic di/
ci poſſet ꝙ aīa ſenſitiua eſt pars potētialis aīe intellectiue:
nā aīa intellectiua dꝛ tota aīa: eo ꝙ in ipſa oēs potentie aīe
cōgregant̄: et aīa ſenſitiua in bꝛutis dicitur pars potētialis
aīe intellectiue: qꝛ aliq̄d ꝑfectionis aīe intellectiue/ ſcꝫ vitā
cognitiuā participat: ſed nō intellectiuā. Sic ſm hunc mo/
dū aſſignātur tripliciter partes in virtutibus. Pꝛimo inte/
grales: cū ſcꝫ ponit̄ pars alicuius virtutis illud qđ requiri
tur ad perfectionē eius: vt dū ad ꝑfectionē virtutis plures
requirūtur cōditiones: id qđ reſpicit vnā conditionē: voca
tur pars integralis. Sic Tullius ponit memoꝛiā pꝛeterito
rū: intelligētiā pꝛeſentiū: et ꝓuidentiā futuroꝝ partes pꝛu/
dētie: qꝛ pꝛudētia innitit̄ experiētie: que colligit̄ ex memo/
ria pꝛeteritoꝝ/et cognitione pꝛeſentiū: ex quibꝰ ſumit̄ ꝓui
dētia futuroꝝ. Scđo modo partes ſubiectiue que ſunt ſpe/
cies cōtente ſub toto vniuerſali: et ille ſole partes ſubiecti/
ue recipiūt pꝛedicationē totiꝰ: licet vna pars de alia nō pꝛe
dicat̄. totū ſicut genus de ſpecie. Sic partes pꝛudētie ſunt
ſpecies pꝛudētie: ſicut pꝛudētia politica: pꝛudētia economi
ca: pꝛudētia ethica ſiue monaſtica: que dirigit hoīem (in ſe
conſideratū) in ſuis operationibus: nō vt eſt pars domeſti
ce vel ciuilis cōitatis. Vn̄ monaſtica dicit̄ a monos/qđ eſt
vnū: qꝛ dirigit hoīem vt eſt vnus ſibi: nō vt pars cōmuni/
tatis. Tertio modo partes potētiales q̄ ſunt virtutes parti
cipantes aliq̄d de modo q̄ pꝛincipaliter ⁊ ꝑfecte inuenit̄ in
aliqua virtute. Et ſic phyſica/dialectica/rhetoꝛica/ponunt̄
partes potētiales pꝛudētie: ꝓ quāto participāt aliquē mo/
dū eius. Et generaliter oēs artes et diſcipline eo ꝙ de oībꝰ
his oꝛdinat pꝛudētia: a quibus ⁊ quātū ſunt addiſcēde vel
exercēde. j. Ethico. Hec Tho. ¶ Vel quātū ad vltimū poſ
ſet dici artes ⁊ diſcipline/iō partes ſunt pꝛudētie potentia/
les: qꝛ participāt aliquē modū pꝛudentie. Pꝛudētia em̄ eſt
habitus inclināſ ad aſſentiendū dictamini pꝛactico ⁊ vero
rōnis recte. Ita oēs artes ⁊ diſcipline inclināt ad aſſentien/
dū vero concluſo per rationē: maxime aūt diſcipline pꝛacti
ce participāt modū pꝛudētie: ſuo modo exēplificari pōt de
alijs virtutibꝰ cardinalibus. Et ſm hūc modū virtutes car
dinales oēs alias virtutes cōpꝛehendūt tāq̄ partes altero
Cōcl. 3. triū modoꝝ. ¶ Tertia cōcluſio. Quattuoꝛ virtutes cardi/
F nales quatenꝰ ſunt virtutes intrinſece: ſubiectant̄ tm̄ in ra/
tionali parte. Pꝛobat̄: qꝛ in ſola parte rōnali eſt virtꝰ intrin
ſece ⁊ eſſentialiter ſeu habitus intrinſece virtuoſus: igitur.
Cōſequētia nota: et an̄s ꝓbatū eſt diſt. xxiij. q. j. pꝛope finē.
Cōcl. 4. ¶ Quarta concluſio. Aliqua virtus cardinalis denomina
tione extrinſeca eſſe pōt in parte ſenſitiua et executiua. Pa/
tet cōcluſio de tēperātia/iuſticia et foꝛtitudine. Nam volū/
tas pōt imperare appetitui ſenſitiuo/moderando paſſionē
eius/pꝛoſecutionē vel fugā: ⁊ ꝑ hoc derelinquere ex impe/
rijs rectis: hoc eſt actibus ſenſitiuis imperatis aliquē habi
tū in appetitu ſenſitiuo: inclinantē appetitū ſenſitiuū vt de
lectabiliter moueat̄ ad ſimilia ex imperio voluntatis: ⁊ ille
habitus derelictus: licet nō ſit virtus ꝓpꝛie. i. intrinſece (qꝛ
nō eſt habitus electiuus nec inclinans ad electionē) pōt tm̄
dici virtus aliquo modo/ ſcꝫ denominatione extrinſeca: qꝛ
inclinat ad ea que ſunt cōſona recte rōni: et qꝛ imperatur a
virtute volūtatis. Hec Sco. diſt. pꝛeſenti. Et ſuo modo po
teſt poni hmōi virtꝰ in parte executiua: vt in manu ſcripto/
ris: vt etiā habitū eſt. s̄. Et tātū de articulo ſcđo. ¶ Quan Artic. 3.
tū ad articulū tertiū eſt dubiū pꝛimū/ que virtutū cardina/ Dub. 1.
liū ſit pꝛincipalioꝛ. Hic tenet ſctūs Tho. ꝙ pꝛudētia ſit pꝛin G
cipalioꝛ/et cetere ad eā reducūtur. Sco. tenet ꝙ virtus eli/
ciens ſm dictamē pꝛudētie/pꝛincipalioꝛ ſit ipſa pꝛudentia.
Sed faciliter pn̄t cōcoꝛdari illa dicta doc. diſtinguendo de
pꝛincipalitate. Nā aliquid pōt eſſe pꝛincipalius altero vel
qꝛ naturaliter pꝛius eo: et qđ ab alio pꝛeſupponitur: et ſine
quo aliud non eſſet tale/puta in pꝛopoſito ſine quo habitꝰ
nō eſſet virtus. Alio modo illud dicitur pꝛincipalius quod
eſt ſimpliciter perfectius: tūc dicitur ꝙ pꝛudentia eſt pꝛinci
palioꝛ alijs virtutibus moꝛalibus pꝛimo modo: qꝛ ipſa vel
actus eius pꝛeſupponit̄ alijs virtutibus: et eſt pꝛioꝛ eis ge
neratione: ⁊ eſt regula aliarū virtutū ſine qua nullus alius
actus eſt virtuoſus. Nam ad eius confoꝛmitatē/virtuoſum
eſt quicquid dicitur virtuoſum: et ſic ad eā omnes alie vir/
tutes moꝛales reducūtur. Et hoc modo phs vult eam eſſe
pꝛioꝛem et pꝛincipalioꝛem: et beatus Antonius pꝛefert diſ/
cretionem que ad pꝛudētiā pertinet ceteris virtutibus: vt
dicit Caſſiodo. Col. j. Sed loquēdo de pꝛincipalitate ſecū/
do modo/ſic virtutes electiue ad voluntatem pertinentes
ſunt pꝛincipalioꝛes virtute dictatiua ad intellectū pertinen
tem. Tum qꝛ nobilioꝛis perfectibilis nobilioꝛes ſunt perfe
ctiones. Voluntas autem eſt perfectibile nobilius intelle/
ctu (vt nūc ſupponitur: et eius declaratio pertinet ad quar
tum de beatitudine) nec ſufficit ꝙ nō opoꝛtet omnem per/
fectionem nobilioꝛis perfectibilis eſſe nobilioꝛem. Siqui/
dem in nobilioꝛe eſt aliqua perfectio minꝰ nobilis / aliqua
perfectione ſubiecti ſiue perfectibilis inferioꝛis ⁊ minꝰ no/
bilis. Sufficit enim ſupꝛemā nobilioꝛis excedere ſupꝛemā
minus nobilis. Nunc autem virtus moꝛalis non eſt ſupꝛe
ma perfectio voluntatis: nec pꝛudētia ſupꝛema intellectus
ſed charitas voluntatis et fides intellectus. Charitas autē
excedit fidem perfectione ſm apl̄m. Hoc inquam non ſuffi
cit: quia reſpectu eiuſdem obiecti nobilioꝛ potētia videt̄ ha
bere nobilioꝛem actū/quando vtraq̄ agit ſm vltimum ſui:
quia ibi nō eſt exceſſus ex parte obiecti: quia idē eſt: ſed tm̄
ex parte potentiarū: ergo nobilioꝛis potētie talis actus eſt
nobilioꝛ. Cū ergo circa idem bonū tanq̄ obiectū/ſit actus
intellectus pꝛactici et voluntatis: ſi vtraq̄ potentia perfe/
cte agat: hec dictādo: iſta eliciēdo: ſimpliciter nobilioꝛ erit
electio recta/dictamine recto. Et per cōſequēs habitus ge
neratus ex electionibus rectis/ eſt nobilioꝛ ſimpliciter ha/
bitu generato ex actibus intellectus dictatiuus. Tum etiā
quia dictamē rectū intellectus oꝛdinatur ad electionē rectā
volūtatis: et finis eſt nobilioꝛ oꝛdinatis in finē. Tum quia
pꝛioꝛa via generationis poſterioꝛa ſunt via ꝑfectionis. Sed
dictamen pꝛecedit generatione electionē: ergo. ¶ Secun/ Dub. 2.
do dubitatur: vtrū pꝛeter virtutes cardinales acquiſitas/ H
opoꝛtet etiam ponere virtutes cardinales infuſas. Reſpō
detur/ꝙ virtutes moꝛales acquiſite ponēde ſunt: ratio pꝛo
bat et experientia/vt deductum eſt s̄. diſtin. xxiij. q. j. Nulla
autem ratio naturalis pꝛobat virtutes infuſas eſſe ponen/
das: ſed ſola autoꝛitas ſcripture ⁊ ſanctoꝝ. Et per hoc ſicut
dictum eſt de virtutibus theologicis: ita hic cōmuniter di/
citur de moꝛalibus. Vnde Augu. diffiniens virtutē: vt ha/
betur in ſecūdo diſt. xxvij. dicit. Eſt qualitas bona mentis

quā nullus male vtitur: quā ſolus deus in nobis operatur
q̄d tm̄ de infuſa eſt verū. Jtē dei perfecta ſunt opa: ideo cū
hoiem iuſtificat: non tm̄ infundit virtutes theologicas: ſed
etiam moꝛales. Jn iuſtificatione itaqꝫ impij/ oēs ille virtu
tes ſimul infundūtur: licꝫ nō exeant in actū ſine acquiſitis:
ſicut dictū eſt de theologicis infuſis: et cōmuniter ꝓpoꝛtio
Dub.3. nabiliter dicitur de iſtis ſicut dictum eſt de illis. ¶ Tertio
J dubitaꝛ/ vtrū virtutes cardinales maneāt in patria. Rn̄de
tur bꝛeuiter/ ꝙ qꝛ habitus nō opponiꝛ actui habitus cōtra
rij. Virtutes cardinales: quia perfectiones quedā ſunt ani
me nō includētes eſſentialiter imperfectionē/ ſicut fides et
ſpes: ideo manent in patria. Habēt etiā actus in patria/ ſm
alios ab actibꝰ quos habēt in via. Nā ſm ſanctū Bonauē.
oēs actus nr̄i in gloꝛia erūt foꝛtes/ iuſti/ pꝛudētes/ caſti: vt
iuſticia excludit obliquitatē: pꝛudētia erroꝛē: foꝛtitudo mo
leſtiā: tēperātia oēm libidinē. Actus aūt quos habēt in via
non habent in patria: nō enim ibi pꝛudentia cauet inſidias
que ibi nulle ſunt: nec ibi iuſticia ſubuenit miſeris: nec foꝛti
tudo perfert moleſtias: nec temperātia coercet delectatio-
nes pꝛauas: ſed manent ibi excellentioꝛi modo ꝙ fuerūt in
via. Jn via pugnāt contra vitia: in patria gaudēt de victo-
ria pleniſſime adepta. Et tantum de queſtione.

Tractatus de donis. Diſtinctio .xxxiiij.

## Egit magiſter de vir

tutibus theologicis ⁊ cardinalibus: cōſequē-
ter determinat de donis ſpiritusſancti: ⁊ circa
hoc tria facit. Pꝛimo agit de donis in genere:
et de dono timoꝛis in ſpecie. Scđo de quoꝛūdā donoꝝ que
magis conuenire videnꝛ diſt. xxxv. Tertio de donoꝝ ac vir
tutū cōnexione ⁊ equalitate diſt. xxxvj. Et pōt ſentētia tex.
in tribus cōcluſionibꝰ quaſi ſummatim abbꝛeuiari: quarū
pꝛima cōcluſio hec eſt. ¶ Dona ſeptē ſanctiſpūs vere ſunt
virtutes electos in patria: ſicut animā chꝛiſti in via: ſm cer
tū vſum ꝑficiētes. ¶ Scđa cōcluſio. Timoꝛ in mūdanū ſi-
ue humanū/ in ſeruilē/ initialem et caſtū/ vel filialē quadri-
partitur: quoꝛū ſolus filialis cū perfecta charitate tā in via
ꝙ in patria manere cōcediꝛ. ¶ Tertia cōcluſio. Jn chꝛiſto
fuit timoꝛ pene alius a pꝛedictis: qui dici potuit timoꝛ natu
ralis. Has latius pꝛoſequitur magiſter in textu.

Queſtio vnica.

## A Jrca hāc diſtinctio

nē .xxxiiij. queritur: vtrū neceſſariū eſt pone-
re dona/ fructus et beatitudines a virtutibꝰ
theologicis ⁊ moꝛalibus realiter differētes.
¶ Per tres articulos ꝓcediꝛ ad queſtionis ſolutionē. Pꝛi
mus pꝛemittet terminoꝝ declarationē. Secūdus ſubiūget
cōcluſiuam reſponſionē. Tertius addet mouēdoꝝ dubioꝝ
Artic. 1. ſolutionē. ¶ Quātū ad pꝛimū: ꝙuis varie loquunꝛ ſancti
Nota. 1. et doc. de diſtin. donoꝝ/ beatitudinū ⁊ fructuū: tm̄ ad vitan
dū pꝛolixitatē/ ſequoꝛ in hac parte doc. ſubtilē cui cōcoꝛdat
Ockam. ¶ Dimiſſis variarū opi. recitationibꝰ/ pꝛimo no
tandū ꝙ virtutes/ dona/ beatitudines ⁊ fructus ponuntur
habitus quidā naturales vel ſupernaturales: aiam quantū
ad actus ſuos in via perficiētes: aut paſſiones/ puta gaudi
um vel delectatio actus cōſequētes: q̄d addiꝛ quoad fructꝰ
aliquos. Pꝛobaꝛ: quia cū hec ſint aliquid in aia: in qua ſm
pħm nō ſunt niſi potētia ⁊ habitꝰ ⁊ paſſiones: q̄ ſunt actus
aut qualitates actꝰ naturaliter cōſequētes: vt .ſ. habitū eſt
diſt. xxiij. q. j. Et nō ſunt potētie: qꝛ ille idētificanꝛ aie: vt ha-
bitū eſt in .ij. nec actus eliciti: qꝛ manēt tranſeūte actu. Sūt
em̄ in aia actu nō cognoſcēte vel appetente/ vtputa in doꝛ-
miēte: ergo ſunt habitꝰ vel paſſiones actꝰ cōſequētes. Paſ-
ſiones ad ſolos fructꝰ pertinēt: habitꝰ ad ceteras potētias
circa actus ⁊ paſſiones dirigētes: ⁊ hoc tanꝙ pꝛincipiū ab
Nota. 2. oibus cōceſſum ſupponaꝛ. ¶ Scđo notādū ꝓ generali ha
B bituū aie potētias perficiētium diſtinctione: ꝙ habitus eſt
quoddā genꝰ ſubalternū de genere qualitatū: habens ſub
ſe multa genera ſubalterna q̄bꝰ deſcēdiꝛ ad ſpecialiſſimas.

Habitus ergo ſiue virtꝰ diuidi pōt: pꝛimo in intellectualē
et moꝛalē: ⁊ cōſequēter vtrūqꝫ mēbꝛū in infuſum ⁊ acquiſi-
tū. Vel pꝛimo diuidi pōt habitꝰ in infuſum et acquiſitū: ac
deinde quodlibet mēbꝛoꝝ in intellectualē ⁊ moꝛalē ſiue ap
petitiuū: et nihil intereſt ad ꝓpoſitū/ an ſic vel ſic diuidaꝛ.
¶ Habitꝰ ergo ſiue acquiſitꝰ ſiue infuſus intellectualis di
uidiꝛ in pꝛacticū et ſpeculatiuū. Speculatiuꝰ diuidi pōt in
mathematicū naturalē ⁊ metaphyſicū ſeu diuinū: vt loqui
tur pħs. v. Meta. ⁊ quodlibet hoꝝ membꝛoꝝ vltra varijs
modis ſubdiuidi pōt donec veniaꝛ ad ſpecialiſſimas. Sed
illis dimiſſis: qꝛ ſciētia ſpeculatiua nō perficit hoiem ad be
ne moꝛaliter viuēdū: ꝓcedo ad diuiſionē habitus pꝛactici.
Habitꝰ pꝛacticꝰ intellectualis diuidiꝛ in eū qui eſt circa agi
bile ⁊ circa factibile. Qui eſt circa factibile ꝺꝛ ars: ⁊ poteſt
ſubdiuidi ꝑ plures diuiſiones quouſqꝫ veniaꝛ ad ſpecialiſ
ſimas ⁊ artes ſpeciales mechanicas. Similiter ⁊ habitꝰ pꝛa
cticus circa agibile multipliciter ſubdiuiditur: qꝛ neqꝫ ſciē
tia pꝛactica: neqꝫ pꝛudētia eſt vna circa oīa agibilia. Diuer-
ſoꝝ em̄ agibilium tanꝙ diuerſoꝝ obiectoꝝ diuerſi ſunt habi
tus: immo vt infra diceꝛ: quelibet virtus moꝛalis hꝫ ſpecia
lem pꝛudentiā ſibi cōnexā. Siquidē alia ſpecie eſt pꝛudētia
circa obiecta foꝛtitudinis: alia circa obiecta tēperantie: alia
circa obiecta iuſticie. Jdeo ſm diuiſionē virtutū moꝛalium
poſſet ſubdiuidi pꝛudentia. Vn̄ de tota diuiſione habitus
intellectiui pꝛactici in numero virtutū/ nō recipiꝛ niſi fides
et pꝛudentia. Habitus appetitiuus ſiue moꝛalis pōt diuidi
pꝛimo in habitū bn̄ diſponētē appetitū circa deū vel circa
creaturā. Pꝛimus eſt duplex ſcꝫ ſpes et charitas. Charitas
eſt circa deū/ vt diligibile in ſe. Spes vt diligibilē tanꝙ cō-
modū mihi: vt ex ſupꝛadictis patet. ¶ Appetitiuꝰ habitus
circa creaturā/ aut diſponit appetitū bn̄ ad ſeipm̄: aut quo-
ad alterū. Scđs ſcꝫ bn̄ diſponens quoad alterū/ vocaꝛ vno
cōmuni noīe iuſticia: ſed pꝛimꝰ q̄ bn̄ diſponit appetitū quo
ad ſeipm̄/ nō habet nomē cōmune. Et foꝛte ꝓpter hoc in an
numeratione virtutū cardinaliū/ nō ſtatur in illa diuiſione
bimēbꝛi: ſed vltra pꝛoceditur ſub illa ad ſpecies pꝛoximas.
¶ Appetibiliū em̄ ad ſeipm̄/ quedā ſunt appetibilia ex ſe q̄
ſm ſe nata ſunt conuenire ſtatim appetitui. Et ſic quedam
ſunt fugibilia que nata ſunt ſtatim ex ſe diſconuenire. Alia
ſunt niſi pꝛimo appetibilia nec pꝛimo fugibilia: ſꝫ quaſi ſe-
cūdario ꝓpter illa pꝛimo appetēda vel fugiēda. Et habitꝰ
qui diſponit circa pꝛimo appetibilia vel fugibilia in cōi/ di
ciꝛ tēperātia. Qui vͦ circa ſcđa ꝺꝛ foꝛtitudo. ⁊ pꝛima appe
tibilia ꝓpꝛie pertinēt ad cōcupiſcibilē: et ſcđa ad iraſcibilē.
Sic ergo in ꝯnumeratione virtutū oīm ſolū ſunt tres theo
logice ⁊ quattuoꝛ cardinales. De theologicis habeꝛ. j. Co-
rinth. xiij. De cardinalibꝰ Sap. viij. vt .ſ. allegatū eſt. ¶ Vl Nota. 3.
terius ſubdiuidēdo notādū/ ꝙ tres virtutes moꝛales acq̄- C
ſite: ſcꝫ iuſticia/ foꝛtitudo et tēperātia/ ſunt genera inter me
dia ſiue ſubalterna. Nā pꝛimo concupiſcibilia ſunt duo: ho
noꝛ ſcꝫ ⁊ delectatio: qꝛ omne quo aliquid pꝛimo eſt bonū. i.
cōueniēs/ aut eſt honeſtū vel delectabile. Vtile em̄: qꝛ con-
cupiſciꝛ ꝓpter aliud: nō pōt eſſe pꝛimū motiuū ad cōcupi-
ſcēdū. Vnde vtile in auto. j. Joh. ij. Omne q̄d eſt in mūdo:
aut cōcupiſcētia carnis eſt: et cōcupiſcētia oculoꝝ: et ſuper
bia vite: innuiꝛ in cōcupiſcētia oculoꝝ. Nā cōcupiſcētia ocu
loꝝ que reſpicit diuitias: nō pōt eſſe pꝛimū cōcupitū: loquē
do de diuitijs vt ſunt bonū vtile: nō vt bonum delectabile:
q̄d intelligiꝛ per cōcupiſcentiā carnis. Nō̄ ſi loquamur de
diuitijs inquātum ſunt pulchꝛe: et ſic bonū delectabile: ſic
pn̄t pꝛimo cōcupiſci ſicut aliud pulchꝛū viſibile. Sic ergo
vt dictū eſt: pꝛimo cōcupiſcibilia a natura rōnali ſunt duo:
honoꝛ et delectatio. Et ſm hoc tēperātia q̄ generaliter dili-
git appetitū circa cōcupiſcibilia: duas habet ſpecies imme
diatas. Jlla que moderaꝛ circa honoꝛes vocaꝛ humilitas.
Que vͦ circa voluptates: retinet nomē generale generis/
ſcꝫ temperantie. Et quot poſſunt eſſe voluptates diſtincte
ad quas volūtas inclinatur: et quas moderari poteſt tem-
perātia: tot ſunt ſpecies tēperantie. puta altera circa guſta-
bilia: altera circa tangibilia. Et nō ſolum circa voluptates

ſenſuū de quibus delectatur volūtas coniūcta: ſed etiā vo
luptates proprie volūtatis/vt volūtas eſt. Oīm ꝛ volūtas
angeli appetere pōt delectabile: licet non habeat appetitū
ſenſitiuū. Et ꝙ ille tēperantie ſint ſpecies diſtincte/patet ꝑ
ſeparationē: q: pōt aliquis tēperatus eſſe circa venerea no/
lēs vti niſi ſua: aut volēs ſimpliciter cōtinere: et intempera
tus eſſe circa guſtabilia volēs comedere nō comedēda: vel
nolēs comedere comedēda. Pōt etiā aliq̄s eſſe tēperatꝰ cir
ca ſenſibilia: ꝛ intēperatꝰ circa ſpeculabilia. puta ſi volūtas
ſua imoderata delecteꝭ in hoc intelligibili ſpeculando: qđ
ſꝫm ſe nō eſt ita vtile nec honeſtū ſicut aliud. Hec delectatio
ſꝫm ſe eſt imoderata: ſicut delectatio nimia circa noticiā cu/
rioſam aſtroꝝ celi et motuū eiꝰ impediēs ſtudiū rerū ſaluta
riū ꝛ neceſſariarū: et iō moderāda eſt: cū ſꝫm ſe ſit inordina/
ta. Et ſꝫm multiplicitatē delectationū ſpūalium moderami
ne indigentiū/multiplicātur partes tēperātie. ¶ Species
fortitudinis pn̄t etiā eſſe due immediate: quarū vna eſt for
titer ſuſtinere terribilia: que vocaꝭ patiētia: que eſt nobiliſ/
ſima fortitudo. Hec eſt que inclinat ad nō repellēdū triſtia
ſeu terribilia: ꝛ illud non repellere eſt quidem actus poſiti
uus ſcilicet velle nō impedire: quod eſt nolle impedire ad/
uerſa terribilia: ſeu velle pati talia. Alia eſt fortitudo in ag/
grediendo ꝛ repellēdo terribilia ꝛ aduerſa: que retinet no/
men fortitudinis. vtraq; vincit: ſed longe nobiliꝰ patientia
q̄ repellens fortitudo. Juſticia etiā ſubdiuidiꝭ: cū eīm iuſti
cia ſit virtꝰ dirigens appetitū/ vt ſe bene habeat in ordine
ad alterū. Poteſt aūt quis bene ſe habere ad alterū dupliciter.
Primo communicando ſe alteri quantū pōt ſe illi com
municare. Scđo cōmunicando illi aliquid aliud q̄ ſe/vt cō/
municādo ſua. Virtꝰ inclinās ad primū actū diciꝭ amicitia:
qua quis ſeipm̄ dat ꝓximo quantū poteſt ſe dare: et quātū
proximus pōt eū habere: ꝛ hec eſt perfectiſſima virtꝰ mora
lis: q: virtus iuſticie ſimpliciter eſt perfectior virtute bene
ordinante hoiem ad ſeipm̄: et hec amicitia eſt perfectiſſima
ſpecies iuſticie. Si aūt cōmunicet ꝓximo aliud a ſe: aut er/
go bona extrinſeca: vel bona intrinſeca: aut bona ꝑtinētia
ad cōuictū humanū/ſiue ad vitā humanā. Juſticia ordinās
circa bona extrinſeca quibꝰ hoies indigēt cōmunicatione:
diciꝭ iuſticia cōmutatiua: ꝛ frequentiꝰ diciꝭ iuſticia ꝓ tāto/
ꝙ ea que ſic cōmunicanꝭ: cōmutanꝭ illi qui cōmunicat ī ali/
quod equiualens. Si aūt cōmunicet aliquod neceſſariū ad
cōuictū. i. ad ſimul in aliqua cōmunitate ciuili vel domeſti/
ca viuendū: aut ergo eſt regimē: et hoc cōuenit preſidēti: et
hec ſpecies eſt innominata. poſſet tamē dici preſidētia vel
dominatio iuſta: aut cōmunicat ei ſubiectionē iuſtā: hec no
minaꝭ obedientia. ¶ Vlteriores virtutū cardinaliū ſubdi
uiſiones reſcinduntꝭ: q: ille que dicte ſunt ſufficiūt ad ꝓpo

Not. 4. D ſitum. ¶ Conſequenter notandū pro intellectu terminoꝝ/
beatitudinis donoꝝ et fructuum: ꝙ noīa beatitudinū que
nominātur ſiue numeranꭍ Mat. v. ſunt nomina habituū
v̄tuoſoꝝ ſꝫm aliquos heroicoꝝ/aut tēſione perfectoꝝ. Enu
meranꭍ aūt quinq; ſpecies ſpecialiores virtutū q̄ numerā
tur in ſeptenario virtutū priꝰ aſſignato. Duas q̄ppe ſpecies
temperātie enumerat ſaluator inter beatitudines. Vna eſt
humilitas que moderaꭍ circa p̄mum delectabile quod eſt
honor: ꝛ hāc exprimit ibi. Beati paupes ſpiritu. vn̄ Augu.
Recte hic intelligūtur pauperes ſpū: humiles ac timentes
deū. i. non habētes inflatū ſpiritū. Aliā ſpeciē moderantem
voluptatē in cōmuni exprimit per hoc. Beati mūdo corde.
Mundicia eīm cordis eſt immunitas voluntatis ab omni
inordinata delectatione: tā ratione ſui q̄ rōne appetirꝰ ſen/
ſitiui cui coniungiꭍ. Fortitudinē exprimit in ſua perfectiſſi
ma ſpecie: que eſt ipſa patiētia: ibi. Beati qui perſecutionē
patiūtur propter iuſticiā ꝛc̄. Juſticie exprimit tres ſpecies.
Vnā que eſt in cōmunicādo ſeipm̄ per amicitiā: cum dicit.
Beati mites. inſinuat. q̄uis eīm amicitia ſit plus q̄ beniuo
lentia: ſꝫm pħm. viij. ethicoꝝ. latente in cōtrapaſſis. Et be/
niuolētia ſꝫm pħm plus ſit q̄ mititas: q: mites ſunt qui non
offendūt nec reſiſtūt in malo: tm̄ per hoc minimū quod eſt
quaſi infimū in amicitia: exprimit illā qua quis ſeipm̄ com
municat proximo. Aliā ſpeciē iuſticie que ſcilicet diuidiꭍ in
dominationem iuſtā ꝛ obedientiam: exprimit per hoc ꝙ di
cit. Beati pacifici. Pax enim in hoc ſeruatur ꝙ preſidēs re
cte regit: et ſubditus recte obedit. Tertia ſpecies iuſticie q̄
eſt quātū ad exteriora exprimitur ibi. Beati miſericordes.
Nullo eīm alio modo poteſt quis eſſe ꝑfectus circa exterio/
ra/cōmunicando ſe proximo: q̄ vt ſit miſericors qui ſua cō
municat: non vt rehabeat: nec vt prius beneficiatus ab eo
cui cōmunicat. Liberalis eīm etſi cōmunicat amico aliqua:
tamen poteſt eſſe liberalitas aliqua inferior q̄ ſit mia: expe
ctat enim quandoq; ipſe liberalis gratitudinem pro bene/
factis: et ita liberalitas eſt impfectior ſpecies iuſticie q̄ mi/
ſericordia. Hāc igitur iuſticiam que eſt circa temporalia/ex
primit deus in ſpecie. Beati miſericordes. Et ita habentur
tres virtutes morales expreſſe in ſuis ſpeciebus vel in ſe.
¶ Theologicas duas exprimit/ibi. Beati qui eſuriūt et ſi/
tiunt iuſticiam. Eſurire enim non eſt ſine mia: ſed habitus
quo elicitur eſt charitas. Propriiſſime eīm charitas vie eſt
habitus quo eſurimus iuſticiam: ꝛ diligere deum in ſe que
eſt quedam dilectio: eſt vera iuſticia. Spem vero exprimit
per illam. Beati qui lugent. Luctus enim eſt habitus deſi
derandi. Sic ergo in octo beatitudinibus exprimūtur due
virtutes appetitiue theologice et tres morales. Fortitudo
in ſe: et temperantia in duabus ſpeciebus: et iuſticia in tri/
bus ſpeciebus. Due autem virtutes intellectuales: theolo
gica ſcꝫ fides: et cardinales que eſt prudentia: nō exprimū
tur in ſe nec in ſuis ſpeciebus: ſed dantur ſatis intelligi per
appetitiuas: quia non eſt voluntas ſatis diſpoſita ſine vir/
tute in intellectu correſpondente. ¶ Qđ etiā dicūtur bea/
titudines nō eſt intelligendum ꝙ habitus illi vel actus eo
rum ſint beatifici in re: ſed in merito: quia per actus eorum
meremur beatitudinē: ſicut in pleriſq; locis loquiꭍ ſcriptu
ra de beatitudine in ſpecie ſiue in merito: vt ibi. Beatꝰ qui
intelligit ſuper egenum et pauperē. ¶ Sic de donis intel/ E
ligēdum: ꝙ ibi numerantur quattuor virtutes cardinales:
et tres theologice. Prudentia per illud: Spiritus conſilij.
Nam prudentia proprie eſt habitus conſiliatiuus: quia eſt
habitus ſyllogizandi practice: et ſic ſyllogizare eſt conſilia/
ri. Vnde habitus quo quis eſt conſiliatiuus/eſt prudētie.
Fortitudo exprimitur nomine ſuo inter dona. timor eſt ſpe
cies temperātie. Jdē eīm eſt omnino timor qđ humilitas: li
cet alio noie nominetur. Vnde Augu. ſuper illud: Btī pau
peres ſpiritu. Qđ ſcriptura frequenter commendat timorē
dei initiū dei ſapiētie: nihil aliud eſt q̄ ꝙ humilitas eſt ini/
tium virtutū. Qđ etiā inter dona numeraꭍ pietas/ hec eſt
miſericordia: ꝛ illa vt dictū eſt: ſpecies eſt iuſticie. Charitas
autē exprimitur per illud: Spiritus ſapientie. Vbiq; enim
in ſcriptura per ſapientiam charitas intelligitur. Sapiētia
eīm eſt habitus quo ſapit habēti obiectū quod eſt in ſe ſapi
dū: quo ſcꝫ mihi placet illud bonū in ſe: ꝛ illud volo mihi:
et ita in illo dono etiā includiꭍ ſpes. Nā habitus quo ſapit
mihi bonū in ſe: eſt charitas: et habitus quo bonū in ſe ſa/
pit mihi tanq̄ bonū mihi/eſt habitus ſpei: et vtrūq; perti/
net ad ſapientiam. Fides aūt exprimitur per duo dona/ſcꝫ
intellectū et ſcientiam. Nō eīm illa duo circūloquunꭍ duos
habitus ſpecie diſtinctos: ſꝫ vnū tm̄ ſꝫm perfectū ꝛ imper/
fectū: quoꝝ imperfectus eſſe pōt ſine perfecto: ꝛ nō ecōuer
ſo. Sicut eīm in naturalibus intellectus dicitur eſſe princi/
piū ꝛ ſciētia ꝯcluſionis explicite ex principijs illate: ꝛ intel
lectus q: noticia vniuerſalior/eſt imperfectior ſcientia: que
eſt noticia particularior: q: cōcluſionis illate. Jta per intel
lectū accipiꭍ noticia articuloꝝ primoꝝ que ſunt quaſi prin/
cipia ceteroꝝ credibiliū: et ſciētia ꝓ noticia explicita articu
loꝝ ſpecialium: quaſi concluſionū ex prioribus illatarū. Et
poteſt ſcientia dici fides perfecta: intellectus vero fides im
perfecta/quia eſt principiorum: ſcientia vero concluſionū.
Sic ergo in donis numerantur tres virtutes theologice: ꝛ
quattuor cardinales. Charitas et ſpes in ſapiētia: fides in
intellectu et ſcientia. Prudentia intelligitur per conſili/
um: iuſticia in ſua ſpecie/ ſcilꝫ pietate que eſt miſericordia.

Temperātia ſimiliter in ſua ſpecie/ſcꝫ timore que eſt humi
F litas. Fortitudo in noīe proprio. ¶ De differentia tn̄ parti
culariori ſapiētie/intellectus et ſciētie/clarius dicet̄ in diſt.
ſequenti. ¶ Fructus aūt ſpūs annumerat apl's ad Gal. v.
Fructus ſpūs (inquit) eſt charitas/gaudiū/pax/patiētia/
benignitas/bonitas/longanimitas/māſuetudo/fides/mo
deſtia/cōtinētia/caſtitas. Hoꝝ duodecim fructuū quidam
ſunt virtutes de numero ſeptē virtutū. Quidā ſunt ſpecies
virtutū numeratarū. Quidā nec̄ ſic nec̄ ſic: ſed ſunt dele
ctationes cōſequētes virtutū actus. verbi gratia: charitas
ibi exprimit̄ noīe ꝓprio: ſimiliter et fides. Spes aūt in hoc
ꝙ dicitur longanimitas. Dicit̄ em̄ longanimis quaſi in lō-
gū animoſe expectās. Exprimūtur etiā morales ibi. Forti-
tudo/in hoc ꝙ dicitur patiētia: que eſt principalior ſpecies
fortitudinis. Iuſticia exprimit̄ in tribus ſpeciebus. In mi-
ſericordia que in fructibus dicit̄ bonitas: cōmuniter enim
bonus dicitur qui cōmunicat ſe in aliquo ꝓximo. In amici
tia que dicit̄ benignitas que eſt beniuolētia: nā benign⁹ di-
cit̄ quaſi bene ignitus. In tertia ſpecie que ꝑtinet ad regi-
mē ⁊ ſubiectionē que dicit̄ māſuetudo: vel per māſuetudi-
nē ſpecialiter exprimitur obediētia. Māſuetus em̄ exequi
tur oīa ſine murmure. Tēperantia exprimit̄ in duabus ſpe
ciebus ſuis: ſcꝫ cōtinētia ⁊ caſtitate: ſi placet dicere cōtinen
tiam eſſe circa alia delectabilia: et caſtitatem circa venerea.
Per hec duo pōt intelligi vna ſpecies circa quecunq̄ dele
ctabilia. Prudentia exprimit̄ ibi: modeſtia. Modeſtus em̄
eſt qui debitū ⁊ rectū modū tenet in agēdis: et prudētie eſt
debitū modū in actione inuenire/prefigere ⁊ determinare.
Sic habemus tres theologicas virtutes in ſe. Fortitudinē
in vna ſpecie: ſcꝫ patiētia: iuſticiā in tribus ſpeciebus: tēpe
rantiā in vna vel duabus ſpeciebus: prudentiā in vna ſpe-
cie. Et ita in fructibus habent̄ oēs ſeptē virtutes theologi
ce ⁊ cardinales. Numerant̄ etiā ibi quedā que ſunt delecta
tiones cōcomitātes vel cōſequētes actus virtutū/gaudiū
ſcꝫ et pax. Gaudiū em̄ proprie eſt delectatio in volūtate. Et
Nota. 5. pax eſt ſecuritas habēdi obiectū ſine impugnatiōe. ¶ Vlti
G mo notādum ꝙ habitus illi virtutū/ſcꝫ beatitudines/fru-
ctus/⁊ dona: que oīa hic includūtur: dicūtur dona ſpūſſcti
dupliciter. Vno modo q: immediate infundūtur a ſpūſan-
cto: ⁊ nec illi nec aliqui habitus eiuſdē ſpeciei cū illis circa
eadē obiecta pn̄t acquiri ꝑ naturā: ſicut. s̄. dictū eſt de fide
infuſa que eſt alterius ſpeciei cū fide acquiſita: q: habit⁹ ac
quiſitus pōt eſſe ſufficiēs principiū cū potētia ⁊ obiecto ad
eliciendū actū ad quē infuſus nō eſt ſufficiēs principiū cuꝫ
potētia ⁊ obiecto. Nam habitus infuſus nunq̄ inclinat ad
actū ſine habitu vel actu eius acquiſito: vt. s̄. dictū eſt de fi
de acquiſita ⁊ infuſa. Scd̄o modo dicuntur dona ſpūſſan-
cti: q: licet infundantur a ſpūſancto: pn̄t tn̄ ipſi vel alij eiuſ
dem rōnis naturaliter acquiri. Et ijdē ſunt eiuſdē rationis
cum acquiſitis: ⁊ pn̄t immediate inclinare ad eoſdē actus:
ad quos habitus acquiſiti ſine acquiſitis. Sicut donū lin-
guarū datū apl'is in die pentecoſtes fuit habitus ꝑ quē po
terāt intelligere ⁊ loqui oīa linguarū genera: qui potuiſſet
naturaliter acquiri ꝑ vſum ⁊ doctrinā. Et ita de dono ſcien
tie ⁊ intellectus/quo nouerūt oēm veritatē neceſſariam ad
ſalutē et ſcripturarū intellectū: qui habitus licet poterāt ac
quiri per ſtudiū ⁊ doctrinā longi tēporis ⁊ exercitij: tamen
de facto infundebant̄ a ſpūſancto. Sed tales habitus vir-
tutū nō infundunt̄ regulariter cuilibet baptizato: ſicut do
cet experiētia. Non em̄ infundūtur ſine ſpeciali ⁊ nouo mi
raculo. Et forte de his ſcd̄o modo dictis habitibus loquit̄
apl's dū vult dona gratie ⁊ ſpūſſancti nō oīa ſingulis infun
di: ſed eſſe diuiſiones gratiarū et vnū ſpm̄ diuidentē ſingu
lis ꝓut vult. j. Coꝛ. xij. Ex quo videt̄ ſequi/ꝙ ſi dona ſpiri
tuſſancti infunduntur cuilibet baptizato vna cū charitate/
ſpe ⁊ fide: ꝙ illi habitus nō ſunt eiuſdē rōnis cū habitibus
infuſis apl'is et ꝓphetis: q̄ ſtatim ſine acquiſitis poterāt ꝑ
Artic̄. 2. habitus infuſos elicere actus: qd̄ nō pn̄t regulariter bapti
Cōcl̄. 1. zati: vt ptꝫ ꝑ experiētiā/et oſtēſum eſt. s̄. de fide. ¶ Quātū
H ad ſcd̄m articulū eſt ꝯcluſio prima. Viator ſufficiēter perfi-
citur per habitus ſeptē virtutū/ad quoſlibet act⁹ ſaluti ne
ceſſarios eliciendū. Et intelligenda eſt concluſio de habiti
bus infuſis ⁊ acquiſitis. Probatur cōcluſio poſt Sco. So
li habitus ponēdi ſunt in viatore: quibus viator perficitur
circa omne obiectū quātū ad actus eliciēdos: circa qd̄ per-
fici pōt in via: hmōi habitus ſunt ſeptē virtutes in genere:
tres theologice/⁊ quattuor cardinales: ergo preter illos ſe
ptem alij nō ſunt ponēdi. Cōſequētia nota cū maiore. Mi
nor probat̄: quia omne obiectū circa qd̄ perfici pōt viator:
aut eſt deus: aut creatura. Sed circa deū ſufficiēter perfici-
tur tribus virtutibus theologicis in ſummo: quantū perfi
ci poteſt viator perfectiſſime: ſi illi tres habitus ſunt perfe
ctiſſimi. i. ſi habet eas in habitu multū intēſo: ſm̄ hoc enim
dicūtur perfectiſſimi. Circa creaturam vero ſufficiēter per-
ficitur ꝑ quattuor virtutes cardinales: ſi ſint perfectiſſime:
ideo. Minor vera. Antecedens probatur. Sufficiēter per
ficitur viator quoad deum/ſi perficiatur quoad eum vt in-
telligendum: et bonum in ſe diligibile: et vt commodū via
tori: quia alios actus ordinatos circa deum habere nō po-
teſt/q̄ꝫ intelligere et diligere deum in ſe: et appetere deum
vt bonum commodum viatori. Sed quantum ad primum
ſufficienter perficitur per fidem: q: omnis cognitio dei via
toris eſt cognitio fidei. Quoad ſecūdum per charitatem:
quoad tertium per ſpem: vt patet ex dictis. Et quidē perfe
ctiſſime/ſi dicte virtutes ſunt perfectiſſime/ſm̄ capacitatē
viatoris: vel ſm̄ ſe ſm̄ diuerſas opiniones. Secunda pars
antecedētis ſimiliter patet: quia quoad alia a deo ſufficien-
ter perficitur intellectus per prudētiam: quia per illā (ſi ſit
perfectiſſima) nouit omnia agibilia circa creaturas quātū
ad omnem conditionē agibilis. Similiter appetitus perfi
citur quantum ad ſe et ad alterum appetēdum/diligēdum
vel fugiendum per tres virtutes morales: temperātiam et
fortitudinem tam quoad concupiſcibilem/q̄ꝫ quoad iraſci
bilem quoad ſe: et per iuſticiam quoad alterum: vt dictum
eſt in primo arti. et hoc quantum poſſibile eſt perfici ſi ſint
perfectiſſime. Et dicitur notanter quoad actus ad ſalutem
neceſſarios: quia preter illos ſeptem habitus/plures ſunt
habitus ſpeculatiui et practici: vt metaphyſicales/mathe-
maticales ⁊ naturales: et ſimiliter habitus factiui artiū me
chanicarum: ſed hoꝝ actus non ſunt neceſſarij ad ſalutem.
¶ Secunda concluſio. Beatitudines et dona ſanctiſpūs Cōcl̄. 2.
non diſtinguūtur realiter a dictis ſeptem virtutibus. Pro- I
batur concluſio: q: dona et beatitudines ſunt habitus qui
dam perficientes anime potentias/quātum ad ea que per
tinent ad anime ſalutem. Sed omnes tales habitus cōpre-
henduntur ſub his ſeptem virtutibus: ergo non diſtinguū
tur ab eis realiter. Conſequentia nota. Maior patet: quia
ſunt perfectiones accidentales anime permanētes inclinā
tes animā ad actus virtuoſos: et ita ſunt aliquid in anima
et non potentie. manifeſtū eſt. Nec paſſiones: q: non actus
nec actum requirentes: alioquin non eſſent in dormiēte: er
go habitus. Tenet conſequentia per phm̄. ij. Ethico. ſimili
forma probantem virtutes eſſe habitus. Minor ꝓbata eſt
concluſione precedenti. Itē probatur ex diffinitione virtu
tis. Sunt em̄ qualitates permanētes que habentem perfi-
ciūt et opus eius bonū reddunt: ergo virtutes: et per cōſe-
quens alique ex his ſeptē/ad quas (vt dictū eſt) oēs alie re
ducūtur tam infuſe q̄ꝫ acquiſite. Poſſet idē probari deſcen
dēdo ad ſingula particularia ⁊ virtutes: vt patuit in primo
articulo. ¶ Tertia cōcluſio. Perfectio donoꝝ et beatitudi Cōcl̄. 3.
num nō mutat ſpeciē virtutū. Probatur: q: perfectio habi K
tuū reſpectu eorūdem obiectoꝝ/et eorundē actuū ſpecie/⁊
ab eadem cauſa procedentium attēditur penes intēſionem
gradualem eorundē: ſed intenſio gradualis non mutat ſpe
ciem: ergo habitus ſm̄ ſolam perfectionem intenſionalem
diſtincti ſunt eiuſdē ſpeciei. Conſequentia nota. Maior pa
tet. Perfectio habituū vel attēditur ex perfectione obiecto
rum/aut actuū ad quos inclināt: aut cauſarū a quibus pro
ducuntur: aut ex intenſione graduali: quia nihil aliud ab
his aſſignari poteſt. Nā finis et circunſtantie ſunt obiecta:

vt dictū eſt.ſ̄.diſt.xxiij.q.j. Ubi ergo eſt idē obiectū actus/
et cauſa: habitus perfectio attēdi nō pōt niſi penes intēſio⸗
nē. Minor ꝓbatur: q: qualitates intēſa et remiſſa ſunt eiuſ
dē ſpeciei: ſicut ſumma caliditas: et caliditas ſunt eiuſdem
ſpeciei. Similiter ſumma charitas: et charitas ſunt eiuſdē
ſpeciei. In oībus em̄ gradibus qualitatis ſaluaꝛ ratio ſpe⸗
ciei. Quilibet em̄ gradus albedinis eſt albedo: ⁊ quilibet
gradus gratie eſt grā: et ſic de alijs. ¶ Ultra habit⁹ dono⸗
rū ⁊ beatitudinū ſunt eiuſdē obiecti ⁊ eoꝛūdē actuū/cui⁹,⁊
quoꝝ ſunt virtutes: vt patet ex primo arti. ⁊ ab eadē cauſa:
q: a deo infundēte: ſicut em̄ dona ⁊ beatitudines ſunt habi
tus infuſi: ita etiam virtutes ſunt infuſe. Patet de theologi
cis ⁊ cardinalibus: licet preter infuſos etiā ſint virtutes ac
quiſite eiuſdē numeri: ergo ſi differūt dona ⁊ beatitudines
in perfectione nō differūt niſi ſm intēſionē a virtutib⁹: ſed
perfectio intenſionalis nō tollit rationē virtutis. Summa
em̄ charitas/eſt charitas ⁊ virtus: et ſic de alijs. Quare ꝓ⸗
pter perfectionem dona et beatitudines nō diſtinguūtur a
virtutibus. ¶ Corollariū. Diſtinctio quā beatus Tho. et
ſanctus Bona. aſſignāt inter virtutes ⁊ dona ⁊ beatitudi⸗
nes/nō tollit rōnē virtutis. Patet: q: illa diſtinctio accipiꝛ
penes minorē perfectionē habituū eoꝛūdē obiectoꝝ ⁊ actu
um ſpecie: vt patet diligenter eoꝝ ſcripta intuēti: ⁊ illa non
tollit rōnē ſpeciei. Summa em̄ charitas eſt charitas: ⁊ om
nis charitas eſt virtus theologica: etiā ſumma oīm ꝑfectio
num habitualiū/tam vie ꝙ patrie eſt charitas: ſm aplm et
Antecedẽs ꝓbatur: quia charitas tam infuſa q̃ acquiſi-
ta ſtant cũ habitu fornicationis aut parcitatis ſeu prodi
galitatis. Nã ſi luxurioſus tenax aut ꝓdigus cõuertatur
ad penitentiã: ⁊ infundatur ſibi charitas per quã pecca-
ta remittunť: nõ ſtatim corrũpuntur oẽs habitus vitioſi
quia cõuerſus talis poſt cõuerſionẽ adhuc ſentit ſe incli
natũ ad actus prioꝝ vitioꝝ plus q̃ ad alios actus inordi
natos: que inclinatio nõ eſt niſi ꝑ habitꝰ derelictos. Rñ-
detur cõcedendo ꝙ habitus vnius virtutis nõ opponiť
nec repugnat habitui vitioſo alteri virtuti oppoſito: im
mo nec actui talis vitij: ſꝫ nec actui vitij ſibi oppoſiti: nã
habitus caſtitatis ſtat cum actu luxurie. Poteſt enim ha
bens habitũ caſtitatis per libertatem voluntatis velle
luxuriari: ⁊ etiã actum perficere: ſicut luxurioſus cõuer
ſus manẽte habitu luxurie/ poteſt velle continere. Habi
tus enim etſi inclinãt voluntatẽ ad actus ꝓprios: nõ ta-
men neceſſitãt: ideo eis manẽtibꝰ/ poteſt volũtas actus
oppoſitos elicere. Non ergo contrariatur habitus actui
etiam habitus oppoſiti/ excepta charitate infuſa: que cõ
trariatur omni actui culpabili. Et ideo corollaria illa

non ſunt intelligēda de ſolo habitu virtutis: ſed de actu virtuoſo ⁊ vitioſo: qui actus etiā virtus vſu loquentium dr̄. Eſt em̄ virtus duplex: ſcʒ actualis ⁊ habitualis: ſic et vitiū. Aut intelliguntur de habitu habēte actū coniunctū. Nā ꝓbationes ꝓcedūt de actibus: ideo in tertio corollario dr̄ copulatim. ⁊ dictamini recto prudētie illius virtutis oppoſite vitio: qr̄ ſtante habitu ⁊ actuali actu prudētie / ſequitur actus ſm̄ inclinationē habitus qui formaliter cōtrariatur actui vitij oppoſiti: ⁊ per cōſequēs nō ſtat cum vitio actuali. Sic in quarto corollario additur / culpabili: qḋ referendū eſt ad vitiū ⁊ errorē. Vitium autē habitus ſine actu nō eſt culpabile: licʒ habeat generationis principiū culpabile: ſcʒ actus vitioſos. Habitibus enim neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur meritorie: ſed actibꝰ. Nō ergo vera ſunt illa corollaria de habitu ab actibꝰ ſeparato ſed breuiter intelligenda ſunt de virtute actuali: hoc eſt de actu virtutis ſiue de habitu cōiuncto actu.

Dub. 3. X ❡ Tertio dubitatur cōtra concluſionē tertiā ſcd̄e partis articuli ſecundi / vbi dictum eſt: prudentiā non cōnecti virtutibus moralibus. Nam phs. vj. Ethi. c. x. dicit. Impoſſibile eſt prudentē eſſe nō entem bonum: cuius rationē premiſit. Peruertit em̄ malicia ⁊ mentiri facit circa principia practica. ⁊. iij. Eth. c. iij. Ignorat quidē igitur oīs malus que oportet operari ⁊ a quibꝰ fugere oportet. ⁊ ita ſi malicia excecat intellectū: ſequitur ꝙ prudētia nō pōt ſtare cū malicia: ergo neceſſario coexigit bonitatē: que nō erit niſi ꝑ virtutē moralē. ❡ Ad illud r̄ndetur ꝙ prudētia qn̄qꝫ accipitur ſtrictiſſime pro ratione recta agibiliū: cui ſe cōformat appetitus. quomodo dicit phs. vj. Ethi. ꝙ eſt recta ratio agibiliū confeſſe ſe habens appetitui recto: appetitus autē nō eſt rectus ſine virtute morali. Alio modo accipitur cōmunius pro ratione recta agibiliū. hoc eſt pro noticia habituali vel actuali practica de agibilibꝰ vere et recte dictāte / nō curando an voluntas eligēdo conſentiat vel nō. Primo modo prudētia dicit duo / ſcʒ virtuteʒ intellectualē: ⁊ aſſiſtentē moralē: ⁊ ſic nō eſt dubiū quin prudentia coexigit virtutē moralē: nec de illo eſt aliqua diſputatio: quia ſic nō eſt aliud querere. An prudētia ſit cōnexa virtuti morali: ꝙ̄ querere / an prudētia habēs cōiunctam virtutē moralē / ſit cōnexa virtuti morali: qḋ nihil eſt querere: cū ſit per ſe notū. ❡ Sed de prudētia ſecundo modo eſt queſtio ſcʒ: vtrum intellectus poſſet recte dictare de agēdis dum nulla ſit virtus in voluntate. Et ſm̄ hanc acceptionē prudentie reſpōſum eſt affirmatiue: ꝙ ſimpliciter rectū dictamen pōt ſtare in intellectu abſqꝫ recta electione illius dictati in volūtate. Et ſm̄ hāc acceptionē prudentie reſpōdendo ad autoritates dicendum ſm̄ Sco. diſt. preſenti: ꝙ malicia excecat intellectuʒ ſm̄ autoritates allegatas dupliciter: vno modo priuatiue: alio modo poſitiue. Priuatiue: qr̄ auertit a cōſideratione recta. Volūtas em̄ eligēs oppoſitū alicuius dictati a recta ratione: nō permittit intellectū diu ſtare in illo dictamine recto: ſed auertit ipſum ad cōſiderandū rationē pro oppoſito: ſi que poſſint eſſe rōnes ſophiſtice aut ꝓbabiles ad illud: aut ſaltē auertit intellectū a ſuo vero dictamine ad cōſiderandū aliqḋ impertinēs / ne ſtet illa actualis diſplicētia ac remorſus q̇ habet eligēdo oppoſitū dictati. Poſitiue autē excecat: naʒ ſicut volūtas recte eligēs finē: precipit intellectui cōſiderare illa q̄ ſunt neceſſaria ad illū finē: ⁊ intellectus ſic inquirēdo media ordinata ad illum finē rectū generat in ſe habitū prudētie: ita voluntas eligēs ſeu preſtituens ſibi malū finē. (Poteſt em̄ ſibi preſtituere malū finē: vt inordinatā delectationē) imperat intellectui conſiderare media neceſſaria ad cōſequēdū illū finē. Et ſicut habitꝰ generatꝰ ex imperio volūtatis bene eligētis in intellectu dictāte circa mediū ad illuʒ finē bene electū aſſequēdū eſt prudētia. Ita volūtate mala eligēte / habitus acquiſitus ex intellectus dictamine circa ea q̄ ordinantur ad illud male electum eſt error: ⁊ habitus directe oppoſitus habitui prudentie: ⁊ poteſt vocari imprudentia vel ſtulticia: nō tamē priuatiue ſed poſitiue ⁊ cōtrarie: qr̄ ſicut prudēs hʒ habitū q̄ recte ⁊ prōpte dictat media ordinata ad finē debitū: ita ille habet habituʒ quo prompte inueniat media ordinata ad finē a voluntate mala preſtitutū. Et quia talis habitus generatur ex imperio voluntatis male eligētis: ꝓ tanto verū eſt ꝙ voluntas mala excecat intellectū. Nō quidem faciēdo errare circa aliqua cōplexa: ſed faciēdo intellectū habere actum cōſiderādi obiecta media ad malum finē. Et habitus ille error eſt in agibilibus: licʒ non ſit error deceptiuus quantū ad ſpeculationē. Hec Sco. hoc eſt error ille nō eſt error in cognitione veri: quia illa media inuenta ad finē vitioſum preſtitutū ad eum conſequendum vera ſunt media. Eſt autem error in moribus: quia cū finis preſtitutus malus ſit: ⁊ malicia dr̄ error in moribus: oīa que ad hunc finē ordinantur mala ſunt: ⁊ ſic erronea in moribꝰ. Et ita ad primā auto. dr̄ ꝙ phs loquitur de prudētia ſtrictiſſime ſumpta. Et ad ſcd̄am patet: quomodo malicia peruertit intellectum circa principia practica priuatiue auertēdo ab eoꝝ cōſideratione: nō ꝙ malicia facit diſſentire ꝓ̇ncipijs practicis: ſed facit ea nō cōſiderare ⁊ facit mentiri i. alia media cōſiderare / quibꝰ deuiatur ⁊ erratur ab attingēdo finē virtutis: licʒ eis nō deuietur ad malū finē preſtitutū cōſequēdum. ❡ Ad tertiā auto. iij. Ethi. dr̄ ꝙ nō eſt cōtra cōcluſionem: quia etſi malus eſt ignorās / nō conſiderādo vera bona finis aut medioꝝ: ſed apparētia amplectēdo pro veris: nō tamen ſequitur ꝙ oīs bene iudicans de agēdis ⁊ ita prudēs ſit nō malus ſiue bonus.

❡ Quarto dubitatur: vtrū oēs v̓tutes in eodē hoīe ſint equales iuxta ꝯcluſionē ſcd̄am textus. Dub. 4. Y

❡ Pro reſpōſione notādū ꝙ dubiū intelligi pōt vel de virtutibꝰ theologicalibꝰ ⁊ moralibꝰ infuſis: aut de acquiſitis. ❡ Scd̄o notandū: ꝙ hec equalitas intelligi poteſt Vel quantū ad dignitatē ⁊ perfectionē eſſentialē virtutū: que arguitur ex dignitate obiecti ⁊ cōiunctione potētie cū obiecto. Scd̄o modo quantū ad extenſionē: vt qr̄ vna circa plura obiecta dirigit ꝙ̄ alia. His duobꝰ modis dubiū nō eſt quin virtutes taʒ infuſe ꝙ̄ acquiſite nō ſint equales. Nā primo modo theologice perfectiores ſunt moralibꝰ: ⁊ inter theologicas perfectior eſt charitas: q̄ intimius vnit obiecto beatifico ꝙ̄ ſpes / aut fides. Et inter morales iuſticia dicitur perfectior ſm̄ pħm. v. Ethi. Secūdo modo prudētia excedit alias: quia dirigit circa omniū virtutuʒ obiecta. ſimiliter ⁊ fides. Tertio modo pōt attendi equalitas penes intenſionē habituū: ⁊ quantuʒ ad hūc modū loquēdo de acq̇ſitis nō ſunt equales: qm̄ cū habitꝰ ſicut ex actibꝰ generantur: ita ex eiſdē intēduntur ⁊ augētur: nō autē equaliter eliciūtur actus circa ſingula obiecta virtutū: ſequitur ꝙ habitus nō ſint equales: immo vt dictū eſt: nō ſunt ſic cōnexe formaliter. Vn̄ pōt haberi vna virtus intenſa / ⁊ nullus gradus alterius virtutis. Verū quantum ad cōnexionem principiatiuā poteſt poni equalitas / eo ꝙ eadem ſunt principia generatiua: vt cauſe partiales omniū virtutū: ideo quantū ad hoc eſt equalitas: nō autē quantū ad cōnexionē inclinatiuā: qr̄ ille habitus magis ⁊ fortius inclinat qui eſt intēſior. Sed de infuſis theologicis: quia ſimul infundūtur: dicitur ſm̄ ſanctos ⁊ doc. ꝙ ſunt equales quantū ad gradū intenſionis: quia cū ex diuina liberalitate infunduntur: nulla poteſt aſſignari cauſa cur eiuſdem gradus infundantur: quelibet tn̄ in ſua ſpecie. Non ex parte dei qui liberaliſſimus eſt: et ſm̄ diſpoſitionē ſubiecti recipientis dona ſua partitur. Nec ex parte meriti: quia dū precedit meritum ſiue de condigno / vt in augmētatione: ſiue de congruo / vt in impij iuſtificatione: vnum eſt meritū reſpectu omniū virtutū. Nam vno actu meritorio ſicut augmentatur charitas: ita eodē ſpes ⁊ fides. Nō enim meretur actus augmentum habitus infuſi: niſi pro quanto procedit a charitate: nec actus vt eſt alterꝰ virtutis preciſe eſt meritorius. Et ſimile eſt de virtutibus moralibꝰ

infuſis

infuſis (ſi ponantur) quia ſentit Sco. circa finē huius diſt.
ꝙ nō ſunt neceſſarie: nec in via: nec in patria. Et ſi ꝓpter
perfectionē cōprehendētis ponātur in beatitudine: pñt in/
fundi in illo inſtanti beatificationis: aut pñt acquiri ꝑ act⁹
earū. Et ſm hoc intelligenda eſt equalitas virtutū/ quā po
nunt ſancti: ſicut earū connexio. Unde eo modo ſunt equa
les quo connexe. Per hec dicta ſoluuntur omnes autorita
tes ſanctoꝝ que de connexione loquuntur: ꝙ ſunt quedam
connexe: ſed illis modis qui in cōcluſionibus poſitis expri
muntur. Et tantum de illa queſtione.

Diſtinctio. xxxvij.

# POſtquā in preceden

tibus. xiiij. diſtinctionib⁹ a. xxiij. vſq ad pre/
ſentē ſcz: determinauit magiſter de ꝑfectioni
bus (capitis chriſti et mēbroꝝ) habitualib⁹/
virtutibus ſcz ⁊ donis. In ſequētibus quattuor diſtinctio/
nibus finalib⁹/ agit de perfectionibus que ſunt actus: ⁊ de
preceptis. ¶ Et circa hoc duo facit. Primo agit de p̄ceptis
reſpiciētibus executionē operis. Scd̄o diſtin. xl. de vltimis
duobus que reſpiciūt cōcupiſcentiā cordis. Circa primum
adhuc duo facit. Primo de octo primis preceptis decalogi
agit generaliter. Scd̄o quaſdā difficultates ꝓſequit̄ cōcer/
nētes certa precepta ſpecialiter diſt. xxxviij. Sententia hui⁹
diſt. in ſequētibus trib⁹ concluſionibus cōtinet̄. ¶ Prima
cōcluſio. Decalogus decē habet precepta: quoꝝ prima tria
ad deū pertinētia/ in prima tabula: reliqua ſeptē dilectionē
proximi cōcernētia/ in altera ſunt deſcripta. ¶ Scd̄a. Pre/
ceptoꝝ prime tabule que ad verū dei cultum (litteraliter ⁊
tropice intellecta) plene dirigūt et perfecte: primum ad pa
trē in quo eſt vnitas et autoritas: ſecūdū ad filiū in quo eſt
equalitas: tertiū ad ſpiritūſanctū pertinet in quo eſt cōmu
nitas vtriuſq. ¶ Tertia cōcluſio. In primo precepto ſecū
de tabule parentū honor ⁊ ꝓuiſio neceſſaria precipit̄. Ho/
micidiū corporale et ſpūale in ſecūdo. Mechia et oīs geni
taliū mēbroꝝ abuſus in tertio. Furtū ⁊ rapina/ ſacrilegiū ⁊
vſura in quarto. In quinto ſub falſo teſtimonio/ crimē mē
dacij ac periurij prohibet̄: quarū latior declaratio eſt in te/
xtu. Quia aūt diſtinctio hec cum ſequētibus/ de preceptis
decalogi tractat: de quib⁹ ſufficiēter tractādis: volumen in
gēs circa reſtantiū quattuor diſtinctionū materias colligē
dū eſſet: ſicut nōnulli de his decē preceptis nō inutiliter/ tā
diffuſe/ q̄ꝫ doctrinaliter ⁊ fructuoſe volumina non modica
cōſcripſerūt. Faſtidio igitur conſulens: circa has diſtinctio
nes breuius procedam/ quedam generalia mouendo: par/
ticulariorem inquiſitionem alijs committens.

Queſtio vnica.

A # IGitur iuxta hāc di/

ſtinctionē queritur: vtrū ad precepta decalo/
gi legis nature indiſpenſabilia/ referātur om
nia alia legis mādata. ¶ Premiſſis notabili/
bus/ reſpōſiue cōcluſiones ſubiūgētur cū mouendoꝝ ſolu/
Artic. 1. tione dubioꝝ. ¶ Quātū ad primū: qr queſtio querit de le/
Nota. 1. ge et mādatis. Notandū ꝙ lex dicit̄ a ligando. i. obligādo:
vel a legēdo. i. dictando quid agendū ſit. Et qr lex decalogi
obligatoria eſt: ideo dimiſſis conſultorijs ac permiſſiuis le
gibus (etſi q̄ ſunt alie) de obligatoria lege dicendū eſt: que
et preceptū et mādatū dicit̄: extendēdo preceptū ad ꝓhibi
tionem. Et hec ſic deſcribi pōt: vide hic Gerſ. lec. ij. de vita
B ſpūali aīe: et in de pote. eccle. cōſi. vlti. ¶ Lex obligatoria
eſt ſignū verū creature rationali notificatiuū recte rōnis di
ctantis ligari eā ad aliquid agendū vel nō agendū. ¶ Di/
citur ſignū notificatiuū: qr nulla lex obligat liberū arbitri/
um ſi notificata nō fuerit: alioquin naturaliter fatui ⁊ inſen
ſati: immo et bruta dicerentur obligari: et legē obligatoriā
habere: cuius tranſgreſſio eſſet imputabilis ad penā: ⁊ ob
ſeruatio ad premiū: quod nullus dicit. ¶ Sed forte obijce
res de paruulis: quos obligauit de⁹ ad baptiſmi ſuſceptio/
nē taliter: ꝙ ſine eo ſi in vtero materno moriātur dānabun/
tur: et tamē cōſtat eos tunc ignorare: immo nec ſcire poſſe.
Reſpondetur ꝙ ibi nec lex eſt: nec preceptum: cuius tranſ
greſſio imputetur ad nouā culpā actualē: ſed eſt ibi quod/
dam ſtatutū diuinū: quo non obſeruato/ nō redditur here/
ditas amiſſa in adā primo parente. Unde abſq libera com
miſſione vel omiſſione: ad cuius oppoſitū rationalis crea/
tura obligata fuerat: peccatū eſſe nō poteſt. ¶ Sed adhuc
quis obijceret: nā lege humana quandoq obligant̄ igno/
rantes ea que iuris ſunt. Reſpōdetur ꝙ nullus qui poteſt
ignorantiā inuincibilem ſufficiēter allegare: pōt tranſgreſ/
ſor legis appellari: nec quoad deū: neq quoad hoīes. Ple
runq tamē preſumitur apud homines aliquis eſſe ſciēs: qr
nō poteſt iuridice per teſtes iuſtā ignorātie ſue cauſam aſſi
gnare: propter quod dānatur qñq apud hoīes ille qui ve/
re eſt innocens apud deū. Eſt aūt ſignū rationis notificati
uū triplex: ſcilꝫ mentale/ vocale ⁊ ſcriptū. Sic et lex triplex
eſt: ſcz lex indita ſiue per inſpirationē/ ſiue per naturalē di/
ctaminis euidentiā/ ſiue per doctrinam: lex prolata: lex ſcri
pta. ſiue qd̄ idē eſt: lex mētalis: vocalis: et litteralis. ¶ Di/
citur notanter in deſcriptione legis preceptiue verū: qm̄ ſi
gna falſa: etſi ligare qñq dicātur de per accidēs (quō ligat
conſciētia erronea) nihilominus de ꝑ ſe et ꝓprie legis obli
gatorie vim nō habēt. ¶ Dicitur recte rationis: qr ſignum
rationis erronee: vt dictū eſt: proprie nō eſt obligatorium:
etiā ſi ſignū eſſet verū. Gratia exempli: vt ſignū ſiue ꝓpoſi
tio explicās preceptum aliquod emanaſſe a ſuperiori iniu/
ſtum: q̄ꝫuis ſignū ſit verū: tamen nō eſt obligatoriū: qr non
eſt ſignū recte rationis. Mādatum em̄ iniuſtū nō emanat
a recta ratione. ¶ Dicitur dictātis ſeu volētis ligari creatu
ram rationalē ⁊c̄. ad excludendū legem cōſultoriā aut per/
miſſiuā. Etiā ad innuendum ꝙ recta ratio precipiētis vna
cū volūtate eſt ratio obligationis inferioris. i. quo inferior
obligatur. Nam quantūcūq notificetur volūtas ſuperio/
ris: niſi per illā velit ligari inferiorem: non cōſurgit obliga/
tio. Unde nec tenemur in omnibus nos conformare diui/
ne voluntati: niſi dum deus vult nos illi conformari. Hoc
eſt: nō tenemur velle quicquid deus vult etiā cognitum vt
tale: ſed tenemur velle quicquid deus vult nos velle. Diui
ne tamen volūtati cognite tenemur non remurmurare. de
quo latius in. ſ. diſtin. vlt. ¶ Lex hec preceptiua in genere
deſcripta multipliciter pōt diuidi: ſed quātū hic ſufficit: po
nitur diuiſio trimēbris. Eſt em̄ lex diuina: naturalis: et hu/
mana ſiue poſitiua. ¶ Lex diuina eſt ſignū verum creatu/ E
re rationali reuelatū: notificatiuū recte rōnis diuine volen
tis teneri illā ſeu ligari ad aliquid agendū: vel nō agendū:
pro cōſecutione felicitatis eterne. ¶ Dicit̄ reuelatū: ad ex/
cludendā legē naturalē et humanā: que nō habētur per re/
uelationē immediate a deo: ſed aliter vt dicetur. ¶ Dicit̄
pro cōſecutione felicitatis eterne: ad excludendū leges po
liticas etiā a deo reuelatas vt ſunt leges veteris teſtamēti
que dicūtur iudiciales. Unde non ideo preciſe dicit̄ lex ali
qua diuina ſeu de iure diuino appropriate qr reuelata. Tra
didit em̄ deus plures leges patrib⁹ veteris teſtamēti ꝓ re
gimine politico et ciuili: vtputa iudiciales que non imme/
diata et directa intētione ordinant ad finē vltimū et ſuper/
naturalē. Et ideo nō ſunt proprie diuine. ¶ Pro cuius elu
cidatione notandū: ꝙ homo qui ſubſiſtit ex duplici ſubſtā
tia: ſcz ſpūali et eterna atq corporali mortali/ duplicem ha
bet finē. Unū ſupernaturalē: alium naturalē qui humanus
dici pōt ſeu politicus vel ciuilis. Nūc pro cōſecutione primi
finis date ſunt leges proportionate ad illū finē. Et ille ap/
propriate dicūtur leges diuine: theologice: ſiue de iure di/
uino. Queādmodū non oēs virtutes: ſed eas dūtaxat que
immediate ad deum ordināt theologicas et diuinas nomi
namus: fidē/ ſpē ſcz et charitatē. Ad cōſequendū aūt alium
finē humanū: ciuilē ſeu politicū: leges alie late ſunt. Quan
doq a deo reuelate vt iudicialia veteris teſtamēti. Quan/
doq ⁊ plurimū per humanā inueſtigationē impoſite. Ille
em̄ q̄ꝫuis ordinētur finaliter ad finē beatitudinis eterne: ſi
cut ea que corporis ſunt: et corpus ipm ꝓpter animā factū:

eas tñ nō dicimus diuinas: alioquin leges ⁊ regule medi/
cinales ſi a deo reuelarētur: leges diuine dicerentur. Poſ/
ſunt aūt in lege pure diuina aſſignari quattuoꝛ gradus. In
pꝛimo ponūtur leges immediate reuelate a deo ꝓ tota cō/
munitate hominū aut pꝛincipalioꝛi parte: ſcripte in biblia:
et pꝛeſertim in euāgelijs latis a chꝛiſto ad cōſecutionē bea/
titudinis. In ſcdo gradu ponūtur leges diuine que ex pꝛe/
cedētibus ſolis deducūtur in cōſequētia euidēti. In tertio
gradu ponūtur leges diuine ex pꝛedictis deducte: ꝑ ſucceſ/
ſiuā relationē apoſtoloꝝ ⁊ alioꝝ equiualētē ſcripture cano
nice: ſicut determinatiōes eccleſie que ſpūſancto credit re
gi. In quarto gradu ſunt leges ſpecialiter inſpirate ⁊ reue
late quibuſdā ſingularibus perſonis ꝓ ſe aut ꝓ paucis ad
D hoc electis. ¶ Lex naturalis obligatoꝛia eſt ſignū natura
liter habitū: notificatiuū recte rationis diuine volētis crea
turā rationalē ligari ad aliquid agēdū: vel nō agēdum pꝛo
conſecutione finis ſui naturalis qui eſt felicitas humana ſi
ue monaſtica/ſiue economica/ſiue politica. Dicitur autē ſi/
gnū pure naturaliter habitū illud qđ inditū eſt cuilibet ho
mini nō impedito in vſu debito rōnis. Impeditur aūt per
coꝛpus: per erroꝛes: ꝑ vitia multa. Ex hac deſcriptione col/
ligitur duplex differētia iuris naturalis a iure diuino: ſcȝ ex
modo acquiſitionis: ⁊ ex parte finis. Lex em̄ diuina acqui
ritur ꝑ reuelationē. Lex naturalis ex naturali lumine intel
lectus. Quāuis quicquid naturali lumine intellect⁹ acqui
ritur: idipſum deus pōt immediate reuelare. ſicut patet in
datione pꝛeceptoꝝ de quibus queſtio in vtraqȝ lege veteri
et noua. Sic ex parte finis. Lex diuina de pꝛopinquo oꝛdi/
nat de per ſe ad felicitatē eternā. Naturalis vero ad felicita
tem humanā huius vite. In reliquis particulis conueniūt
E lex naturalis ⁊ diuina. ¶ Lex humana que et poſitiua pꝛe
ceptiua: eſt ſignū verū humana traditione ⁊ autoꝛitate im
mediate cōſtitutū/notificatiuū recte rōnis volētis rationa
lē creaturā ad aliquid agendū vel nō agendū ꝓpter finem
aliquē rationi cōſonum eternū vel tempoꝛalē obligare. Et
ſm hos duplices fines/diſtinguit ius humanū ſiue lex hu
mana in legē canonicā et ciuilē: q̄ dūtaxat diſtinguit ex par
te finis. Nā finis legis canonice eſt ꝯſecutio felicitatis eter
ne: in quo concoꝛdat cū diuina. Finis legis ciuilis eſt felici
tas humana monaſtica/politica vel economica: in quo cō
uenit cū lege naturali. Ex illis ſequitur ꝙ illa diſtinctio le/
gis nō eſt per oppoſita. Nā nihil pꝛohibet eandē legem in
ſpē eſſe diuinā et naturalē: immo ⁊ humanā. Poteſt em̄ lex
aliqua naturaliter cognoſcibilis oꝛdinās ad beatitudinem
eternā a deo reuelari: et etiā humana cōſtitutione ſtatui: et
talis erit diuina/naturalis ⁊ humana: q̄uis alia et alia ra/
tione: niſi deſcriptiones pꝛedicte darētur cū excluſiōe. Hec
latius in Gerſone reperies lec. ij. de vita ſpūali aīe: et in de
Nota. 2. pote. eccle. cōſide. vlti. ¶ Scdo notandū: ꝙ dupliciter ali/
F quid eſt habitū ſeu notū naturaliter. Et ſm hoc dupliciter
aliquid dicit eſſe de lege nature. Pꝛimo naturaliter dicun/
tur nota/ que ſunt pꝛincipia pꝛactica nota ex terminis: aut
cōcluſiones ſequētes ex eis: ⁊ hec ſtrictiſſime dicuntur eſſe
de lege nature. Alio modo dicūtur quedā naturaliter nota
et de lege nature: q: licet nō ſint neceſſaria: nec ex terminis
euidētia: nec ex talibus ſequunt in conſequētia ſimpliciter
neceſſaria: ſunt tñ multū cōſona iſtis. Hec diſtinctio poteſt
declarari in exēplo: nam ſuppoſito illo pꝛincipio: Pacifice
viuendū eſt in cōmunitate. non neceſſario ex hoc ſequit: ꝙ
q̄libet debet habere diſtinctas poſſeſſiones. Poſſet em̄ ſta
re pax inter conuiuentes: etiā ſi illis oīa ſunt cōmunia: etiā
ſuppoſita infirmitate eoꝝ qui conuiuūt: et tñ poſſeſſiones
eſſe diſtinctas ꝓ ꝑſonis infirmis. valde cōſonat pacifice cō
uerſationi. Infirmi em̄ magis curāt bona ſibi pꝛopꝛia q̄ cō
munia: et magis vellent cōmunia eis appꝛopꝛiari q̄ cōmu
nitati ⁊ cuſtodib⁹ bone cōmunitatis: et ita ſuſcitatur lis et
Nota. 3. cōtentio. ¶ Tertio notandū: ꝙ diſpenſare in materia pꝛo/
G poſita pꝛeceptoꝝ: non eſt facere ꝙ ſtante pꝛecepto liceat fa
cere contrariū ſeu contra pꝛeceptū. Sed diſpēſare eſt pꝛece
ptum reuocare vel declarare qualiter debet intelligi. Un/
de duplex eſt diſpenſatio/ſcȝ iuris reuocatio: et iuris decla
ratio. Exēplum pꝛimi eſt: cū chꝛiſtus mutauit legē veterem
qn̄ dedit nouā: et hoc quantū ad cerimonialia. Non quidē
faciens ꝙ ſtāte pꝛecepto de cerimonialibus non eſſent illa
ſeruāda: ſed faciens ꝙ actu illo manēte eodē/nō tenebatur
quis ad illū ſicut pꝛius. Sic etiā diſpenſat quicunqȝ legiſla
toꝛ ſimpliciter quādo reuocat pꝛeceptum iuris poſitiui ab
eo actu. Exemplū ſecūdi. vt cū declaratur legiſlatoꝛem nō
intendiſſe ꝙ in tali cauſa particulari legē ſuam voluerit ali
quē obligare. Leges em̄ humane que generaliter ferūtur:
poſſunt et debēt exceptionē excipere: dum ratio legis defi
cit: qn̄ videlȝ ſi legiſlatoꝛ adeſſet: vel alius pꝛudēs interro/
gatus: exciperet a generali cōſtitutione caſum particularē.
Declaratio ergo ꝙ in tali caſu particulari qui ſub generali
bus verbis legis cōpꝛehenditur: lex nō obligat eo ꝙ ratio
legis deficit: vocatur diſpēſatio ſecūdi generis. Eſt em̄ ſic
accepta diſpenſatio/cōmēſuratio ſeu diſtributio boni com
munis: quale eſt lex ad ſingulos ſm legis intētionē: pꝛout
circūſtantiarū varietas occurrerit. Et hec diſpenſatio ſi nō
fideliter pꝛudenterqȝ fiat: Bonauē. eam non diſpēſationē:
ſed diſſipationē putat. Intellige quoad deū et cōſciētiam/
ſi hoc conſtiterit: aut conſtare debuerit. ¶ Quarto notan/ Not. 4.
dum: ꝙ legū veteris teſtamenti quedā dicūtur iudiciales: H
quedam cerimoniales: quedā moꝛales. Moꝛales fuerunt
pꝛecepta de actibus virtutum: de quoꝝ numero eſt decalo
gus. Cerimonialia fuerūt pꝛecepta de actibus exterioꝛib⁹
diuini cultus: quibus ſcȝ homo diuinā ſeruitutē pꝛofitetur
vt ſacrificia/veſtes ſacerdotales/tēpli introitus: que dicū/
tur cerimonie: vt recitat ſanctus Tho. ſ. ij. q. xcix. ar. iij. qua
ſi munera cereris: que dicebatur dea frugū: eo ꝙ pꝛimo ex
frugibus oblationes deo offerebantur. Siue vt Ualerius
maximus refert: nomē cerimonie/ introductū eſt ad ſigni/
ficandum cultū diuinum apud latinos a quodam oppido
iuxta Romā quod cere vocabat: eo ꝙ Roma capta a gal/
lis: illic ſacra romanoꝝ oblata ſunt ⁊ reuerēdiſſime habita:
Inde pꝛecepta legis que ad exterioꝛē dei cultū pertinēt: ce/
rimonialia dicuntur. Et dicitur ad exterioꝛē cultū: q: actus
interioꝛis cultus dei ſunt actus virtutū moꝛaliū: ſcilȝ fidei/
charitatis et ſpei. Iudicialia ſunt de actib⁹ particularib⁹ iu
ſticie obſeruande inter homines: vt eſt iſtud: Oculum pꝛo
oculo: dentem pꝛo dente. Hec triplicia pꝛecepta tanguntur
Deut. vj. vbi dicitur. Hec ſunt pꝛecepta cerimonie atqȝ iu/
dicia. Pꝛecepta antonomatice dicuntur moꝛalia. Cerimo/
nie et iudicia pꝛecepta de exterioꝛis cultus diuini actibus:
et de iuſticialibus retributionibus. ¶ Quinto notādū cir Nota. 5.
ca numerū et oꝛdinem pꝛeceptoꝝ: licet varij varie hūc aſſi/ I
gnent: tamē pꝛoſequēdo quod planius eſt atqȝ facilius: di
cendum pꝛimo: ꝙ numerus ille denarius pꝛeceptoꝝ plane
in lege notatur. cū dicitur Deut. x. Scripſitqȝ in tabulis id
quod pꝛius ſcripſerat verba decem: que locutus eſt dñs ad
vos in monte de medio ignis/qn̄ populus cōgregatus eſt
et dedit eas mihi. Loquit moyſes de pꝛeceptis decalogi ꝑ
decem verba: decē innuens pꝛecepta que ex oꝛdine ſcribun
tur Exo. xx. De oꝛdine vero pꝛeceptoꝝ et eoꝝ neceſſitate di
cit beatus Tho. ij. ij. q. c. ar. v. ſicut pꝛecepta legis humane
oꝛdināt hominē ad cōmunitatē quandā obſeruandam: ita
pꝛecepta legis diuine oꝛdināt hominē ad cōmunitatem ſi/
ue rēpublicā ſub deo. Ad hoc aūt ꝙ homo bene conuerſet
in cōmunitate humana/duo requiruntur: ſcȝ vt ſe bene ha
beat ad eū qui pꝛeeſt cōmunitati. Secūdum vt bene ſe ha/
beat ad alios conſocios cōmunitatis. Ita etiam de cōmu/
nitate fideliū ſub deo neceſſe eſt: vt fideles bene ſe habeāt
ad deum qui tanq̄ rex/dñs ⁊ pꝛinceps pꝛeeſt illi cōmunita
ti: immo toti creaturarū vniuerſitati. Similiter neceſſe eſt
vt bene ſe habeant ad pꝛoximos tanq̄ cōtribulos eiuſdem
communitatis et cōſubditos vnius pꝛincipis. Et quātum
ad vtrunqȝ congruū eſt hominē legibus et pꝛeceptis oꝛdi/
nari: nedum tabulis coꝛdibus impꝛeſſis: ſed etiā verbo et
ſcriptis pꝛomulgatis. maxime poſt lapſum: quia adeo vul/
nerata ſunt hominis naturalia: et damnate concupiſcentia

obfuſcata: vt in concluſionibus legis naturalis ſepe erret:
et iudicet iuſta que ſunt iniqua: et iniqua que ſunt iuſta: li-
cet in preceptis charitatis oia includūtur ſufficienter: qui-
bus homo bene ſe habet ad deum et proximū. Quia tamē
in particularibus multe varietates et circunſtantie occur-
runt in quibus tardiores ingenio errare contingit: ideo cō
gruum fuit hec duo precepta clarius explicare quātum cō-
munitas capere ſufficit: ſubtiliora que difficultatē habent/
prudētioribus committēdo: ad quos in ſingulis recurſum
habere ſimplices potuiſſent. Ideoqꝫ decalogum dn̄s ſcri-
pſit: quo dicta duo precepta particularius explicauit. Un-
de tota lex nihil aliud eſt ꝗ̄ horū duoꝝ preceptorū explica-
tio. Nam in eis pēdet lex et prophete. Matth. xxij. et finis
omnis precepti eſt charitas. j. Timo. j. Hoꝝ ergo decē/ tria
explicant preceptū de dilectione dei: reliqua ſeptē dilectio-
nem proximi. Propter qd ſm beatum Augu. Iſidorum et
Z magiſtrū/ prima tria ſcripta fuere in prima tabula: reliqua
ſeptē in ſecūda. ¶ Quorum diſtinctio ⁊ ordo ſic accipi po
teſt. Porro ſunt tria prima que ordināt hominē ad deū: ſm
tria que ſubditus dn̄o ſuo debet: hec ſunt fidelitas/ reuerē
tia/ famulatus. Fidelitas ad deum in eo conſiſtit: vt princi
patus ad alium non deferatur: ⁊ de hoc datur primum pre
ceptū de non habendo deos alienos. Reuerentia requirit:
vt nihil iniurioſum in eum cōmittatur: ⁊ quantum ad hoc
datur ſecūdum preceptum de nō ſumēdo nomen dn̄i in va
num. Famulatus autem debetur dn̄o ſuo in compenſatio-
ne beneficioꝝ que ab ipſo percipiunt ſubditi. Et quantum
ad hoc datur tertiū preceptū de ſabbati ſanctificatione: in
memoriā creationis rerum/ reparationis hominū/ et cete-
roꝝ dei beneficioꝝ preteritoꝝ/ preſentiū et futuroꝝ. ¶ Uel
vt beatus Augu. dicit. Primo precepto precipitur revereri
primi principij vnitatem. ſecundo eius veritatē. tertio eius
bonitatē qua ſanctificamur et in qua quieſcim⁹ quaſi in fi-
ne. Et ſm hec ad primum preceptū reducuntur omnia que
prohibent ea que ſeruiunt idolatrie: vt ſunt filioꝝ ſeu filia-
rum per ignē luſtratio: arioloꝝ/ augurioꝝ ſciſcitatio: ſom-
nioꝝ/ temporꝝ/ ſignoꝝ obſeruatio: maleficoꝝ/ demonū/ in-
cantationum conſultatio: phitonum diuinoꝝ et mortuoꝝ
interrogatio. Ad ſcd̄m reducuntur blaſphemie et falſe do-
ctrine/ peierationes doloſe et fidei fractiones. Ad tertium:
omnia precepta cerimonialia: et quicquid ad exteriorē per
tinet cultum dei: omniūqꝫ ſeruilium operū prohibitiones
et maxime peccatoꝝ: que mentis quietem impediunt a va
cando deo. ¶ Precepta ſeptē ſequentia ſecunde tabule or
dinant hominē ad proximum. Sūt autē quidam proximi a
quibus ſpecialia beneficia recepimus: quibus ſpecialiter
ad gratitudinem ac recōpēſationē obligamur: inter quos
precipui ſunt parētes. Et quātum ad hoc datur preceptum
quartū de honore parentum. Sub parentibus vero intelli
guntur reductiue omnes benefactores/ corporales et ſpiri
tuales. Generaliter aūt ad oēs proximos homo ſe habere
debet vt nulli noceat neqꝫ opere: neqꝫ ore: neqꝫ corde. Con
tingit aūt opere tripliciter nocere proximo: ſcʒ vel in perſo
na propria ipſum occidendo: aut mēbris truncando/ aut le
dendo: contra quod datur quintū preceptum: nō occides.
Uel in perſona coniuncta: preſertim quantū ad prolis pro
creationem: et quantum ad hoc datur ſextum preceptū: nō
mechaberis. Nam turpitudo commiſſa cū proximi vxore/
filia vel ſorore/ redundat in iniuriam mariti patris vel fra-
tris. Uel in bonis fortune in rebus exterioribus poſſeſſis:
de quo datur preceptū ſeptimū. Non furtū facies: quo pro
hibetur omnis iniuſta contrectatio/ vſurpatio/ occupatio/
aut detentio rei aliene. Nocumentū deniqꝫ quod ore proxi
mo inferri poteſt per detractionem aut falſum teſtimoniū:
prohibetur octauo precepto. Non loquaris contra ꝓximū
tuum falſum teſtimonium. Nocumētum cordis fit per illi-
citam concupiſcentiam que ſm beatū Iob. in prima ſua ca
nonica. c. ij. duplex eſt: ſcʒ concupiſcentia carnis que prohi
betur nono precepto: Nō concupiſces vxorem proximi tui:
et concupiſcētia oculoꝝ que decimo ⁊ vltimo precepto pro
hibetur. Non cōcupiſces rem alienā: nō domum: nō ſeruū:
nō ancillam ⁊c̄. Ex hac plana preceptoꝝ diſtinctione que ⁊
memorie ſeruit et intellectui ſimpliciū: patet pulcher ordo
eorūdem: nam priora ſunt que ad deū ordinant: poſteriora
que ordinant ad proximū. Et eoꝝ que ad deū ordinant: pa
tet ordo ex dictis: qui attenditur penes magis ⁊ minus de
bita deo et eoꝝ oppoſita ſm ꝙ ſunt magis vel minus inde
bita. ¶ In ſeptem ſecūde tabule patet ordo: nam primum
hoꝝ eſt affirmatiuū de benefaciendo ſpecialibus ꝓximis:
Reliqua ſex ſunt negatiua prohibētia nocumēta generali-
ter omnibus proximis inferēda ſm magis et minus: ita ꝙ
maiora nocumenta prohibētur prioribus: minora precepta
poſterioribus: ſiquidem oībus obligamur ne noceamus.
Et quia maius eſt nocumentum operis proximo ꝗ̄ oris: ⁊
maius oris ꝗ̄ cordis: et inter ea que opere inferunt: maius
eſt qd infertur in re magis dilecta: hoc eſt in propria perſo-
na. Nā ordinata dilectione quilibet magis diligit ſe ꝗ̄ pro-
ximū: ⁊ proximū coniūctum magis ꝗ̄ res exteriores. Ideo
inter vltima ſex precepta primo prohibetur maius nocumē
tum proximi/ ſcʒ operis in perſona ꝓximi propria. Sequē-
ti prohibetur nocumentū operis proximi in perſona cōiun
cta: et ſic conſequēter ſm ordinem maloꝝ proximo inferibi
lium. Hec de articulo primo. ¶ Quātum ad articulū ſcd̄m Artic. 2.
eſt cōcluſio prima ſm mentē Sco. Nō omnia decalogi pre- Cōcl. 1.
cepta/ ſunt de lege nature ſtricte accepta. Probatur: q: non L
omnia illa precepta ſunt principia practica ex terminis eui-
dentia: aut cōcluſiones ex illis in conſequētia neceſſaria il-
late: ergo non ſunt de lege nature ſtricte. Conſequentia no
ta per quid nois legis naturalis ſtricte accepte. Antecedēs
patet ex ſequētibus duabus cōcluſionibus. ¶ Scd̄a cōclu Cōcl. 2.
ſio. Duo precepta negatiua prime tabule ſunt de lege natu
re/ accipiendo legē nature ꝓprie. Probatur cōcluſio de his
duob⁹ quatenus ſunt negatiua. primo modo non habebis
deos alienos: et ſcd̄o modo: non aſſumes nomen dei tui in
vanū: hoc eſt: nō facies deo irreuerētiā. Nam illa ſunt prin-
cipia practica ex terminis euidētia: aut cōcluſiōes ex eis ne
ceſſario cōſequētes: ergo. Cōſequētia nota. Ans̄ ꝓbat. Nā
ſuppoſito ꝙ ſit naturaliter notū/ vnū tm̄ eſſe deū: vt ꝓbat
phs. xij. Metaphyſ. ſequitur formaliter alienū nō eſſe ha-
bendū. ſequitur em̄ formaliter. Nihil quod nō eſt deus pro
deo eſt colendum ſeu habendū: alienus deus nō eſt deus:
igitur alienus deus pro deo nō eſt habēdus. Premiſſe ſunt
naturaliter immo ex terminis note et ſunt practice: ergo et
concluſio nota et neceſſaria: et per cōſequens de lege natu-
re. Sic ⁊ ſcd̄m preceptū ſequitur ex principijs per ſe notis.
ſic arguendo. Summe reuerēdo nō eſt irreuerentia facien-
da: deus eſt ſumme reuerēdus/ quia ſumme bonus: ideo ei
nō eſt irreuerentia faciēda. ¶ Tertia concluſio. Secunde Cōcl. 3.
tabule precepta tā affirmatiua ꝗ̄ negatiua ſunt de lege na- M
ture/ non ſtricte ſed large accepta. Qd nō ſtricte probatur:
quia eoꝝ que ibi precepta ſunt aut prohibita/ nō ſunt prin-
cipia practica ſimpliciter neceſſaria: nec cōcluſiones ſimpli
citer neceſſarie. Nō enim eſt neceſſaria bonitas in his que
ibi precipiūtur ad bonitatē finis vltimi: nec in his que pro
hibētur malicia neceſſario auertens a fine vltimo: quia ſi il
lud vnū nō eſſet preceptum: et hoc malū nō prohibitū: ſta-
ret cum illo acquiſitio finis vltimi: ergo nō ſunt de lege na
ture ſtricte. Tenet conſequētia: quia in his que lege nature
ſunt precepta vel ꝓhibita eſt bonitas neceſſario ad finē vl
timū conuertens: aut malicia neceſſario a fine vltimo auer
tens: alioquin principia practica illarum legum non eſſent
ex ſe ſimpliciter neceſſaria. Antecedēs patet: quia circūſcri
pta lege/ et parentum contemptor et proximi occiſor/ fur ⁊
mechus ⁊c̄. poſſunt ad finem vltimū conuerti. Ex eo enim
ꝙ deus nō eſt irreuerēdus: neqꝫ ꝙ falſus deus pro deo co-
lendus: nō ſequūtur oppoſita prohibitorū illis preceptis/
aut alijs priorib⁹ principijs: nec ea que ſunt precepta: vt ſa-
tis patet. Qd vero ſint de lege nature cōmuniter accipien-
do patet: quia multū conſona ſunt illi legi: licet nō ſequan-
tur ex p̄mis principijs practicis: que nota ſunt ex terminis

omni intellectui et neceſſaria. Primũ enim de honore parẽ
tum/multũ conſonat huic principio:benefactori ſunt bene
ficia rependenda. Cetera negatiua conſona ſunt huic:non
Cõcl. 4. eſt proximus iniuſte dam̃ificandus. ¶ Quarta cõcluſio.
Legis naturalis ſtricte p̄cepta nõ ſunt primo modo nec ſe/
cũdo diſpenſabilia. Patet:quia illa fundant̃ in primis prin
cipijs euidentibus et neceſſarijs:que quia neceſſaria muta
ri nõ poſſunt:quia euidentia ſunt declaratione nõ indigẽt:
ergo neutro modo ſunt diſpẽſabilia. Videtur tñ nõ impro/
babile: ꝙ lex naturalis quantũ ad remotiores cõcluſiones
recipiat diſpẽſationem ſecũdo modo:hoc eſt declarationẽ:
an talis caſus occurrens ſub tali precepto ſm intentionem
legiſlatoris contineatur: quia errores aliquando in formis
cõſequentiarũ cõtingũt: vt videatur ſequi cõcluſio ex prin/
cipijs per ſe notis : ex quibus tñ propter aliquẽ defectũ nõ
ſequitur. Sic q̃ꝫ in materia peccatur dũ falſum apparẽs
verũ/ſubſumitur:aut quod particulariter verũ eſt/vniuer
ſaliter accipitur: et horũ declaratio quedã diſpẽſationis ſpe
Cõcl. 5. N cies eſt. ¶ Quinta cõcluſio:ꝙuis legiſlator deus circa ob/
ſeruantiam preceptorũ ſecũde tabule ſimpliciter diſpenſare
poſſet per precepti relaxationem:nõ tamen ſic diſpenſat de
facto propter magnã eorũ cum lege nature proprie ꝓximaz
tionem. Primũ patet:quia vt dictũ eſt:cum nõ ſint de lege
nature ſtricte: nõ pñt deduci formaliter ex principijs neceſ/
ſarijs in cõſequẽtia formali et ſimpliciter neceſſaria: ergo il
la poſſe mutari a deo negandum nõ eſt: cum nullam impli
cet contradictionem. Unde negandũ nõ eſt/quin deus pre
cipere poſſet alicui occidere innocẽtem: cum plenũ habeat
dominiũ et poteſtatem occidẽdi et viuificandi. In quo ca/
ſu reuocaret preceptum de homicidio/quantum ad illũ cui
oppoſitũ eius preciperet . Sic em̃ legitur precepiſſe abrae
vt occideret yſaac filiũ ſuũ. Gen̄.xxij.ſic Oſee mandauit vt
acciperet fornicariã:et faceret filios fornicationis. Oſee.j.
Quãuis ſm docto.nõ precepit Oſee fornicari:ſed contra/
here matrimoniũ cum fornicatrice:poſt cõtractum tamẽ cõ
tinente:licet etiam ad litterã hec precipere potuiſſet: cũ nõ
ſit magis legi nature diſſonum fornicari ꝙ occidere inno/
cẽtem. ¶ Nõ ſi diceres:licet preceperit abrae ſacrificare fi/
lium ſuum ad probandũ eius obedientiã:non tamen reuo
cauit preceptũ: neqꝫ voluit vt occideret filium ſuũ ſicut pa
tet:quia volentẽ occidere prohibuit. ¶ Cõtra:aut abraam
credidit deum poſſe precipere filij immolationẽ:aut non.ſi
nõ:ergo volendo occidere filium:peccauit:quia contra le/
gem nature indiſpenſabilem facere voluit. Conſequẽs fal/
ſum: quia in hac volitione multũ a deo commendatus eſt.
Si credidit:aut errauit:aut nõ.ſi non:habetur propoſitum
ꝙ credendo deum reuocare potuiſſe preceptũ non errauit:
ergo verum fuit deum poſſe reuocare preceptum:quod eſt
contra propoſitum. Nec poteſt dici ꝙ errauerit tantus pa/
triarcha in eo in quo tantum meruit: ⁊ alloquio dñi inſtru
ctus fuit. ¶ Preterea ſentiunt doc.de Samſone/ꝙ inſtin/
ctu ſpiritusſancti/ac familiari eius conſilio ſeipſum cum al
lophilis interemit: ergo reuocatum eſt quantum ad eũ pre
ceptũ:non occides. ¶ Secunda pars concluſionis patet:
quia ceteris cerimonialibus ac iudicialibus ceſſantibꝰ: do
minus precepta decalogi in euangelio confirmauit. Et iſto
modo loquitur canon diſt.vj.§. his itaqꝫ.vbi dr̃. Moralia
mandata ad naturale ius pertinent: et ideo nullã mutabi/
litatem recepiſſe monſtrantur.⁊ ſequitur. Naturale ius ab
exordio rationalis creature incipiẽs manet immobile. Im
mobile de facto:licet non de poſſibili/accipiendo naturale
ius vt extẽdit ſe ad omnia moralia. ¶ Sexta ꝯcluſio. Om
Cõcl. 6. O nia cetera precepta ad decalogũ reducuntur/tam diuina ꝙ̃
humana:vel vt principia:vel vt concluſiones:vel vt eis ra
tionabiliter cõſona. Probatur:quia generaliora precepta/
vt ſunt illa duo de dilectione dei et ꝓximi: ſunt tanꝙ̃ radi/
ces ⁊ principia ad que ordinatur decalogus: quia prime ta
bule precepta ordinant ad dilectionem dei ex qua velut cõ
cluſiones ſequuntur. Et ſecunde tabule ad dilectionẽ pro/
ximi ordinant;et ex huius precepto tanꝙ̃ concluſiones de/
pendent. Cetera vero precepta quantuncunqꝫ multiplicia
ſunt (quia tamen rationabilia:alioquin non merentur dici
precepta) illis ſunt conſona ⁊ ex eiſdem principijs dilectio
nis deriuata.ſm illud apl̃i. Qui diligit proximum:legẽ im
pleuit. ad Roma.xiij.et illud ſaluatoris Mat.xxij. In his
duobus mãdatis vniuerſa lex pẽdet et prophete. ¶ Quã/ Artic. 3.
tum ad articulum tertium eſt primũ dubium. Utrum prece Dub. I.
pta decalogi obligent hominem ad opera formata. hoc eſt P.
Utrũ obligent vt eis obtemperetur ex charitate. Et argui
tur ꝙ ſic;quia precepta obligant vt eis obtemperet̃ ad mẽ
tem et intentionem precipientis:ſed intentio dei precipien
tis eſt vt per horũ obſeruantiam homo ordinetur ad finẽ vl
timũ ſuper omnia diligendũ.ſm illud: Finis precepti cha/
ritas:ac vt perueniat ad beatitudinẽ eternã:igitur ex chari
tate ſunt obſeruanda. Tenet conſequẽtia:quia niſi ex chari
tate ſeruentur: nõ poteſt per eorũ obſeruantiam quis ad re
gnũ peruenire:nec dñm ſuper omnia diligere. Minor pro
batur per illud Grego.xxvj.moral. Nõ debet quis cõſide/
rare verba:ſed voluntatem ⁊ intentionem:quia non debet
intentio verbis deſeruire:ſed verba intentioni. Sicut ⁊ de
us plus reſpicit intentionem ⁊ voluntatẽ ꝙ̃ actus vt habe
tur.xv.q.vj.ſi ſacerdotibus. Maior eſt manifeſta:quia ad
hoc data ſunt homini precepta: vt per ea ꝑueniat ad regnũ
vt habetur Eccli.xv. Adiecit mãdata et precepta ſua:ſi vo
lueris ea conſeruare:conſeruabunt te.ſequitur . Ante ho/
minem vita et mors:bonum et malum: quod placuerit da
bitur illi. ¶ In oppoſitum arguitur:quia ſic ſequitur ꝙ ſi
quis patrem honoraret ex ſola pietate naturali:eſſet prece/
pti tranſgreſſor: immo agens bene moraliter ipſo actu vir/
tutis peccaret mortaliter:ſuppoſito ꝙ non haberet charita
tem. ¶ Ad dubiũ hoc reſpondetur per hanc propoſitionẽ.
Decalogus non obligat hominẽ ad obſeruantiam eius in
charitate ſimpliciter:ſed bene ad obſeruantiam formatam
aſtringit cõditionaliter. Prima pars probatur:quia ſi obli
garet ad obſeruandum ea ex charitate: ergo quicunqꝫ non
habens charitatẽ:immo et habens charitatem: benefaciẽs
patri propter honeſtũ finem etiam quẽ dictat ratio: aut pa
ſcens pauperem fame moriturũ: aut qui non furaretur: nõ
mecharetur propter dictamẽ rationis recte finẽ honeſtum
preſtituentis:non tamen vltimum:eſſet tranſgreſſor et pec
caret mortaliter:quod eſt abſurdum: quia iſta precepta ma
gis eſſent homini in laqueum et in interitum/ꝙ̃ via ad re/
gnum. Et quia negatiua obligãt pro ſemper et ad ſemper;
ſequitur ꝙ non habens charitatẽ per ſingula momẽta pec
caret mortaliter:non occidendo/non furando/non mechã
do ⁊c̃.quia omni momento tenetur non furari:in quolibet
momento non habens charitatem/eſſet tranſgreſſor prece
pti. Secũda pars probatur:quia cum illa cõditione quam
exprimit ſaluator Mat.xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua
mandata.hoc eſt:ſi quis voluerit ingredi ad vitam eternã:
neceſſe eſt vt ſeruet mãdata ex charitate:quia neceſſe eſt vt
ſeruet mãdata meritorie:et per ꝯñs ex charitate. Poſita er/
go illa conditione:ſi vult ingredi vitam neceſſe eſt vt man
data ex charitate ſeruet. Ita ꝙ ſi ſeruat et non ex charitate;
non quidem peccat:tamen per iſtam obſeruantiam nõ me/
retur ingreſſum regni. Unde ad precepta poteſt quis ſe ha
bere tripliciter:aut non obſeruando ſimpliciter: ſcilꝫ negli
gẽdo actum preceptũ pro tempore quo preceptus eſt quo/
ad affirmatiua: aut oppoſitum faciendo quãtum ad nega/
tiua. Secundo modo obſeruãdo quidem ad litteram:hoc
eſt actũ preceptum exercẽdo et prohibitũ omittendo:nõ ta
men ex charitate. Tertio modo: vtrunqꝫ implẽdo propter
deũ finaliter ex charitate. Primus tranſgreſſor eſt/⁊ peccat
mortaliter. Tertius meretur vitã eternam. Secũdus neqꝫ
meretur neqꝫ peccat: niſi forte in eo tẽpore in quo tenet̃ me
reri:vt in die dñico/quo tenetur actualiter elicere dilectio/
nem dei ſuper omnia: aut dũ tenetur ſe preparare ad ſacra/
menti ſuſceptionẽ. Hec eſt ſentẽtia ſancti Bonauẽ.diſt.pre
ſenti.q.ij.et aliorũ plurimorũ doctorũ. Per hoc ad rationem
in principio dubij adductam cũ arguitur, Tenetur ſeruare

preceꝑta ad mentem ⁊ intentionem precipientis: dicitur ꝙ
duplex eſt intentio precipientis. Una que intendit finē pro
pter quem preceptum dedit. Alia eſt intētio ſm quam ſub/
ditos obligare intendit. Nūc ergo tenetur ſubditus ſerua/
re preceptum ſuperioris ſm intentionem ſecundā: non ſm
primam. Exempli cauſa: aliquis princeps volens inuadere
aliquem: precipit ſubditis fideliter munire caſtrum: ſubdi/
ti munientes caſtrum fideliter ſatiſfaciunt intentioni prin/
cipis ſm quam voluit eos obligare: licet non propter finē
quem princeps intendit: etiam ſi eum noſſent. Et ſic in pro
poſito. Licet deus dādo precepta intendat vitam eternam
fideliter obſeruantibus tribuendam: non tamē intēdit ho/
mines ad illud intendēdum in obſeruatione precepti obli
gare: ita ꝙ niſi intenderent eūdem finem: damnationē me/
rerentur. Uoluit tamen ſi hunc finē non intenderent: nihil
per obſeruātiam mererentur. ¶ Per hec patet ſolutio au/
toritatum: ꝙ quantū ad precepta verba obligatoria debēt
Dub. 2. Q ſeruire illi intentioni/ſm quam vult obligari ⁊c. ¶ Secū/
do dubitat̄ de preceptis affirmatiuis prime tabule. Nā pri
mum preceptum prohibēdo idolatriam: etiam precipit la/
triam deo vero exhiberi: que conſiſtit in actibus fidei/ſpei/
et charitatis: vt dictum eſt ſupra diſt. ix. huius tertij. Tem/
pus vero huius cultus impendēdi deo exprimit tertiū pre/
ceptū. Sabbata ſanctifices: ⁊ de hoc nihil dictū eſt in ꝯclu/
ſionibus. Eſt ergo dubium: an precepta prime tabule ſint
de lege nature ſtricte: quantū ad id qđ affirmāt id eſt preci/
piunt. Respondet̄ ꝙ doc. ſubtilis quē in hac queſtione ſe/
quor: tria recolligēdo dicit. Primo negat precepta ſecūde
tabule eſſe de lege nature ſtricte. Secūdo concedit: ꝙ duo
precepta prime tabule quātum ad partem negatiuam ſunt
de iure naturali ſtricte. Tertio dubitauit de parte affirmati
ua eorundē et hincinde allegando in dubio reliquit. Quar
to de oībus conceſſit ꝙ ſunt de iure naturali large. Ubi au
tem tantus doctor dubitauit: nō eſt meum quicꝗ̄ determi/
nare: preſertim cum ad manum habere nō poſſim aliorum
ſcripta doctorum hanc materiam ventilātium: magis ergo
placet cōfitendo propriam ignorantiam ſilere/ꝗ̄ impuden
Dub. 3. R ter ꝓpria ingerere. ¶ Tertio dubitatur vtrum decalogus
pro omni ſtatu hominem ad ſui obſeruātiā obligauit. Re/
ſpondetur ꝙ illa decē precepta in omni ſtatu obſeruari de/
buerunt. In beatitudine quidem eſt ſumme horum obſer/
uatio et affirmatiuorū et negatiuorum: niſi forte illius ſolius.
Honora parentes: non quin tunc eſt voluntas honorandi:
ſed tunc non eſt neceſſitas impēdendi actum: ſaltem prout
ille extenditur ad ſuſtentationem neceſſariorum: quia nullus
ibi indigebit auxilio. In ſtatu etiā innocentie et in ſtatu na
ture lapſe/ante legem ſcriptam tenebantur oēs ad illa pre/
cepta: que erant ſcripta interius in corde cuiuſlibet: vel for
te per aliquā doctrinā exteriorem datā a deo deſcenderunt
a patribꝰ ad filios: licet tūc ſcripta non eſſent in libris. Nec
oportuit: quia poterant tūc faciliter memorari ac memoria
teneri. Fuit em̄ populus iſtius etatis longioris vite/⁊ me
lioris diſpoſitionis in naturalibus/ꝗ̄ populus tēporis po
ſterioris: quo tēpore infirmitas populi requirebat legē da/
Dub. 4. S ri et ſcribi. ¶ Quarto dubitatur vtrum dn̄s cū filijs iſrael
diſpēſauit ſuper precepto ſeptimo. Nō furtum facies: dum
precepit vt ſpoliarent egyptum. Respondetur ꝙ nō: quia
ſpoliando egyptios nō ſunt tranſgreſſi illud preceptum ſe/
ptimū: quia nō rapuerunt alienū: tum quia deus erat ſupe
rior et verus dn̄s omniū bonorum egypti et totius vniuerſi/
tatis: et ita potuit transferre dominiū in filios iſrael: etiā in
uitis dn̄is inferioribus. ſ. egyptijs: hoc etiam modo nō pec
cauit chriſtus/licentiās demones vt intrarēt in porcos: qui
ſtatim precipitati ſunt in mari. Mat. viij. Tū quia filij iſrael
ſeruiēdo egyptijs/tanta meruerūt recipere pro mercede: et
licet egyptij tanꝗ̄ iniuſti noluerunt ea reddere: tn̄ per iudi
cem ſuperiorem poterant compelli: et ita licite acceperūt:
ſi tamen aliqui iſraelitarum ſiniſtram habuiſſent intentio
nē a peccato nō excuſati fuiſſent. Et tātū de illa queſtione.
Diſtinctio. xxxviij.

PRecedēti diſtinctio/ne magiſter egit de octo primis preceptis ge
neraliter: conſequēter aliquas difficultates
tractat circa ſeptimū preceptū ſpecialiter. Et
qm̄ falſum teſtimoniū dupliciter phiberi pōt: qn̄qꝫ ſimpli/
ci mēdacio: qn̄qꝫ etiā addito periurio: Ideo primū agit de
mendacio diſt. preſenti. xxxviij. Scđo de periurio diſ. xxxix.
Sentētia vero huius diſt. in tribus concluſionibus abbre/
uiatur que ſequūtur. ¶ Prima. Tribus mendaciorum gene/
ribus officioſo/iocoſo/et pernicioſo/in octo ſpecies ſubdi/
uiſis exiſtētibus/prima duo imperfectis ſunt venialia: per
fectis vero omnia: ⁊ oībus pernicioſa ſunt mortalia. ¶ Se
cunda cōcluſio. Differunt mentiri ⁊ mendaciū dicere: quia
abſqꝫ falſitate primū: ſecūdū vero nequaꝗ̄ poteſt exiſtere.
¶ Tertia. Error a mendacio diſtinguit̄ qui aliqn̄ cū pecca
to: qn̄qꝫ ſine: immo cū errātis bono inuenit̄: vltimū vo eſt
in via pedū nō morum: dicit magr̄ ex Augu. in enche. c. xvj.

Queſtio vnica.

CIrca hāc diſtinctio/nem querit̄: vtrū mēdaciū in viris perfectis A
culpa ſit mortalis. ¶ Poſt notabilia termi/
norum declaratiua: ⁊ reſponſiuas cōcluſiones:
ſequent̄ ꝑ articulo tertio dubiorum ſolutiones. ¶ Quātum Artic. 1.
ad primū/notādum ſm beatū Bonauē. poſt Alexā. par. ij. Nota. 1.
q. xxxix. mēbro. j. ꝙ duplex pōt eſſe veritas ſermonis: et ſi/
militer duplex falſitas: ſm ꝙ ſermo poteſt referri ad rem ſi
gnificatā: vel ad intentionē proferentis. Nam referēdo ſeu
comparādo ad rem ſignificatā ſi fuerit adequatio rei ad ſi/
gnū: ita ꝙ res ita ſe habeāt quō ſe habere ſignificātur: dici/
tur ſermo verus. Si ſignificātur nō ſic ſe habere quō ſe ha/
bēt: aut aliter ſe habere ꝗ̄ ſe habeant dicit̄ ſermo falſus. Cō
parādo aūt ad intētionē ꝓferētis ſermo dicit̄ verax aut fal/
lax. Verax ſi hoc qđ verba foris ſonāt: etiam mēte credēdo
intendat. Si vero aliud credit ſermo dicitur fallax: etiam ſi
verus fuerit: vt ſi quis falſum putat quod verum eſt: ⁊ cre
dens falſum aſſerit ꝓ vero: fallax eſt illa aſſenſio: licet ſit ve
ra. Mendaciū ita vtrāqꝫ falſitatē dicit: ſcilꝫ inadequationē
ſermonis ad rem: et ad proferētis intentionē. Mentiri aūt
vnā tm̄ importat falſitatē. ſ. inadequationē ſermonis ad in/
tētionē mētis ſiue credulitatē mētis. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ Corol. 1
ſtat aliquē verū dicendo mētiri: et dicēdo falſum nō menti/
ri: vt ſi dicat verū qđ credit falſum quoad primū: ⁊ aſſeren
do falſum qđ credit eſſe verū quoad ſcđm. Nā in primo ca/
ſu loquit̄ cōtra mentē: et ita mētitur: quia mētiri eſt cōtra mē/
tem ire: ſiue verū ſiue falſum aſſerēdo: nō aūt in ſecūdo ca/
ſu: et ideo in ſcđo nō mētitur. ¶ Scđo ſequit̄ ꝙ nō omnis Coro. 2.
mentiēs dicit mendaciū: patet in primo caſu dū aſſerit verū
credēs ipm eſſe falſum: et hec clare patēt in textu. ¶ Et ſm B
hec Augu. diffinit aliter mēdaciū/aliter mētiri in libro con
tra mendaciū: vt patet in textu: nā mēdaciū ſm eū/eſt falſa
ſignificatio vocis cū intentione fallendi. In qua diffinitio
ne ly vocis accipit̄ pro quolibet ſigno ſignificatiuo: ſiue ſit
vox vel ſcriptū vel res aliqua ad ſignificandū aſſumpta: ſi/
cut ſunt nutus ⁊ manualia indicia monachorum ⁊ geſtus cor
porum. Nā ſm ſanctū Tho. diſt. preſenti. q. j. et beatū Ambro.
nō ſolū in verbis falſis: ſed ⁊ in ſimulatis operibus eſt mē
daciū: ⁊ ideo mēdaciū eſt ſi quis geſtu corporis falſum ali/
quod deſignat cū intētione fallēdi: et ꝙ dr̄ cū intētione fal/
lēdi tantū valet. i. cū intētione falſum dicēdi. Nō em̄ in om/
ni mēdacio cōcurrit intētio fallēdi. i. decipiēdi auditorē. Nā
in mēdacio iocoſo nō ſemꝑ fallit̄ audiēs: quia (vt dicit ma/
giſter) mēdaciū qđ ioco ſit: nō fallit: ſcit em̄ cui dicit̄ cauſa
ioci dici: ſicut fabule de quibus ſciūt audientes ꝙ nō eſt ve
rū qđ dicit̄: nec narrat̄ tanꝗ̄ verū: neqꝫ audiēs decipit̄: nec
loquēs intēdit decipere: nec ſermo finis eſt de ſe deceptiuꝰ:
quia nō eſt talis ꝙ natū ſit ſibi credi ab auditoribus: ſꝫ magis
ꝙ ſciatur eſſe dictū ſine omni opinione faciēda alicui de ve
ritate: vt dicit Sco. diſt. preſenti; vn̄ pōt colligi hec deſcri/

ptio mēdacij. Eſt falſa ſignificatio vocis.i. eſt ſignū falſe re
preſentās cū intentione fallēdi.i. cū intētione falſum ſignū
exhibēdi. In forma/eſt ſignū falſe repreſentās exhibitū ab
eo qui credit ipm̄ falſe repreſentare. Per primū excluditur
ſignū verū/etiā quacūq̄ intētione dicatur. Per ſcđm exclu
ditur ſignū falſum creditū ab exhibente ipſum eſſe verum.
¶ Sed mentiri eſt loqui contra illud qđ animo ſentit:hoc
eſt/mētiri eſt exhibere ſignū ad ſignificādum aliquid cōtra
id qđ mēte creditur: vt qui dicit falſum/credēs ipm̄ eſſe ve
rū:aut dicēs verū/credens ipm̄ eſſe falſum. ¶ Corollariū.
Licet oīs dicens mēdaciū mētiatur:nō tñ ecōuerſo oīs qui
mētitur dicit mendaciū. Primū patet:q: qui dicit mēdaciū
dicit falſum cōtra mentem:ergo mētitur. Scđm patet:q: ſi
quis dicit verū cōtra mentē:quia putat ipm̄ eſſe falſum:mē
titur:et tñ non dicit mendaciū:quia nō dicit falſum. ¶ Se
cūdo ſequitur ꝙ aſſerens falſum credēs ipm̄ eſſe verū/non
mētitur. Patet:quia nō loquitur cōtra id qđ nō ſentit.i.cre
Nota.2. E dit. ¶ Scđo notandū ꝙ licet multa diſtinguātur mēdacij
genera:tñ nobis nūc ſufficit diſtinctio trimēbris:ſcʒ mēda-
ciū pernicioſum/officioſum ⁊ iocoſum. ¶ Mēdaciū per-
nicioſum/ eſt mēdaciū qđ nocet ex ſe ei cui dicit: aut illi de
quo dicit:ſiue noceat quoad aīam ⁊ mores:ſiue quoad cor
pus:ſiue q̄ad res exteriores cōiūctas vel poſſeſſas. ¶ Mē
daciū officioſum qđ alicui prodeſt et nulli nocet:vt ſi quis
neget ſcire aliquē inimicū eū occidere volenti. ¶ Menda
ciū iocoſum eſt qđ fit ad recreationē ſine deceptione eiꝰ cui
ꝓfertur:vel cū deceptione ſine nocumēto notabili: in quo
iocātur illi qui ſciūt alterū decipi: et finaliter pōt et ipſe io-
cari. Exēplū primi:vt cū fabule dicūtur vbi ex forma dicen
di audiens nō accipit vt vera/ſed vt fabuloſa: de quo.s̄.di
ctū eſt. Exemplū ſecundi:ſicut ſm̄ Augu.fuit mendaciū io
ſeph qui veraciter potuit decipere verbis iſtis. Explorato-
res eſtis ⁊c̄.et tñ ipſe qui ſciuit veritatē:iocari potuit de eo
rum deceptione ⁊ timore: et ſimiliter alij ſi ſciuiſſent verita
tē:ſic et ipſi poſtq̄ percepiſſent verba illa nō ſerioſe: ſed io-
Nota.3. D coſe dicta potuerūt de hoc iocari. ¶ Tertio notādū ꝙ ſm̄
Grego.in.ſ.diſt.xlij.q.ij.et Petrū.q.xij.arti.iij.et alios/hec
nomina et verba mendaciū/mētiri/decipere/ ſm̄ quālibet
triū acceptionū ſtatim poſitarū dupliciter adhuc accipiun
tur. Uno modo vt includāt deordinationē.i.vt nō ſolū im-
portāt actū mētiēdi:hoc eſt actū illū proferēdi falſum cū in
tētione decipiēdi vel proferēdi aliquid cōtra mētem:ſed cū
hoc cōnotāt inordinationē.i.ꝙ talis actus proferatur cum
circūſtantia mala:ſcʒ iniuſte/indebite/contra legē ſm̄ quā
acceptionē mox nominata cōuoluta ſunt malicia: ſicut phi
loſophus dicit de adulterio/furto ⁊c̄.et ita cōmuniter acci
piūtur hec nomina ⁊ verba a ſanctis ⁊ doctoribus:ſm̄ quē
modū impoſſibile eſt deū mētiri: vt dicit apl's ad Heb. vj.
aut etiā mendaciū precipere vel decipere:eo ꝙ impoſſibile
eſt deū aliquid facere inordinate vel male: quia eo ꝙ aliq̄d
vult aut facit/ordinate et bene facit: vt frequēter dictū eſt.
Alio modo accipiūtur vt nō connotant hm̄oi inordinatio-
nem ſeu circūſtantiā ex ſe malā:ſed dicūt actū illū cōtra mē-
tē prolatū/ſiue inordinate fiat ſiue nō inordinate. ꝙ eñ fie
ri poſſit nō inordinate/patebit in cōcluſione ſcđa. Secūdū
primā acceptionē in diffinitione mendacij et mentiri/opor
tet addere inordinate: vel ſaltē intelligere in eo qđ dicitur:
cū intētione fallendi ſeu cōtra mentē. Sed ſcđo modo acci
piēdo addi nō debet:nec in verbis predictis intelligi. Et p
hāc diſtinctionem que etiā eſt de mēte Sco.diſt.preſenti:et
vt patuit:dñi Petri de alia.q.xij.ar.iij.ac primi ſententiarū
Not. 4. E Grego.vbi.s̄.multa que videntur ꝯtraria ſoluunt. ¶ Quar
to notandum ꝙ licet ſm̄ ſanctū Bonauē.et Sco.doctores
cōmuniter ſequētes beatū Augu.lib. de mendacio/dicant
omne mēdacium eſſe peccatū:vt etiā patet in textu: in aſſi-
gnādo tñ rationē ſunt diuerſi. Quidā eñ dicūt ideo omne
mendaciū eſſe pctm̄:q: eſt cōtra veritatem ſummā: que nō
poteſt diſpenſare vt fiat contra ſe: ⁊ ita neceſſario auertit a
deo qui eſt veritas prima et ſumma. Sed hec ratio nō ſuffi
cit: q: nō omne mēdaciū eſt cōtra veritatē primā ⁊ increatā
immediate: ſed contra veritatem alicuius rei de qua loqui
tur mētiens. Sicut ergo malicia oppoſita alicui bono crea
to non neceſſario auertit a primo bono increato:ita nec fal
ſitas oppoſita veritati creature in pertinente ad veritatem
primam nō auertit neceſſario a prima veritate:poteſt enim
quis errare circa creaturam et non errare circa deum. Alij
vt Tho.ij.ij.q.c. ꝙ ideo mēdacium eſt peccatū:quia eſt ma
lum ex genere ſiue ex obiecto:quia tranſit ſuper materiam
diſconuenientem actui: nam materia conueniens actui lo-
quendi eſt verum vel creditum eſſe verum:ſed in mēdacio
eſt materia oppoſita:nunc aūt actus malus ex genere nūq̄
poteſt eſſe bonus:quia nulla circunſtantia adueniēs poteſt
tollere illā maliciam que habetur per ſe ex obiecto: q: om-
nis circunſtantia alia preſupponit obiectū. Contra hos ar
guit Sco. nō magis eſt materia indebita locutiōis falſum
creditum eſſe falſum/q̄ ſit illicita materia occiſionis/hō in
nocens ⁊ reipublice vtilis:ſed iſta materia ſtante poteſt fie
ri licitum occidere talem hominē innocētē:puta ſi deus re-
uocet preceptum:non occides:et non ſolum licitum/ſed et
meritorium: puta ſi deus precipiat/ſicut precepit abrae de
iſaac:ergo a ſimili poteſt fieri licitum aſſertiue proferre ora
tionem creditam eſſe falſam: ſi preceptum reuocetur de nō
mentiendo:quia nō magis ligat preceptū de non mentien-
do ſeu de non decipiendo proximū/q̄ preceptū de nō occi-
dēdo proximū: q: minus malū eſt proximo auferre opinio
nem verā: vel occaſionaliter generare opinionē falſam/q̄
ab eo auferre vitā corporalē. Item dicens hāc orationem/
ille currit: actus dicēdi tranſit ſuper eandē materiā/ſiue di
cens circa eā decipiatur ſiue nō. Deceptus autē ſi credit ve
rū quod dicit:qđ tñ eſt falſum:non peccat ſi nō decipitur:pu
ta credens eſſe falſum peccat:ergo malicia nō ineſt ei ex ob
iecto:quia obiecto exiſtente eodē/nūc peccat: nūc non pec
cat. Alij vt Bonauen.diſt.preſenti alias cauſas nitūtur aſſi
gnare que ſimiliter poſſunt impugnari. Unde et quidā di-
cunt:quia mentiri includit intentionē malā: quia intentio-
nem fallēdi etiā decipiendi proximū: et ideo non poteſt be
ne fieri:ſed nec illa ſtare poteſt:tum quia mendaciū ⁊ men
tiri nō includit neceſſario intentionē fallēdi.i.decipiēdi: vt
probatū eſt de mēdacio iocoſo:tum q: decipere proximum
nō eſt eſſentialiter malū: ſicut nec occidere proximū etiā in
nocentem:vt probatū eſt cōtra aliā opinionē. Et ideo illis
opinionibus omiſſis ponūtur cōcluſiones. ¶ Quantum Artic. 2.
ad articulum ſecundū eſt cōcluſio prima. Accipiēdo mēda Cōcl. 1. F
ciū primo modo/ nullū mendaciū fieri poteſt ſine peccato
in ſenſu cōpoſito: ſecus in ſenſu diuiſo: hoc eſt ꝙ nō poteſt
actus aliquis ſimul eſſe mendacium: ⁊ nō eſſe peccatū:ſed
eo ipſo ꝙ eſt mendaciū/eſt peccatū:poteſt tñ actus idē qui
nunc eſt mendacim:eſſe/et non eſſe peccatum:ſed tūc cum
non eſt peccatum:non eſt: neq̄ dicitur mēdacium. Prima
pars cōcluſionis probatur: quia mendacium primo modo
acceptum connotat inordinationem: ergo nulli actui cōue
nit niſi inordinato. Tenet conſequentia:quia deficiēte con
notato deficit ſuppoſitio. Antecedens manifeſtum. Et hoc
alij alijs verbis ſic exprimūt: nihil in ſua formali ratione in
cludens maliciam/inordinationem vel iniuſticiam: poteſt
fieri aut eſſe ſine peccato: ſed mendacium primo modo eſt
huiuſmodi:ergo. Que ratio niſi ad priorem intellectum re
torqueatur:fundatur in falſa imaginatione. Nā entitas rea
lis qualis eſt mēdacium:nō includit in ſua ratione aliquid
ſibi eſſentiale: cum ratio ſit in intellectu: et nihil in intelle-
ctu eſt de eſſentia alicuius extra intellectum. ¶ Preterea
maior eſſet falſa:quia cum medium reale multas habet ra-
tiones:tot ſcilicet quot conceptibus repreſentari pōt:quo-
rum aliqui includant maliciam:aliqui non: ⁊ tamen res ip
ſa que eſt mendacium eſſe poteſt ſine peccato:q̄uis aliqua
eius ratio formalis includit maliciam. ¶ Secunda pars
probatur : quia actus ille qui nunc eſt mendacium : poteſt
eſſe et non eſſe peccatum: vt patebit in concluſione ſequen
ti : et hanc concluſionem quoad primam partem intendit
beatus Auguſtinus ⁊ ceteri/dum negant mendacium eſſe

Cōcl.2. G poſſe ſine peccato. ¶ Secunda concluſio. De potētia dei
abſoluta cuiuſlibet generis mendaciū acceptū ſecūdo mo
do fieri poteſt ſine peccato. Probata cōcluſione de mēda/
cio ꝑnicioſo: ſatis ptꝫ de officioſo ⁊ iocoſo. ¶ Pro maiori
⁊ vlteriori declaratiōe cōcluſiōis/placuit hic inſerere aliam
omniū generꝫ mendacioꝫ diſtinctionē. Notādum eſt ergo
ꝙ octo ſunt genera mendacioꝫ q̄ plene habentur. xxij. q. ij.
Primū. vbi inquit canon. Primū eſt capitale mendacium
et longe fugiendum: qđ fit in doctrina religiōis: ad qđ mē
daciū nulla conditione quiuis debet adduci. Secundum:
vt ſi aliquē ledat iniuſte qđ tale ē: vt nulli proſit ⁊ obſit ali
cui. Tertium prodeſt alteri/ita vt obſit alteri: ꝗuis non ad
immundiciā obſit corporalē. Quartū: ſola mentiendi fal/
lendiꝗ libidine: qđ merꝫ mendaciū eſt. Quintū: qđ fit pla/
cendi cupiditate de ſuaui eloquio. His omnibus penitus
euitatis atqꝫ reiectis: ſequit̃ ſextū genus: qđ nulli obeſt et
ꝓdeſt alicui: velut ſi quiſpiā pecuniam alicuius iniuſte tol/
lendā ſciēs vbi ſit/neſcire ſe mentiat̃. Septimū genus mē
dacij/eſt qđ ⁊ nulli obeſt ⁊ prodeſt alicui: velut ſi nolēs ho
minem ad mortem queſitū prodere mētiatur. Octauū ge/
nus mendacij/eſt qđ ⁊ nulli obeſt: ⁊ ad hoc ꝓdeſt vt ab im
mundicia corporali aliquē tueat̃. Nō ē igitur mētiēdū i do/
ctrina pietatis: q̄a magnū ſcelus ⁊ primū genꝰ deteſtabilis
mēdacij. ⁊c̄. Breuior aūt ⁊ planior eſt diſtictio ꝙ mēdacio/
rū aliud eſt ꝑnicioſum: aliud iocoſum: ⁊ aliud officioſum:
q̄ diſtinctio patet. xxij. q. ij. Ne quis. Et hic ſupra eadē que
ſtione p̄ſenti diſ. art. j. notabi. ij. et vt redeā ad propoſitum.
Probatur itaqꝫ cōcluſio de mēdacio ꝑnicioſo qđ nocet pro
ximo: q꞉ ſm btm̄ Aug. aliq̄ merent̃ decipi ac deceptiōe pu/
niri: nam ⁊ apl's ad Roma. j. de gentilibus deū cognoſcen
tibus/⁊ non vt deū honorantibus dicit: Propter qđ ⁊ tra
didit illos deus in reprobum ſenſum: ergo iuſtū ē tales de
cipi. vltra: ergo iuſtū ē eos decipe: poteſt ergo aliquis eos
iuſte decipere. Itē deus poteſt alicui p̄cipere vt per menda
ciū aliū decipiat: ergo ſic per mendaciū decipiens non pec
cat. ꝯña nota. Añs ꝓbat̃: q꞉ nullā includit contradictionē:
ergo deꝰ pōt. ¶ Itē pōt deꝰ p̄cipere alicui vt innocētē occi
dat: vt patet de abraā: vt habitū ē p̄cedenti diſtinctione. er
go etiā poteſt p̄cipere alicui/vt aliū decipiat mentiēdo: q꞉
minus ē hoc contra rationē: q꞉ minꝰ cōtra bonū ꝓximi ꝙ
primū: vt dictū ē in quarto notabili. Itē vt ſtati argutū eſt:
oēm penam iuſtā poteſt aliquis iuſte īfligere: ſed deceptio
q̄nqꝫ eſt pena iuſta: ergo eā poteſt aliquis iuſte īfligere: ma
xime ſi hoc a deo ſibi p̄cipiat̃: ⁊ tunc decipiendo nō modo
non peccaret: ſad ceteris paribus mereret̃. ¶ Item deꝰ de
cipit per malos hoīes ⁊ angelos: vt dicit Aug. i lib. lxxxiij.
q. q. liij. multū late ⁊ pulchre: ergo hoc idem pōt ꝑ bonos.
¶ Item pōt tollere preceptum de mēdacio: ⁊ tunc menti/
ens nō peccat. Siquidē nemo peccat q̄ nō agit contra legē
Et de hoc etiā ſupra diſ. xij. latius diſputat. de hoc dñs Pe
trus de aliaco. q. xij. lib. primi ſententiarū arti. iij. poſt Gre
Cōcl.3. H go. diſt. xliij. q. ij. p̄mi ſcripti. ¶ Tertia cōcluſio: Stāte lege
omne mendaciū ꝑnicioſum ex deliberatione dictū eſt mor
tale peccatum. Probat̃: q꞉ ſimpliciter ꝓhibetur illo prece/
pto: Non dicas cōtra proximum falſum teſtimoniū. Non
enim precise ē teſtimoniū quod dat̃ vel prohibet̃ i iudicio:
ſed eciam eſt falſum teſtimonium/quando aliquis ex certa
deliberatione aſſerit qđ ignorat: vel cuiꝰ nouit oppoſitū:
non curando an in iudicio vel extra iudiciū id fiat: quicūqꝫ
em̄ cum intentione decipiendi eum cui loquit̃: vel de quo
loquitur dicit oppoſitum eius qđ ſcit verꝫ eſſe: ⁊ ſic loquē/
do nocet: dicit falſum teſtimoniū contra proximum. Utrū
autē indeliberati excuſet/tangetur ſequenti queſtione. Ad
idem ſunt plures autoritates vtriuſqꝫ teſtamenti: nam os
quod mētit̃ occidit animā. Sap. j. Et in Ps̄. Perdes oēs
qui loquunt̃ mendacium. ⁊ ſimilia multa que omnia intel
Cōcl. 4. I ligunt̃ de mendatio pernicioſo. ¶ Quarta cōcluſio: Mē
daciū officioſum ⁊ iocoſum/neqꝫ in ꝑfectis: neqꝫ i imper/
fectis ex natura actus eſt mortale: ſed tm̄ veniale peccatū.
Probatur concluſio primo quantum ad id ꝙ nō eſt mor/
tale peccatum: q꞉ neutrꝫ eſt ex ſe cōtra charitatem/neqꝫ dei
neqꝫ proximi: quia tunc non eſſet officioſum neqꝫ iocoſum:
ſed pernicioſum. Noceret em̄ dicenti ſi eſſet cōtra charitatē
dei: noceret etiam proximo/ſi eſſet contra charitatem ꝓxi/
mi: ⁊ ita eſſet pernicioſum. Qđ etiā non ſit mortale perfe/
ctis/ſiue ſint in ſtatu perfectionis acquirēde/ſicut religio/
ſi: ſiue perfectionis exercende/ſic̄ p̄lati eccleſie ⁊ predicato
res: patet/q꞉ nulla circunſtātia facit ꝙ peccatū quod i vno
ē veniale: in alio ſit mortale: niſi vna ꝑſona neceſſario obli/
get̃ ad illud ad quod alius nō obligat̃. Sed ꝑfectus ſiue
primo ſiue ſecundo mō non obligauit ſe ad veritatē ſeruā/
dam in verbis aliquo voto vel iuramento pluſꝙ quicūqꝫ
chriſtianus: ergo ex circunſtātia ꝑſone non ſpecialiter obli
gate/non transfert̃ peccatū veniale in mortale. Confirmat̃:
q꞉ ſi in perfectis eſſet mortale/maxime ꝓpter perfectionē
charitatis/qua ſic deo ſumme veritati adherent ꝙ nihil ve
ritatis expers admitterent. Sed hoc non: q꞉ quātūcūqꝫ in
tenſa ⁊ ꝑfecta ſit charitas in via: compatit̃ ſecū peccatum
veniale: ſic̄ dicit Iohā. de ſe ⁊ coapl'is charitate perfectis.
Si dixerimus: q꞉ peccatū nō habemus: ipſi nos ſeducimꝰ:
et veritas in nobis nō eſt. j. Iohā. j. Nō enim cōtrariat̃ ve/
niale charitati: ideo ſtat cum ea: nec propter veniale chari/
tas minuit̃: vt viſum ē in. j. diſ. xvij. ideo nō obſtante venia
li ꝑ charitatē ſic adheret ſūme veritati: vt nihil expers. j.
contrariū v̄itati ſumme q̄ deꝰ eſt admittat: admittit tm̄ aliqđ
opus indifferens ⁊ etiam veniale: ita ꝙ ꝑ illa charitas nō
īperficit̃. ¶ Dicit̃ aūt notanter ex natura actꝰ: q꞉ mendaci/
um officioſum ⁊ iocoſum poteſt ꝑfectis eſſe mortale per ac
cidens: ſicut quodlibet veniale poteſt fieri mortale: vt ſi ſie
ret ex contēptu vel ex tanta libidine ꝙ paratus eſſet ipſum
cōmittere etiā ſi eſſet contra p̄ceptū aut cōtra cōſciētiā etiā
erroneā: aut ſi ſcandalizaret ꝓximū: aut dānū ſeu nocumē/
tū inferret: in q̊ caſu iā non manet officioſum aut iocoſum:
ſꝫ erit ꝑnicioſum. Añ ſi ꝑ mendacium officioſum vel ioco
ſum/auferat̃ in doctrina/iudicio ⁊ ſimilibꝰ ad officiū ꝑfe/
ctorū ꝑtinentibꝰ autoritas ⁊ vtilitas doctrine quā predicat
et iudicij q̊ iudicat (iuxta illđ Aug. ad Hiero. Si ad ſcriptu
ras admiſſa fuerint mendacia quantūcūqꝫ iocoſa: nihil re
manebit in eis ſoliditatis) ſic eſſent mortalia: puta ſi prela
tus p̄dicans miſceat mēdaciū iocoſum: nihil remanet ſoli/
ditatis i doctrina illa. Pōt enim quilibet dubitare de quo
cūqꝫ dicto ab eo ſi ſit mendacium iocoſum: ſicut aliud i do
ctrina prolatū: Uel qua ratione non aſſentitur illi menda/
cio iocoſo: pari ratione nec alij dicto: et ita peribit autori/
tas doctorum in eccleſia in docendo: peribit etiam vtili/
tas populi audientis: ſimiliter in iudicio ſolenni. Uerum
eſt hoc niſi ex forma loquendi appareret manifeſte hoc di
ctum eſſe iocoſum: et eſſe ſeorſum dictum ab actu iudican/
di vel docendi. Dum enim aliquis ſedet ad iudicandum
vel docendū poteſt aliqua iocoſa miſcere ſine mortali pec/
cato: dummodo (vt dictum eſt) ex modo loquendi ſumū
tur non eſſe de iudicio aut doctrina. Sic propter ſcanda/
lum quo imperfecti poſſent magis ſcandalizari de menda
cio perſone in ſtatu perfectionis acquirende vel exercen/
de conſtitute: ꝙ alicuius perſone communis: poſſet men/
dacium officioſum vel iocoſum fieri mortale. Uniuerſali/
ter enim ſm legem euāgelicam ſcandala puſillorum ſunt
vitanda: ſm illud beati Matthei. xviij. capitulo. Ue ho/
mini illi per quem ſcandalum venit. Scandala autem pha
riſeorū non data: ſed accepta non ſunt vitanda. iuxta illud
Matthei. xv. dicentibus diſcipulis ad dominum: Scis q꞉
phariſei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt. Reſpondit
chriſtus. Sinite illos: ceci ſunt et duces cecorum. Siue igi
tur in factis indifferentibus ex ſe qualia ſunt comedere car
nes: de quo dicit apoſtolus. j. Cor. viij. Si eſca ſcandalizat
fratrem meum: non manducabo carnes in eternum ne fra
trem ſcandalizem. Siue in factis que habent maliciam ve
nialem: cum nata ſint ſcandalzare occaſionaliter puſillos
preſentes vitandum ſemper eſt ſcandalum. Sed per hoc
non poſſumus iudicare factū ex natura facti in ſe: ⁊ iō licet

perfectus altero dictoꝝ modoꝝ ex profeſſione ſua aut ſta/
tu non obligetur ad vitandū tale peccatum ſub aliqua ra/
tione precepti magis ꝙ quicūqꝫ alius chriſtianus: ſi tamē
recta ratio dicteret ꝙ actus talis ſit ſcandalum alijs: cū ſimi/
lis in alio nō eſſet ſcandalū: tenetur ex charitate ꝓximi vita
re ſcandalū. Queadmodū in articulo perſecutiōis paſtor
tenetur quādoqꝫ nō fugere: iuxta illud Johan. x. Mercē/
narius et qui nō eſt paſtor: cuius nō ſunt oues proprie: vi/
det lupum venientē et dimittit oues et fugit ⁊c̄. Et alius
etiam in ſtatu perfectionis acqrende: qui nō eſt paſtor: non
tenetur ex neceſſitate nō fugere: ſed tenet non ſcandalizare
proximū fugiendo. Sed quādo fuga talis ꝑfecti eſſet ſcan
daloſa infirmis: vbi fuga imperfecti nō eſſet ſcādaloſa. Ju
dicarent em̄ proximi ex fuga eius ex quo talis eſt perfect⁹
et nō exponeret vitā pro fide tuenda: ꝙ nō eſſet vita pro ta
li cauſa exponēda: vel ꝙ talis nō bene ſentit de fide: in hoc
caſu tenetur nō fugere: ſed vitā pro vitando ꝓximi ſcanda
lo exponere. Hec Sco. Ex ſimilibus itaqꝫ cauſis mendacia
officioſa et iocoſa poſſent fieri mortalia perfectis: etiā im/
perfectis/ ſi pares eſſent cauſe. Quod aūt generaliter mē/
dacium officioſum aut iocoſum ſit veniale: probat beatus
Augu. et habet in textu: nam cū locutio data ſit homini ad
exprimendum cōceptionē cordis: quando cunqꝫ aliqs loq̄
tur quod in corde nō habet: abutitur ſermone et loquitur
qd̄ non debet: ergo peccat: quia omnis abuſus rei eſt pec/
catū: qui aūt vtitur aliquo ꝯtra finem ꝓpriū/ abutit: ⁊ hoc
cōtingit in omni mendacio et in omni q̄ mentit: ergo men
Artic. 3. dacium et mentiri nō eſt ſine peccato. Et ſic patet cōcluſio
Dub. I. quantū ad oēs ſui partes. ¶ Quantū ad tertiū/ cōtra con/
Z clusionē tertiā et quartā/ ex quibus ſeq̄tur ꝙ omne menda
cium eſt peccatū: pernicioſum quidē mortale: cetera vero
venialia: ꝙ non omne mendaciū eſt peccatū. Et primo de
mendacijs in ſcriptura canonica cōtentis: illa nō ſunt pctā
qm̄ tota ſcriptura eſt a ſpūſctō: ſm illud. ij. Pe. j. Spūſctō
inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Et Paul⁹ ad Ro
xv. Non audeo aliq̄d loq̄ eoꝝ per ꝑ me nō efficit chriſt⁹. Et
ij. Cor. v. Pro chriſto legatiōe fungimur tāꝗ̄ deo exhortā/
te per nos. A deo aūt non poteſt eſſe peccatum. Qd̄ aūt in
ſcriptura cōtineant quedā mendacia/ patet: nā Judicum
ix. Jerūt ligna vt vngerēt ſuper ſe regē. Et illud Ps̄. Come
derunt iacob et lo. e. de. Et illud Celi enarrant gloriam dei
et opera manuū eius annunciat firmamentū. Que ad litte
ram falſa ſunt: cum regem ꝯſtituere nō ſit irrationaliū: nec
enarrare et annūciare. Jacob etiam non eſt comeſtus: ſed
in pace obijt in lectulo ſuo in egypto: et ſepult⁹ in terra cha
naan in ſpelunca duplici: vt habetur Gen̄. penulti. ⁊ vlti. ⁊
ſimilia multa. ¶ Secūdo arguitur de mēdacijs patrum et
hominū laudatoꝝ in veteri teſta. de q̄bus peccatū cōcede/
re nefariū videt. etiā mēdacia nōnulloꝝ premia meruerūt
peccatū vero nō meretur premiū/ ſed penā: ergo mendacia
illa nō fuerūt peccata. Primū patet de patriarcha abraam
qui (vt habetur Gen̄. xxij.) ſeruis ſuis dixit ſe reuerſurū cū
puero iſaac: et tamen eum intendebat occidere: et ita cū eo
nō reuerti. Sic iſaac de vxore dixit ꝙ eſſet ſoror ſua. Gene.
xxvj. ⁊. xxvij. Jacob ſe primogenitū patris ſui eſſe aſſeruit
qui tamen primogenitus nō fuit. Sic ioſeph fratres ſuos
exploratores eſſe dixit: cum tm̄ eos exploratores non eſſe
nouerat. Gen̄. xlij. ⁊. c. xliiij. eis ait. An ignoratis ꝙ nō ſit ſi
milis mei in auguriandi ſcientia: cū tamen augur non fue/
rat. Item obſtetrices egypti mentiebant dicentes pharao
ni/ ꝙ mulieres hebree haberēt obſtetricandi ſcientiā: ꝙqꝫ
parerent ante eoꝝ aduentū. Exo. j. Similiter et raab dixit
exploratores hiericho ſero exiſſe ciuitatis portā: q̊s tamen
in domo ſua abſconderat: vt habetur Joſue. ij. Neqꝫ hec di
cētes peccauerūt: q̄a a deo remunerati ſunt: vt vtrobiqꝫ pa
tet. Peccatū aūt nō remunerat a deo: ſed punit. ¶ Simili
ter de iehu. iiij. Reg. x. ſcribit/ ꝙ zelatus fuit ꝓ dn̄o deſtruē
do baal: et ſacerdotes eius interficiēdo: et tamē dixit men
tiendo. Sacrificiū grande mihi eſt baal. Nec videt ꝙ pec/
cauit: q̄a ꝑ zelū illum multū dn̄o placuit. Sic iudith muli/
er ſancta que holofernē ſtrauit: et populum dn̄i liberauit:
plura mendacia ꝓtulit: vt patet ex hiſtorijs. nec tamē pec/
cauit: quia in iſta populi liberatione valde commendatur.
¶ Tertio arguitur: quia mēdacium ita cōmittitur facto ſi
cut verbo: dū quis facto ſimulat quod nō ē/ ſciens non eſſe
quod ſimulat: ⁊ tm̄ tali ſimulatione nō ſemꝑ peccat. Nam
ioſue ſimulauit ſe fugere habitatores Hay: vt eos lōgius
ab oppido ꝓtraheret/ ⁊ ita proſterneret: vt habetur Joſue
viij. Sic dauid ante regē achis ſtultū ſe ſimulauit: vt habe
tur. j. Reg. xxj. Sed et dn̄s ieſus apparēs duobus diſcipu/
lis euntib⁹ in emaus/ finxit ſe longius ire: abſit autē vt do/ Z
minū putemus peccare potuiſſe. ¶ Reſpondet ad dubiū M
ꝙ ſtante lege/ omne mendaciū eſt peccatū: aliquod morta/
le: aliquod veniale: vt tactū eſt. ¶ Ad argumētum primū
dicit ꝙ in ſcriptura ſacra nullū mēdaciū continet: ſed que/
cunqꝫ in ſcriptura ſacra aſſertiue ponunt in ſenſu litterali:
quē pretēdit ſpūſſctūs: veriſſima ſunt: ⁊ nulla falſitate per
mixta. Sed nōnulla mēdaciter ab improbis dicta recitant
in ſcriptura ſicut blaſphemie iudeoꝝ que nullaten⁹ aſſerū
tur: q: talia mēdacia vt recitant ab alijs dicta accipiuntur
materialiter: ⁊ vt ſic nec ſunt vera nec falſa. Dicunt etiā nō
nulla figuratiue aut parabolice: in quibus ſentētia littera/
lis non eſt illa/ quā voces vel ſcripta ſm primam gramma
ticalē ipoſitionē ſignificāt: ſꝫ quā res importate ꝑ dictiōes
indicāt: ⁊ quē ſpūſſctūs autor ſcripture tali mō loquēdi in
tēdit: ⁊ in talib⁹ figuratiuis locutionib⁹ nō cōtingit men/
dacium ſm primas verboꝝ ſignificationes: vn̄ nō eſt men
daciū dū figuratiue dicit: pratum ridet: q: non eſt ſenſus ꝙ
pratū actū ridēdi producat: ſed ꝙ floreat: ſic non eſt ſenſus
litteralis/ ꝙ ligna ſilue ierūt ad rhānū: ſed ꝙ homines iſra
elite ſcꝫ per ligna ſignificati iuerunt ⁊c̄. vt patet ex doctoꝝ
expoſitionib⁹: ſuo mō dicit ad alia allegata. ¶ Ad ſecūdū
de dictis patrū ⁊ hominū laudatoꝝ/ pōt dupliciter reſpon
deri in genere. Uno mō ꝙ nō eſt neceſſitas ſimpliciter excu
ſandi eos ab omni mendacio/ ſaltē officioſo ⁊ iocoſo: neqꝫ
ab omni peccato: qm̄ nō fuerūt pefectiores apoſtolis: tum
quia habuerūt legē imperfectiorē: tū q: apoſtoli habuerūt
gratiam abūdātiorem qui receperūt ſpiritūſanctū in ſigno
viſibili: nec tm̄ negant venialiter peccaſſe etiā poſt ſpiritus/
ſancti ꝑceptionē: vt. s̄. allegatū eſt ex canonica Johan. Un̄
etſi laudam⁹ bona facta eoꝝ: ⁊ illa accipim⁹ in exēplū: mala
tm̄ in exēplū nō recipim⁹: nec pertinaciter defendim⁹ vel ex
cuſam⁹. Scd̄o mō dr̄/ ꝙ ſi qn̄qꝫ falſum dixerīt: nō oportet ꝙ
ideo peccaſſe in illo dicto cōcedant: poterāt em̄ ſic dicere ex
familiari conſilio ſpiritusſancti: ſicut de iacob dicit Aug. et
habet in textu in calce hui⁹ diſt. vnde ait. Jacob qd̄ matre
fecit autore vt falleret patrē: ſi diligēter attendat: videt nō
eſſe mēdaciū: ſed myſteriū. intēdebat enim matri obedire
que per ſpiritū nouerat myſterium: ⁊ ideo ꝓpter familia/
re conſiliū ſpūſſancti: qd̄ mater acceperat a mēdacio excu/
ſatur iacob: vbi mēdaciū accipit vt includit inordinationē
non quin verba iacob fuerint verba falſa/ ꝓlata cū intētio
ne fallendi patrē: ſed non hoc dixit inordinate aut iniuſte:
q: cōſilio familiari ſpūſſancti q̊ excuſabat a peccato: ⁊ ſic a
mendacio ſtricte accepto. Ex quo etiā patet illud ꝙ mēda/
ciū ſecundo modo acceptū fieri poteſt ſine peccato: ſed nō
ſtante lege. Nam lex quātū ad id vbi cōcurrit familiare cō/
ſiliū ſpūſſancti: per ipſum ſanctiſpiritus cōſiliū reuocatur:
⁊ ita non erit contra concluſionē: ⁊ ita vbicūqꝫ cū menda/
cio ſecundo modo accepto/ concurrit conſilium ſpūſſancti
ibi excuſatur a peccato: ⁊ ꝑ hoc multa mēdacia excuſari poſ
ſent. ¶ Specialiter tm̄ ad ſingula reſpondeo. Ad primum
de abraā dr̄: q: i hoc dicto nō mētiebat: nō em̄ dixit cōtra il/
lud quod in mente habuit. Nam ſicut narrat Joſephus in
lib. antiquitatum: dum iret ſolus cum filio relictis pueris
informauit filium qualiter fuit magnis precibus a deo im
petratus: ⁊ quomodo cōceptus erat miraculoſe: ⁊ quō na
tus gaudioſe: ⁊ quō p̄cepit ei dn̄s ꝙ eū immolaret ⁊c̄. qui/
bus auditis iſaac conſenſit voluntarie ſue immolationi/ vt
dei voluntas impleretur: nō enim poterat eum inuitū im/

molare cū fortioꝛ fuerat patre: erat eñ tūc. xxxv. annoꝝ ſm Joſephū: pater vero. cxxxv. annoꝝ. Credidit aūt abꝛaā ſuū filiū poſt immolationē a moꝛte ſuſcitādū: vt pꝛomiſſa dei cōplerent. In iſaac vocabit tibi ſemē. Et hoc eſt qđ dicit apoſtolus ad Hebꝛe. xj. Fide obtulit abꝛaā iſaac cū tētaretur: arbitrans ꝙ ⁊ a moꝛtuis ſuſcitare potēs eſt deus: ſic ergo non dixit pueris cōtra illud qđ mente ſenſit: credidit eñ ſe cum filio poſt eius ſuſcitationē reuerſurū. Nec facile fuit abꝛae mendaciū imponendū: cuius vita ⁊ obedientia fuit omnibus exemplaris. ¶ Ad ſecundū de iſaac dicit ꝙ nō eſt mentitus dicens Gen. xxiiij. Rebeccā ſoꝛoꝛē: q̄a vere eiꝰ cognata fuit filia batuelis / filij nachoꝛ / fratris abꝛae. Moꝛe aūt illius gentis oēs cognate ſoꝛoꝛes dicebātur / ſicut cognati fratres. Simili modo poteſt reſpōderi ad illud Gen. xx. ⁊ xij. vbi abꝛaā dixit vxoꝛem ſuā eſſe ſoꝛoꝛem ſuam que fuit filia arā fratris abꝛae: vt habet Gen. xj. ¶ Ad tertiū de iacob dicēte ſe pᷓmogenitū ⁊c. ſi placet a mēdacio excuſare poteſt dici ꝙ verba iacob ſm certū intellectum vera fuerūt. Erat eñ iacob eſau nō in ꝑſona: ſed officio ⁊ dignitate quantū ad ius pꝛimogeniture: ⁊ ſic verū dixit: ⁊ ſic q̄ſtio iſaac debebat intelligi. Querebat eñ de eo cui benedictio debebat: pꝛopter qđ non decepit patrē. Illa debebatur iacob electione diuina qua elegit eū in vtero materno adhuc exiſtentē: nam matri pꝛegnanti dixit. Maioꝛ ſeruiet minoꝛi: licet ſic pater non intellexit: et tali modo loquendi vſus eſt ſaluatoꝛ Matth. xj. dicens de iohāne. Ipſe eſt helias. Et ſm hunc modū exponenda ſunt cetera verba ⁊ facta iacob: in quibꝰ loquit et egit tāq̄ eſſet eſau. ¶ Ad quartū de ioſeph qui erat ꝑfectus ſeruatoꝛ diuine legis: poteſt dici ſm Sco. ⁊ beatū Augu. v. ſuꝑ Gen. ꝙ mendaciū eiꝰ ad fratres fuit iocoſum: qđ apparet ex euentu. In fine eñ apeŕuit eis veritatē: et interim dum terruit eos: puniuit eos: ſicut meruerunt puniri. Pꝛoditio eñ quo fratres eum vendiderūt in egyptū: longe maioꝛem penam meruit. Uel ſm ſanctū Bonauen. dicit ꝙ dixit fratres exploꝛatoꝛes tentando dixit: aut interrogādo / nō aſſerendo. Quod vero ſe dixit augurē / loquebat expꝛimendo opinionē populi q̄ eum talē crediderat: non rei veritatē. Uel ſm Alexan. par. ij. q. cxxxix. memb. vj. Uerbū augurandi quādoq̄ ſumit ſtricte et ſic ſonat in malum tantū. Aliquādo cōmuniter ad bonū et malum ꝓ ſciētia futuroꝝ: et ſic verū eſt ꝙ ioſeph habuit ſcientiā augurādi qui fuit pꝛeſcius aliquoꝝ futuroꝝ: ſicut patet Gen. xl. ⁊ xlj. ¶ Ad quintū de obſtetricibus opiniones ſunt: ſed bꝛeuiter dici poteſt ꝙ in facto earū duo conſiderant ſm Alexan. ſcꝫ pietas cōpaſſionis ⁊ mendaciū. Cōpaſſio opus bonū fuit moꝛaliter: et ſi pꝛoceſſit ex charitate fuit etiā meritoꝛiū: pꝛo quo remunerate ſunt tēpoꝛaliter: nō tamen ꝓpter hoc priuate pᷓmio eterno / ſaltē ſi affuit charitas. Mendaciū vero fuit officioſum: quia pꝛofuit et non obfuit: et ideo veniale: et ideo nō impediuit meritum pietatis: licet illi mendacio pꝛemium nō debebat. ¶ De raab dicitur ſimiliter ꝙ pꝛopter pietatē in nuncios cōmendatur nō pꝛopter mendaciū officioſum quo ſaluauit viros ad ſe declinantes. ¶ Ad factū iehu dicitur ꝙ etſi in eo ꝙ zelatꝰ eſt pꝛo dño cōmendat: non tamen in mendacio religionis excuſatur / quo dixit ſibi eſſe ſacrificiū baal: nam licet illud mendaciū videri poſſet officioſum: quia deſtructiuū cultꝰ baal: fuit tamen pernicioſum: nō ſolum ex ratiōe ſui: quia pꝛocuratiuū moꝛtis alioꝝ: ſed etiā pꝛocuratiuū quātū erat ex ſe cultus baal. Et licet iſte cōmendet ex deteſtatiōe quā habuit ad baal / ⁊ perſecutionē eius: tamē vituperatur / q̄a nō receſſit a vitulis hieroboam. ¶ Ad illud de iudith varios dicendi modos recitat Sco. ſimiliter ⁊ Nico. de ly. ſuper ca. ix. ⁊ x. iudith. Poteſt tamen bꝛeuiter dici: pᷓmo ꝙ iudith affectio ad populi liberationē per interfectionem publici hoſtis (iniuſte populum dei expugnare: et dei cultum funditus deſtruere laboꝛantis) fuit bona et cōmendabilis. Secūdo dicitur ꝙ oꝛnatus eius ad capiendū holofernē laqueis oculoꝝ ſuoꝛum excuſat: quia nō dependebat ex libidine: ſed ex virtute: vt per hoc ad eius familiaritatē pertingere poſſet tanq̄ ad aptū mediū / ad hoſtem interimendū: non tamen ſequit ꝙ nitebatur inducere holofernem ad cōcupiſcendū ſe coitu adulterino vel foꝛnicario: ſed magis cōiugali in qua cōcupiſcētia nō peccaſſet moꝛtaliter: et excitatio cōiugalis cōcupiſcentie ſuffecit / tanq̄ mediū ad finem a iudith intentum. Tertio dicitur ꝙ iudith a mendacio nō excuſat ſimpliciter in multis ſuis dictis: tamen omnia fuerunt officioſa: quia ad liberationem populi iſraelitici oꝛdinata: et ita nō fuerunt moꝛtalia: et licet fuerunt nociua holoferni: quia ad eius interitum tendentia: nō tamen ꝓpter hoc fuere moꝛtalia peccata: quia fuit dignus moꝛte. Et potuit iure belli a quocunq̄ aduerſarioꝝ (quoꝛum bellū fuit iuſtiſſimum) ſine peccato occidi. Cōmēdatur ergo iudith quantum ad affectionem liberationis populi: et omnia licita que ad illam fuerūt oꝛdinata: a mendacijs aūt non cōmendatur: ſed tamen a moꝛtali crimine excuſat. ¶ Ad tertium pꝛincipale de factis ac ſimulatione ⁊c. dicitur / ꝙ quādoq̄ factum aliquod eſt inſtitutum ad ſignificandū: et de illis dicitur ſicut de vocibꝰ ſignificatiuis. Quandoq̄ non ſunt ſic inſtituta: ſed exhibētur videntibus tanq̄ ſigna pꝛobabilia aliquoꝝ: et tunc diſtinguit Sco. q̄a aut quis ſimulat per aliqua facta ſibi ineſſe bona que non inſunt: vt per genuflexiōes aut oꝛatiōes vel ſuſpiria ſimulat ſibi ineſſe deuotionē quam nō habet: et hoc pertinet ad hypocriſim: et eſt frequenter moꝛtale: niſi ioco fieret. Aut poteſt ſimulare mala nō ineſſe: ⁊ hoc dupliciter: aut ꝑ ſigna oppoſita exhibita: vt ſi luxurioſus audiens verbum aliquod carnale et laſciuū expuat ſimulando ſe caſtum: et hoc ſimiliter pertinet ad hypocriſim. Aut non oſtendendo: ſed occultādo ſigna que cōmuniter ſequi ſolent mala inexiſtentia: et hec ſimulatio nō eſt mala: immo laudabilis eo modo quo in malo aliquid poteſt dici laudabile: nam vituperabile eſt malo intus latenti addere malum ſcilicet ſignum exteriꝰ. Sic enim de quibuſdam dicitur ꝙ peccatū ſuū quaſi ſodoma pꝛedicauerunt. Si vero facta ſunt indifferentia: q̄ poſſunt eſſe ſigna boni vel alicuius mali indifferenter: ſic non habent rationem mendacij: ſic oꝛatio equiuoca in vno ſenſu vera in alio falſa / pꝛolata / non poteſt iudicari mendacium q̄diu poteſt habere ſenſum verum: et maxime ſi non eſt ſignum ex natura rei: ſed a circunſtantibus ſic accipitur: tūc enim omnino non habet rationem mendacij: et tale fuit factum dauid ⁊ ioſue et ſimiliter chꝛiſti. Aliter diſtinguit ſanctus Bona. nam eſt ſimulatio quedam cautele: quedā doctrine: quedā deceptionis. Pꝛima fuit ioſue et dauid: ſecūda fuit domini qua docuit diſcipulos officium hoſpitalitatis: vnde et coegerūt illum dicentes Luc. vlti. Mane nobiſcū ⁊c. Tertia vero ſimulatio hypocriſis eſt. Pꝛime due non tenēt rationem mēdacij: ſed tertia: ideo pꝛime due nō ſunt peccata: ſed tertia. Poſſet bꝛeuius dici ꝙ aliquod factum quandoq̄ exhibetur ad ſignificandum: quādoq̄ ad tentandum. Secundo modo non habet rationem mendacij: ſicut nec oꝛatio falſa pꝛolata a doctoꝛe ad tentādum diſcipulum: q̄ quia non pꝛofertur aſſertiue ſed tentatiue non eſt mendacium. Talis fuit ſimulatio chꝛiſti qua tentabantur diſcipuli an haberent virtutē hoſpitalitatis: ideo neq̄ mendacium fuit neq̄ peccatum. Pꝛimo modo contingit dupliciter: aut ad occultandum aliquid quod non tenetur manifeſtare: et tunc non habet rationem mendacij: niſi factum illud eſſet incompoſſibile ei quod occultat: neq̄ rationem peccati. Non mēdacij: quia poteſt ſtare cum eo qđ occultatur: et ideo ex ſe non ſignificat oppoſitum eiꝰ quod occultatur: ſed ex acceptatione videntium factum illud: ſicut ſi quis oꝛationem audiens accipit eam in ſenſu quem non habet ex pꝛopꝛietate ſermonis in quo eſt falſa: non ꝓpter hoc pꝛoferens eam mentitur: non peccat: quia non tenetur ille manifeſtare quod occultat: et ita non poteſt occultare ſine peccato. Secundo modo factum illud exhibetur ad oſtendendum aliquid: et ſi tunc illud qđ oſtenditur non eſt: habet rationē mendacij / vel ꝑnicioſi / vel officioſi / aut iocoſi: et hoc ſi factū ex ſe eſt oſtēſiuū. Talis ſimulatio

n

ioſue et dauid fuit ad occultandum: et ideo neq̧ menda/
cium fuit neq̧ pctm̄: voluit enim ioſue occultare animum
expugnandi hay: et dauid ꝓpriam pſonā: et neuter teneba
tur manifeſtare vel animū ſuū vel pſonā: et factū vtriuſq̧
poterat ſtare cū eo quod occultabāt: vt patet. Et tantū de
illa queſtione. Diſtinctio. xxxix.

## IN diſtinctione pre/

cedēti magiſter egit de ſimplici mēdacio. In
hac diſt. penultima huius tertij agit de periu
rio. Et poteſt ſententia textus in his trib⁹ con
cluſionibus cōprehendi. ¶ Prima. Peierat quicūq̧ ſciēs
vel neſciens iurat falſum: ſimiliter q̄ credens falſum iurat
quod eſt verū. ¶ Scđa. Iurare ꝑ deum vel creaturas ſim
pliciter: qđ eſt deū in teſtem aſſumere: vel ꝑ execrationem
quod eſt creaturā deo ad penam obligare: malum eſt ſine
neceſſitate: ꝑ falſos vero deos iurare ſemꝑ malū eſt: ꝙuis
tali iuramento (per infidelem facto) fidelis ad bonū vti
poteſt ſine crimine. ¶ Tertia cōcluſio. Iuramentū ꝓmiſ/
ſoriū qđ in peiorem vergit exitū: nō debet obſeruari: ꝙuis
ſic iurans nullatenus a ꝑiurio qđ non ꝓmiſſum nō ſeruan
do ſed iurando incidit: ſed nec a ꝑiurio callida verborū ar/
A te iurans: nec a peccato peierare cogens poterit excuſari.
Proſecutio harum patet in textu. Queſtio. j.

## CIrca hāc diſtinctio

nem primo querit̄ de iuramento: ſecundo de
periurio. Eſt itaq̧ queſtio prima: vtrū licitū
ſit iurare in teſtimonium veritatis: et in obli/
gationē ſeruāde promiſſiōis. ¶ Tribus articulis queſtio
Artic. 1 abſoluet̄. Primus terminos declarabit. Secūdus per cō
Nota. 1. cluſiones reſpondebit. Tertius quedam dubia mouebit.
¶ Quantū ad primum videndum q̄d ſit iurare / ⁊ q̄d iura
mentum. Ubi notandū ꝙ iurare ſm beatū Aug. in de ver/
bis dn̄i / eſt deū in teſtē aſſumere. intellige immediate in ſe
vel mediāte creatura. Et alibi ſm eundē. Iurare eſt ius ve
ritatis deo reddere. et hoc ſit cum in teſtem veritatis aduo
catur. Hinc iuramentū ſm Raymū. deſcribit̄. Eſt affirma/
tio vel negatio de aliquo ſacre rei atteſtatiōe firmata. Ubi
ſacre rei atteſtatione / includit tam deū q̄ eſt ſanctuſſancto/
rū: ꝙ creaturā in qua relucet dei ꝑfectio. Unde hic aſſumit
deū in teſtem immediate: q̄ ad confirmationē ſui dicti deū
teſtem aduocat in ſe nulla mētione facta de creatura: vt cū
dicit̄ / deus teſtis eſt ꝙ ita eſt: vel / ꝑ deum ita eſt: aut ſimile
Aduocatur aūt deus in teſtem mediāte creatura: quādo in
cōfirmatione dicti nominat̄ creatura: nō vt creatura ſit te
ſtis: q̄a ſm apoſtolum. Uanitati oīs creatura ſubiecta eſt.
ad Rom. viij. Sed vt deus cuius ꝑfectio ⁊ veſtigium ſue
veritatis in creatura relucet: et qui eſt autor creature: ſit te
ſtis veritatis. Unde Alexan. par. iij. q. xxxj. ar. ix. et eſt magi
ſtri in textu. Iurare ꝑ creaturā / eſt creatorē eius teſtem ve/
ritatis adducere: vt infra dicet̄. Ex eo autē inductū eſt iu/
ramentū: quia homo ſciens hominē eſſe mēdacem. i. men/
tiri poſſe et ignorantē: et per cōſequēs poſſe fallere et falli:
fallere ꝓpter defectū veritatis: falli ꝓpter defectū cogni/
tionis: nō em̄ poſſunt hoīes cognoſcere contingētia: neq̧
cordiū ſecreta: vel etiā alia abſentia: ideo nō poteſt homo
certā fidem adhibere dictis alteri⁹ hoīs. Expedit aūt reb⁹
humanis: vt certitudo aliqua de his adhibeat̄. Et ideo ꝓ
iſta certitudine habēda neceſſariū eſt adducere teſtē veracē
et ſcientē q̄ nec fallat nec falli poſſit: hic ſolus eſt de⁹: q̄ nō
decipit: nec decipi poteſt. Non em̄ maiorem certitudinē lo
quens de reb⁹ humanis ineuidētibus facere poteſt audiē/
tibus: ꝙ adducere teſtē deū. Hincꝑ iure introductū: vt qđ
ſub inuocatiōe diuini teſtimonij dicit̄: tanꝙ ꝓ certo vero
habeat̄: ideo dicit apoſtol⁹ ad Heb. vj. Oīs cōtrouerſie fi/
nis ad ꝯfirmationē eſt iuramentū. quaſi dicat ad cōtrouer
ſiam finiendā / eiuſdēq̧ ſedationē certificandā ⁊ ꝯfirmādā
adducit̄ iuramentū q̄ſi vltimate certificās et cōfirmās. Et
ideo Scđo. diſtin. p̄ſenti ſic deſcribit iuramentū. Eſt aſſertio
dicti humani ꝙ ipſum ſit verū / et hoc vltimate. Aſſertio ex
tendit̄ ad dictū affirmatiuū ⁊ negatiuū. Eſt aūt aſſertio vl/
timata q̄ ſit ꝑ inuocationē diuini teſtimonij: nam vlterior ⁊ Corol. 1
certior aſſertio eſſe nō poteſt. ¶ Ex illis ſeq̄tur p̄mo: ꝙ nō B
tantū dū coram iudice tactis ſanctoꝝ reliquijs / aut euāge/
lio / vel eleuatis digitis: ſed vbicūq̧ ⁊ q̇buſcūq̧ v̇bis teſtē
ſue aſſertiōis q̄s inuocauerit iurat: ſiue dicat ꝑ deū: ſiue de
us nouit: ſiue corā deo dico: aut deo teſte: ſiue viuit dn̄s: ſi
ue hec faciat dn̄s: et hec addat. Uel alijs q̇buſcūq̧ modis
rū diuerſi habent̄ in diuerſis ſcripture paſſibus. Et de hoc
Auguſtin⁹ in de ſermone dn̄i in monte dicit. Ridiculū eſt
putare tunc iurationē eſſe: dum ꝑ aliq̄d dicit̄ per qđ iurat̄:
ita ꝙ nō iuret q̇ nō dixerit ꝑ deū: licet dixerit teſtis eſt mihi
deus. ¶ Secūdo ſeq̄tur / ꝙ nō eſt vna tantū: ſed multiplex Corol. 2
forma iurādi. Unde Alexā. de ales. ꝑ. iij. q. xxxj. men. iij. ar.
j. omnes modos iurādi ad quattuor reducit. Iurās em̄ ve
ritatē primā et ſummā q̄ de⁹ eſt: et reueret̄ et in teſtimoniū
ſue aſſertiōis adducit. Debet v̇itas iſta reuereri inquantū
principiū eſt oīs veritatis: et tūc iurat̄ ꝑ deū ſeu ꝑ veritatē
Secūdo inquātū cognitor eſt oīs veritatis: et tūc forma iu
randi eſt. Teſtis eſt mihi de⁹: ſcit de⁹ ꝙ nō mētior / ait apo/
ſtolus: hoc dico corā deo. i. deo ſciente et teſtificāte. Tertio
inquātū iudex eſt et retributor premioꝝ bonis: ⁊ tūc iurat̄
ſub hac forma: viuit dn̄s. i. viuit q̄ vitā cūctis tribuit: viuit
anima mea / dei ſcȝ bn̄ficio. vel viuit dn̄s: ita eſt: id eſt vera
eſt aſſertio mea: ſicut verū eſt dn̄m viuere ⁊ vitā bonis tri
buere. Quarto inquātū retributor pene malis: ⁊ tūc eſt for
ma iurādi. Hec faciat mihi de⁹ et hec addat / vel nō ſaluer:
et ſic de alijs formis ad p̄dictas reducēdis. ¶ Scđo notā/ Nota. 2
dum ꝙ generali diuiſione duplex eſt iuramentū: ſcȝ aſſer/ C
toriū ⁊ ꝓmiſſoriū. Aſſertoriū eſt reſpectu cuiuſlibet tp̄is p̄/
teriti / p̄ſentis ⁊ futuri. Et eſt aſſertio alicuius cū iuramēto
nō exhibendi ꝑ aſſerentē: vt cū iurat q̇s aliq̄d fuiſſe vel eſſe
Aut quādoq̧ futurū eſſe vel nō fuiſſe: nō eſſe aut nō futuꝝ
eſſe. Exemplū de futuro: vt ſi q̇s iuret cras eclypſim eſſe fu
turā aut pluuiā: aut nō eſſe venturā: rarius tamē iuramētū
aſſertoriū eſt de futuro. ¶ Iuramentū promiſſoriū eſt / cū
quis iurat ſe aliq̇d eſſe facturū vel nō facturū. Et eſt tantū
reſpectu futuri: vt dum quis iurat ſe daturum alicui cen/
tum flo. aut venturum ad talem locum vel non venturum
vtrunq̧ iuramentorum eſt obligatorium. ¶ Aſſertorium
quidem obligat aſſerentē vt verū dicat ex quo talem teſtē
inducit. Promiſſorium vt quod iurauit verū faciat. Quia
tamen aſſertoriū non obligat niſi pro tempore pro quo iu/
ratur: quia frequenter eſt de aliquo preſenti vel preterito.
Promiſſorium autem obligat reſpectu futuri contingen/
tis: et fiendi per iurantem: ideo appropriate promiſſoriū
dicitur obligatorium: quia ſemper manet obligatus / do/
nec iuratum perficiat. ¶ Utrūq̧ autem iuramentoꝝ / quā/
doq̧ ſit ſimpliciter ſine obligatione ſui vel alterius ad pe/
nam: quandoq̧ cum obligatione: vt quando aliq̄d (vt ſa/
lus propria aut filiorū vel rerū iurantis / eterna vel tempo/
ralis) obligatur deo ad penā ſi peierauit: vt ſi dicatur. Si
non eſt verum quod dico: aut ſi non impleuero ꝓmiſſum /
illud patiar: vel illud mihi contingat aut filijs meis / aut
poſſeſſioni mee: et ſolet fieri his vel ſimilibus verbis. Hec
faciat mihi deus: hec addat: non ſaluer: nō viuat filius me/
us: incendio pereat poſſeſſio mea: niſi ⁊c̄. Secundum hūc
modum interdum etiam accipitur cum quis iurando dicit
per ſalutem meam vel per filium. Per ſalutem pharaonis
iurauit ioſeph. Obligat enim hoc deo: vnde Auguſtinus
in ſermone de periurio. Cum quis ait per ſalutem ſuā: ſa/
lutem ſuam obligat deo: cum dicit per filios meos: oppi/
gnorat eos deo vt hoc eueniat in caput eorū qđ exit de ore
ipſius: ſi verū / verū: ſi falſum / falſum. Et licet oīs creatura
ſit creatoris et in ei⁹ plena poteſtate: ita vt nō poſſimus eā
magis deo obligare in ſe: tm̄ bonū vel ſolatiū qđ a creatu/
ra recepimus: ⁊ eſt a deo nobis ꝯceſſum: poſſum⁹ deo tāꝙ
noſtrū oppignorare: ⁊ illud iuramētū dicit̄ execratoriū: et
ſm Auguſti. eſt grauiſſimum genus iuramenti. Quando

autem iuramentū ſit ſine obligatiōe huiuſmodi:dicit̄ iura
mentū aſſertoriū vel ꝓmiſſoriū ſimplex.¶ Item iuramen
tum poteſt diuidi in iuramentū verū ſiue bonū : et in per-
Nota.3. D iuriū:ſed de hoc queſtione ſequenti.¶ Tertio notandum
ꝙ tres ſunt circūſtātie in genere que requirūtur ad hoc ꝙ
iuramētū ſit bonū ⁊ licitū:que ſm beatū Hiero.dicūtur co
mites iuramēti:has tangit Hiere.c.iiij.Iurabis viuit dn̄s
in veritate:in iudicio:et in iuſticia.Ex parte iurātis reqrit̄
iudiciū diſcretiōis.Ex parte rei verius iuramenti:reqritur
veritas/vt ſit adequatio rei ad ſermonē quo iurat̄.Ex pte
cauſe reqrit̄ iuſticia:vt ſcꝫ p cauſa iuſta iuret̄.De hoc beat⁹
Tho.diſtin.p̄ſenti.q.ij.ar.iij.ad hoc ꝙ iuramentū ſit rectū
tria reqrunt̄.Vnū ex parte rei de qua iurat̄ ſcꝫ veritas: ali
as dictū nō eſſet cōfirmatione dignū.Ex parte cauſe/ iuſti-
cia:alias nō eſſet debita neceſſitas.Ex parte iurātis/ diſcre
tionis iudiciū:alias nō adhiberet̄ debita cautela.Reqrit̄
ergo veritas:tam in cōſcientia iurātis:ꝙ in ſermone ipſo q̊
iurat̄.In ↄſcientia qdē:vt ita eſſe credat ſicut iurat in aſſer
torio: vel ita facere intendat ſicut iurat in promiſſorio.In
ſermone vt ſermo quo iurat verus ſit.Reqrit̄ iuſticia: vt
nō iuret:qđ ſm ſe iniuſtū eſt/illicitū vel inhoneſtum : aut
melioris boni impeditiuū:vtrūqꝫ em̄ illoꝝ vergit in dete-
riorem exitū.Nam ſicut iuramētū nō debet eſſe vinculum
iniqtatis.de iureiurādo.c.quanto.ita nec impedimentum
perfectiōis.Requirit̄ iudiciū nō illud qđ eſt executio iuſti
cie:ſed iudiciū diſcretiōis: vt ſcꝫ nō leuiter/ indiſcrete ⁊ ſi-
ne debita neceſſitate iuret.Includit hec diſcretio multas
circunſtātias p̄ſertim ſex attēdendas ſcꝫ cur/q̇s/cui/ꝑ q̇d/
E quomodo/quādo.de q̇bus latius infra in dubijs.¶ His
cōditionibus opponūtur tres alie vitiantes iuramētū: ſcꝫ
dolus/indiſcretio/coactio.cōtra veritatē/iudiciū et iuſtici
am:a q̇bus nominat̄ iuramētū/doloſum/incautū/coactū.
Doloſum in aſſertorio:quādo iurans oppoſitū eius ſentit
quod iurando aſſerit.In promiſſorio/quādo iurans ſe ali
quid facturū:in ipſo actu iurādi intendit oppoſitū:nec in-
tendit ſe obligare ad illud qđ iurat.¶ Iuramētū incautū
poteſt dici dupliciter.Vel q̇a trāſit ſuꝑ materiā oīno illici-
tam:puta aliq̇s iurat ſe facturꝫ oppoſitū alicuius precepti
vt q̇ iurat ſe aliquē occiſurū vel adulteraturū: vel q̇a tranſ
it ſuꝑ materiam que de ſe eſt licita/puta aliq̇s abiurat oꝑa
perfectiōis:⁊ in hoc ponit obicē ſpūiſancto ⁊ ei⁹ motioni.
Vnde licet q̇s licēter poſſit cōſilia nō acceptare: nō tamen
licet ſe ad nō ſeruandū obligare.Poſſet etiā poni iuramen
tum aliqđ incautū qn̄ iurat ſe facturū qđ nō poteſt facere:
et quādo iurat putat ſe poſſe.Iuramētū coactū eſt iuramē
tū metu extortū:vt ſi q̇s iurat aliq̇d eſſe verū : aut ſe aliq̇d
facturū inductus metu alicui⁹ mali qđ timeret incidere ſi
nō iuraret.Eſt aūt duplex metus:q̇dā cadens in conſtantē
virū:et eſt dum q̇s metu maioris mali fugiendi/eligit mi-
nus malū.Et ille poteſt cadere in virū cōſtantē et virtuo-
ſum:vt quādo nō leui eſtimatiōe:ſed certitudinaliter ſaltē
certitudine ſufficiente in actibus humanis / ſcit malū ſibi
inferendū qđ maius eſt ſibi incōueniēs ꝙ actū illū diſplicē
tem elicere.Et poteſt ↄtingere ꝙ ſm rectā rōnē ſibi ſit ma
ius incōueniēs: vtputa mors/carcer/mutilatio enormis/
ſtuprū/⁊ ſimilia.Cū em̄ ille ſit dn̄s volūtatis ſue:pōt velle
aliq̇d qđ alias nollet:⁊ imꝑare actū alias nolitū anteꝙ in-
currat iſta mala:et hoc ſm rectā rōnē.Et talis metus dicit̄
cadere in cōſtantē virū:dum illud malū fugiendum ſit ma
gis incōueniēs viro:ꝙ illud qđ tali metu elicit:vt ſi q̇s vo
luerit aliquē interficere niſi det.c.flo.metus inducēs ad dā
dum.c.flo.cadit in cōſtantē virū: q̇a vir conſtans ⁊ virtuo
ſus magis debet velle dare ⁊ effectualiter tradere.c.flo.ꝙ
vitā perdere.¶ Corollariū: nullus metus poteſt induce-
re virū conſtantē ad peccandū mortaliter: q̇a ꝓ nullo ma-
lo fugiendo dictat ratio recta peccandū eſſe mortaliter:q̇a
nō poteſt eſſe maius malū qđ imminet ꝙ ſit peccatū mor-
tale.¶ Sed di.licet nulla pena ſit peior mortali pctō: vnū
tamē peccatū mortale eſt peius alio : ideo metu incidendi
maius mortale poſſet vir conſtans eligere mortale minus

Reſpōdetur/ꝙ nullum eſt peccatū mortale magnum vel
paruum/quin poſſit vitari abſqꝫ hocꝙ incidat̄ aliud mor-
tale:q̇a nunꝙ poteſt mortaliter peccari/niſi pleno volūta-
tis cōſenſu:volūtas aūt nō poteſt cogi ad conſenſum: licet
poſſint violentari membra exteriora ad actū:q̇ tamē nunꝙ
eſt peccatum volūtate nō cōſentiente:ideo maius mortale
ſemꝑ vitari poteſt abſqꝫ cōmiſſiōe minoris paccati morta-
lis.¶ Metus cadens in virū incoſtantē:eſt quādo maius
malum vel incōueniēs admittit̄:ad fugiendū minus malū
vel cōueniens: vt q̇ peccat ne ſubſtantiā tēporalem perdat
aut mortē ſuſtineat corporalē ne diuitias habitas perdat.
Et tantū de arti.j.¶ Quantū ad articulū ſecundū eſt pri-
ma cōcluſio.Iuramentū cū debitis circūſtātijs eſt licitū ⁊ Artic. 2. Cōcl. 1.
ſepe meritoriū.Hec cōcluſio reprobat errorē manicheorū F
hereticoꝝ dicentiū/ꝙ in nullo caſu iurare liceat.Moti fue
runt v̇bo ſaluatoris Math.v.Audiſtis q̇a dictū eſt anti-
quis nō periurabis: reddes aūt dn̄o iuramēta tua.Ego au
tem dico vobis nō iurare oīno.Et ſequit̄.Sit aūt ſermo ve
ſter eſt eſt.non nō.qđ his abundantius eſt a malo eſt. ⁊ Ja
co.v.Ante oīa fratres mei nolite iurare neqꝫ ꝑ celū: neqꝫ ꝑ
terrā:neqꝫ aliud qđcunqꝫ iuramentū.Sed ↄtra illos ꝓbat̄
cōcluſio autoritate ſcripture:facto chriſti ⁊ apoſtoloꝝ: et
ratione.Autoritate.nā Deu.vj.dicit̄.Dn̄m deū timebis ⁊ ꝑ
nomen illius iurabis.Item Math.v.Reddes dn̄o iura
menta tua.Que tractās beat⁹ Aug.in de verbis apl̄i.Si
peccatū inq̇t eſſet iuratio:nō diceret̄ in lege.Reddes dn̄o
iuramenta tua.Reddim⁹ aūt dn̄o iuramenta quando iura
mus per deū.Itē ad Heb.vj.vt allegatū eſt ſupra apoſto-
lus dicit.Oīs cōtrouerſie finē eſſe iuramētū.Cū aūt licitū
eſt finire cōtrouerſias:licitū erit iuramentū per quod ↄtro
uerſie finiunt̄.Ad idē innumere doctoꝝ autoritates addu-
ci poſſent: ſed maior his eſt autoritas eccleſie:q̇ ſic determi
nauit in.c. etſi chriſtus.de iureiuran.¶ Ex facto idem pro
batur:nam deus ipſe iurauit ꝑ angelos et oīa prophetarū
Vnde Geneſis.xxij.ait ad abraā.Per memetipſum iuraui
dicit domin⁹: quia feciſti hanc rem ⁊c̄.Et frequēter habet̄
verbū hoc.Viuo ego dicit dn̄s.Et in pſal̄.Iurauit domi-
nus ⁊ non penitebit eū.Item iurauit dn̄s dauid veritatem
et non fruſtrabitur eum.Item in nouo teſtamento frequē
ter dn̄s ad confirmationem predicate veritatis addidit.
Amen amen dico vobis : quod eſt fideliter vel veraciter/
ſiue in fide aut veritate dico vobis : quod eſt iurare : quia
eſt deum in teſtem aſſumere qui fidelis eſt et veritas.Sic
em̄ dominus ipſe exponit Luce.iiij.Amen dico vobis.In
veritate dico vobis:q̇a multe vidue ⁊c̄.Itē Apoc̄.x.legit̄
ꝙ angelus leuauit manū ſuam in celū:et iurauit per viuen
tem in ſecula ſeculoꝝ.¶ Preterea beatus paulus frequen
ter in epiſtolis iurauit.ad Rom̄.ix.Veritatem inquit dico
in chriſto ieſu non mētior.Item.ij.Coꝝ.xj.Deus et pater
domini noſtri ieſu chriſti ſcit q̇a non mentior.et ibidem ca.
xij.Coram deo in chriſto loquimur.ad Gal̄.j.Que ſcribo
vobis:ecce corā deo q̇a nō mentior.ad Phil̄.j.Teſtis mi-
hi eſt deus quomodo cupiā vos in viſceribus ieſu chriſti.
Ratione etiā ꝓbatur.Omnis act⁹ humanus cadens ſuꝑ
materiā debitā ſufficiēter circunſtātionatā ſm dictamē ra-
tionis recte eſt bonus et licitus.aliquod iuramentū eſt hu
iuſmodi:ergo.Cōſequentia nota cum maiore:q̇a oīs talis
actus eſt virtuoſus: vt poteſt deduci ex diffinitione virtu-
tis.Minor ꝓbat̄:q̇a aliqđ iuramentū poteſt cadere ſuper
debitā materiam ſeu obiectum.Nam in iuramento dupli-
cem poſſumus materiā conſiderare: vna eſt aſſertio teſtifi
canda:alia eſt teſtis idoneus.Materia debita teſtificāda
eſt aſſertio vera ſeu fidelis ꝓmiſſio boni et honeſti.Teſtis
maxime idoneus eſt qui veritatem nouit:et teſtificādo nō
fallit.Talis autem eſt deus ſumma veritas:qui omnia no
uit et neminem fallit.Ergo dum veritas teſtificatur per
deum:eſt debita materia iuramenti.Similiter poſſunt cō-
currere debite circunſtantie: nam hec teſtificatio fieri po-
teſt in bonum finem:moralem vel theologicum.Moralē
dum ſit propter certitudinē habēdā humanarū aſſertionū:

que eſt honeſta ⁊ neceſſaria humano cõuictui. Theologi-
cum dum fit ad certificandũ proximum in fide ⁊ doctrina
ſalutis finaliter ꝓpter deũ. Alie quoqꝫ circunſtantie quas
recta ratio dictat: ſcꝫ tempus/locus/modus ⁊ forma: poſ
ſunt concurrere ⁊ frequenter cõcurrũt: ergo aliquod iura-
mentũ eſt actus humanus cadẽs ſuꝑ debitã materiã debi
te circũſtantionatus. ¶ Preterea oĩs actus humanus ne-
ceſſarius humano cõuictui poteſt licite exhiberi: iuramen
tũ eſt huiuſmodi: ergo poteſt licite fieri. Ponaꝛ in eſſe: igi
tur licite fit. Cõſequentia nota cũ maiore. Minor declara-
ta eſt in notabili primo precedentis articuli. Item omnis
actus pertinens ad latriã eſt licitus: talis eſt iuramentum
ergo. Cõſequẽtia nota. Maior patet: quia latria eſt ſupre-
ma virtus moralis. Minor patet: quia in iuramẽto deꝰ ad
duciꝛ in teſtimoniũ veritatis tanꝗ̃ veritas infallibilis et
omniũ cognitor: hoc aũt eſt reuerentiã deo exhibere: quia
eſt proteſtari ⁊ profiteri deũ eſſe ſummã et infallibilẽ veri-
tatẽ: ⁊ huius reuerẽtie exhibitio eſt actus latrie. Hinc glo.
Hiero. ſuꝑ illð Matth. v. Nõ iurare oĩno: dicit. Per qð q̇s
iurat illud veneraꝛ ⁊ amat. Similiter iurãdo ꝑ deũ profite
mur deũ nobis ſuꝑiorẽ: ſm illud apoſtoli ad Heb. vj. Ho-
mines per maiores ſui iurãt. Hoc aũt ꝑtinet ad cultũ latrie
Secũda pars cõcluſionis/ſcilicet ꝙ poteſt eſſe meritoriũ/
patet: quia actus iurandi poteſt ꝓcedere ex charitate: ⁊ or-
dinari in deũ finaliter: ſicut oĩs actus charitatis tam dei
B ꝗ̃ proximi: et per cõſequẽs poteſt eſſe meritorius. ¶ Et ꝑ
hoc ad ratiões hereticoꝝ. Ad primã autoritatẽ chriſti. Ego
dico vobis nõ iurare oĩno. Reſpõdet ſanctꝰ Bonauen. ꝙ
manichei ꝑ hanc autoritatẽ intellexerũt omne iuramentũ
prohibitũ: qð venit ex manifeſta ignorãtia qua neſciebant
diſtinguere inter negationẽ prepoſitã ſigno vniuerſali et
poſtpoſitã. Prepoſita em̃ facit eq̃pollere particulari con-
tradictorie vniuerſali: vnde dñs dicendo: nõ oĩno: non ꝓ-
hibuit omnẽ iurationẽ: ſed quendã iurãdi modũ: ⁊ q̇a non
omnẽ prohibuit aliquẽ admiſit. Quis aũt verũ ſit ꝙ deus
non ꝓhibuit omnẽ iurationẽ: tamẽ reſpõſio illa nõ videꝛ
ſufficiẽs: quoniã ſermo euãgelicus regulis donati: et pari
ratione areſtotelis nõ ſubiacet vt vult Grego. nec logica-
lis rigor in eo attendendus eſt: ſed magis intentio ⁊ cauſa
dicendi. Nã in ſimili Exo. xx. vbi diciꝛ. Non cõcupiſces do-
mũ proximi tui: nec deſiderabis vxorem eiꝰ: nõ ſeruum ⁊c̃.
nec oĩa que illius ſunt. ibi etiã negatio ly nec/preponiꝛ ſi-
gno vniuerſali oĩa: nõ tamen eq̃pollet particulari: nõ em̃
ly nec oĩa valet. i. aliqua nõ: ſed nec oĩa valet. i. nulla q̃ illiꝰ
ſunt: et ſimilia ĩ multis alijs locis iueniri poſſunt: ideo me
lius diciꝛ ſm Aug. li. cõtra mendaciũ: quẽ etiã ſeq̃tur In-
no. iij. in. c. Etſi chriſtus. de iureiurã. ꝙ dñs ꝓhibuit omnẽ
modũ iurãdi: ſiue ꝑ deũ: ſiue ꝑ creaturã: nõ ſimpliciter: ſed
ex cauſa: hoc eſt ex leuitate: nõ aũt ex neceſſitate: ne. ſ. ex fa-
cilitate iurãdi veniaꝛ ad cõſuetudinẽ iurãdi: et a cõſuetudi
ne in ꝑiuriũ cadaꝛ. Nam iudei ꝯtra quos chriſtꝰ loq̃tur: er
rabãt: putãtes ſolum iuramẽtũ falſum eſſe illicitũ: nõ autẽ
iuramentũ incautũ. Similiter nõ putabãt ſe teneri iuramẽ
to/ſi ꝑ creaturas iuraſſent: qm̃ audierãt: reddes dño iuſiu-
randũ tuũ. vtrũqꝫ dñs reprobat cũ ait. Audiſtis q̇a dictuꝫ
eſt antiq̇s: nõ ꝑiurabis: falſum. ſ. iurãdo. Ego aũt dico vo-
bis: nõ iurare oĩno. i. nullo mõ iurãdũ eſſe ſine neceſſitate:
neqꝫ ꝑ celũ ⁊c̃. Prohibeꝛ em̃ q̃dã: q̇a ꝑ ſe mala ſunt: vt fur-
tũ/adulteriũ ⁊c̃. q̃ nõ ſunt aliq̃tenꝰ faciẽda: q̃da vͦ ꝓhiben
tur ex cauſa: nõ q̇a ꝑ ſe mala: ſed q̇a ſi ſiãt frequẽter et mul-
tũ ſequunꝛ mala: vt vinũ ꝑ ſe nõ eſt malũ: et tñ Eph. v. ꝓ-
hibet aplˢ di. Nolite inebriari vino in qͦ eſt luxuria. ſm illð
Hiero. Venter mero eſtuãs facile deſpumat ĩ libidinẽ. Sic
et iuramẽtũ ꝑ ſe malũ nõ eſt: cũ ſit ꝯfirmatio vͥtatis: ſed tñ
ex frequẽti ⁊ incauta iuratiõe ꝑiuriũ ſepe naſciꝛ. Hinc Ec-
cle̾ſi. xxiij. legiꝛ. Vir multũ iurans implebiꝛ iniq̃tate. In
re tñ vera licita et honeſta nõ ꝓhibetur iurare. hec in glo.
Matth. v. ⁊ in. c. allegato: etſi chriſtꝰ. Ad autoritatẽ beati
Iacobi reſpõdeꝛ: qm̃ aliq̇ vim faciũt in vͥbo nolite/qͦ nõ vi
deꝛ ꝓhiberi iuramentũ/ſed iurãdi volũtas: nolite. i. nõ ve-
litis: nõ volũtatẽ ſpõtaneã habeatis: qm̃ ad iurãdũ nõ de-
bet queꝗ̃ volũtas ſpõtanea inducere: ſed neceſſitas trahe-
re importuna. Huic ꝯſonat Augu. ad Hil. Iurationẽ caue
quantũ potes. Meliꝰ q̇ppe nec verũ iuraꝛ: ꝗ̃ iurãdi cõſue
tudine ⁊ in ꝑiuriũ ſepe cadaꝛ: ⁊ ſemꝑ ꝑiurio appropinqua
tur: nõ q̇a pctm̃ eſt verũ iurare: ſed qꝛ grauiſſimũ pctm̃ eſt
falſum iurare qͦ citius cadit q̃ iurare ꝯſueuit. Qð vero dñs
ait: ſit ſermo veſter eſt eſt/non nõ/dictis ꝯcordat. Nã vt di
cit Aug. de vͥbis dñi/hoc ſcꝫ eſt eſt/nõ non/bonũ eſt appe-
tendũ: qð ampliꝰ eſt a malo eſt. i. ſi iurare cogeris ſcias de
neceſſitate venire infirmitatis eoꝝ vtiqꝫ q̇bꝰ aliq̇d ſuades
que vtiqꝫ infirmitas malũ eſt. Itaqꝫ nõ dixit qð ampliꝰ eſt
malũ eſt: ſed a malo eſt. Tu em̃ nõ malũ facis q̇ bene vteris
iuratiõe vt alteri ꝑſuadeas qð vtiliter ꝑſuades: ſed a malo
eſt illius cuiꝰ infirmitate cogeris iurare. A malo inquã nõ
tam culpe ꝗ̃ pene: nec exhibentiũ: ſed exigentiũ iuramẽtũ
nã incredulitas hmõi magis eſt pena ꝗ̃ culpa. ¶ Ex his
doctrina moralis eliciꝛ: ꝙ licet iurare ꝑ ſe malũ nõ ſit: tamẽ
cauẽda eſt ſummoꝑe iurãdi frequẽtia ⁊ ꝯſuetudo etiam in
ſermonibꝰ vͥtate ſubnixis: nec mediocriter laborandũ eſt
vt conſuetudo hec vincaꝛ: ſed cũ magna ſolicitudine et in
ſtantia: qm̃ vt dicit Aug. vbi ſupra: nemo nouit niſi q̃ exꝑ-
tus eſt ꝗ̃ ſit difficile et ꝯſuetudinẽ iurãdi extĩguere: ⁊ nũꝗ̃
temere facere: qð aliq̃n neceſſitas facere cogit. ¶ Scða cõ Cõcl. 2. D
cluſio. Nõ niſi ꝑ creaturã ſine pctõ: licet iurare execratorio
iuramẽto. Probaꝛ: q̇a in execratorio iuramento illud ꝑ qð
iuraꝛ deo in penã obligaꝛ ⁊ oppignoraꝛ: ſed hoc nõ conue
nit deo q̃ impaſſibilis eſt: nec ſibiipſi oppignorari põt: er- Cõclo. 3.
go nõ niſi ꝑ creaturã põt hoc iuramẽto licite iurari. ¶ Ter
tia cõcluſio. Licitũ eſt in ſimplici iuramẽto iurare per crea
turã/ſi iurãs habeat cũ iurãdi neceſſitate intentionẽ bonã
Probaꝛ cõcluſio: q̇a licitũ eſt cũ neceſſitas exegerit iurare
ꝑ deũ creatorem. vt dicit cõcluſio ꝑ̇ma: ergo etiã ꝑ creatu-
ram. Tenet cõſequẽtia: q̇a iurãs ꝑ creaturã/iurat ꝑ deum/
vt ſupra tactum eſt. Unde ⁊ vͥtas ipſa dicit Matth. xxiiij.
Qui iurauerit in tẽplo: iurat in illo ⁊ in eo q̇ habitat in ip-
ſo: et q̃ iurat in celo: iurat in throno dei: et in eo q̇ ſedet ſuꝑ
eũ/ſcꝫ deo. ¶ Et diciꝛ notãter: ſi cũ neceſſitate habet inten
tionẽ bonã: qm̃ qui iurando per creaturã ipſam ſm ſe in te
ſtimoniũ inuocaret: ꝑ ipſam veritas dubia cõfirmareꝛ. Hic
creature aliq̇d numinis attribueret: cognitionẽ ſcꝫ ſecreto
rũ vel infallibilitatẽ: ⁊ ita ꝓpter malã intentionẽ peccaret
et ideo iudeis tanꝗ̃ paruulis ꝓhibitũ eſt: ne ꝑ creaturam
iurent: et ꝯceſſum iurare ꝑ deũ: ne honor deo attribuẽdus
ſcilicet veracitas/infallibilitas creature attribuaꝛ. Et ſm
hoc intelligendi ſunt canones/et patrũ dicta prohibentia
iurare per creaturas. Et ꝓpter eandẽ cauſam nõ eſt iuran-
dum ꝑ idolum aut diabolũ: ne diuina reuerentia transfera
tur ad idolum. Et de hoc bene loq̃tur Alexã. par. iij. q. xxxj.
mem. iij. arti. iij. hanc ponens diſtinctionẽ: q̃ iurat ꝑ creatu
ram/aut credit aliq̇d numinis eſſe in creatura: aut iurat ꝑ
creaturã intendẽs fraudẽ/volens decipere alium: quia ſcꝫ
creaturã reputat vilem: ita ꝙ cũ per eam iurat nihil ſe iura-
re credit: aut iurat per creaturã intendens ſolum proteſta-
ri ꝙ deus autor creature ſit prima veritas et teſtis verita-
tis. Si primo modo credens aliquid numinis eſſe in ea/⁊
per hoc volens venerari creaturam: peccat peccato idola
trie. Si intendit fraudem: peccat peccato periurij. Si au-
tem neutrũ illoꝝ intendat: ſed ſolũ proteſtari primam veri
tatem: ⁊ ipſam per creaturam venerari: ſic licitum eſt iura-
re per creaturã. Et hoc eſt quod dicit beatus Augu. ad pu
blicolam. Deus per creaturam iurare prohibuit: ne vel mo
re gentilium aliquod numen deitatis creaturis ineſſe cre-
deremus. Vel ne creaturas contemptibiles iudicando: ꝑ
eas promiſſa ꝓ nihilo duceremus. ¶ Quidã tamen dicũt
ꝙ nõ ſit licitũ iurare ꝑ omnes creaturas: ſed diſtinguũt ꝙ
quedam ſunt creature deo dicate: et ad cultũ diuinum mã
cipate: vt reliquie ſanctorum/⁊ euangeliũ: et per has eſt li
citum vt dicunt iurare. Per alias aũt non eſt licitum: quia
alie non admittuntur in ſolenni iuramento. Sed vt dicit
Augu.

Augu.cōtingit iurare per quālibet creaturā. Unde ſuper il
lud Roma.j. Teſtis mihi eſt deus. dicit in glo. Qui per la
pidē iurat falſum: periurus eſt: et cōſtat ꝙ hoc nō eſſet niſi
tale iuramentū eſſet obligatoriū. Hec Alexā. Sed cōtra cō
cluſionē obijcit̄ ꝑ canonē Pij pape.xxij.q.j. ſi quis. vbi dr̄.
Si quis per capillū dei vel caput iurauerit: vel alio modo
blaſphemia cōtra deū vſus fuerit: ſi in eccleſiaſtico ordine
eſt: deponat̄. ſi laicus: anathematizet̄: et ſi quis per creatu/
ras iurauerit: acerrime caſtiget̄. Si quis aūt talē hominem
non manifeſtauerit: nō eſt dubiū quin diuina damnatione
coerceat̄. Sed ſi epiſcop⁹ illa emēdare neglexerit: acerrime
corripiat̄. Reſpondet̄ ſm̄ Alexan. ⁊ ſan. Bonauen̄. ꝙ canō
loquit̄ contra illos generaliter qui credebāt deū ſm̄ diuini
tatem habere mēbra: aut cōtra illos qui non reuerenter no
mināt mēbra xp̄i; et quodā exquiſito modo iurādi diuidūt
xp̄m quaſi mēbratim q̄ valde arguēdi ſunt. Hec Bonauē.
Per mēbra aūt chriſti ſm̄ humanitatē iurare reuerenter eo
modo licet: quo licet per alias creaturas iurare. Unde ca/
non loquit̄ in caſu ſupra expreſſo: in quo nō licet iurare per
Cōcl.4. creaturas. ¶ Quarta cōcluſio. Aliter obligat iuramētum
aſſertoriū: aliter promiſſoriū. Iſta ꝯcluſio ſatis patet ex no
tabili ſcd̄o. Et btūs Tho. diſt. preſenti. q. iij. ar. j. dicit: ꝙ in
iuramento aſſertorio eſt vna tm̄ obligatio. ſ. qua quis obli
gatur ad pctm̄: ſi veritas ſuo iuramēto deſit. In iuramēto
aūt ꝓmiſſorio eſt duplex obligatio. Una qua quis obligat̄
ad faciendū hoc qd̄ iuramento promiſit. Alia qua obligat̄
ad peccatū ſi nō fecerit qd̄ promiſit. Hec tn̄ cōcluſio mode/
Cōcl.5. rationē recipit per ſequētes cōcluſiones. ¶ Quinta cōclu/
ſio: ꝙuis doloſum iuramētum obliget ad penā eternā ſim/
pliciter: et ad ſeruādum ꝓmiſſum in foro eccleſie exteriori:
nō tn̄ obligat ad ſcd̄m in foro cōſcientie interiori. Tres par
tes habet cōcluſio prima. Prima cōcernit in genere omne
iuramētū doloſum/tam aſſertoriū ꝙ̄ promiſſoriū: alie due
tantū promiſſoriū. Prima pars probatur: qꝛ oīs iurans do
loſe peccat mortaliter. Intelligendū eſt ex deliberatione et
ceteris paribus: qꝛ adducit deū in teſtē falſitatis in aſſerto
rio: aut promiſſi implēdi (cuius tn̄ oppoſitum intendit) in
promiſſorio: ergo peccat mortaliter. Tenet conſequētia: qꝛ
facit magnam irreuerentiam deo: adducens eū in teſtē fal
ſitatis: et per conſequēs obligatur ad penā eternā. Pro ſe/
cunda parte ſcꝫ ꝙ obligatur in foro eccleſie contētioſo ſer/
uare promiſſum: probatur: quia ſm̄ iudicium illius fori cō
pellitur ad ſeruādum ꝓmiſſum. Nā eccleſia iudicat de his
que patent: et quia verba obligatoria manifeſta ſunt: ideo
talem iudicat obligatū. Tertia pars ſcilꝫ ꝙ non obligat in
foro interiori conſciētie: probatur: quia in priuatis obliga/
tionibus nullus non intendēs ſe obligare coram deo obli/
gatur: quia deus iudicat ſm̄ ſecretum cōſcientie. Nam ho/
mo accipit verba ſm̄ ꝙ foris ſonant: deus vero accipit ſm̄
ꝙ intus cōcipiuntur. Hinc dicitur. j. Regū. xvj. Homo vi/
det que patēt: dn̄s autem intuetur cor. Hinc Grego. xxvij.
moral̄. Humane (ait) aures talia verba noſtra iudicāt: qua
lia foris ſonāt. Diuina vero iudicia talia foris audiūt: qua/
lia ex intimis proferuntur. vide Petrum de palu. in. iiij. diſ.
xxxviij. q. ij. de votis. Et eſt ſimile in matrimonio/quo ver
ba foris prolata non obligant ſine conſenſu interiori. Qui
ergo intus ſe non intendit obligare coram deo nō eſt obli/
gatus. Nec tamen ſequitur ꝙ iſte ex dolo ſuo reportet com
modum: vtputa ſi non doloſe iuraſſet eſſet obligatus. Nūc
autē quia doloſe iurauit: non eſt tali iuramento obligatus
ad ſeruandum iuratum. quia doloſe iurādo incidit morta/
le peccatum: et per cōſequens obligatur ad eternam penā:
quod incomparabiliter peius eſt: ꝙ̄ ſit obligatio ad ſeruā/
dum iuramentum. Obligatur tamen iurans doloſe etiam
in foro cōſcientie ad hoc: vt is cui iurauit ex dolo ſuo nō le/
datur: ſm̄ illud. j. ad Theſſal̄. iiij. Ne quis ſupergrediatur
Cōcl.6. et circūueniat in negotio fratrē ſuū. ¶ Sexta cōcluſio. Iu
ramentū incautū acceptū primis duobus modis non obli
gat ad promiſſi obſeruātiam: obligat tn̄ ad mortalē culpā.
Probat̄ cōcluſio de iuramēto incauto primo modo quo iu
ratur aliq̄d oīno illicitū: ſcilicet qd̄ eſt cōtra p̄ceptū: q̄a non
poteſt ſe inferior obligare ad nō obediendū ſuperiori: nec
ad id qd̄ eſt ſm̄ ſe illicitū. Sed nec id qd̄ eſt ſm̄ ſe illicitum
per iuramentū (quod nō poteſt eſſe vinculum iniq̄tatis)
fieri poteſt licitum. Peccatū em̄ mortale nō facit cōditionē
peccantis magis liberā. Talis autē ſic iurādo peccat mor/
taliter vt ſtatim ꝓbabit̄. Sic ergo iurās nō ſolum nō obli
gatur tali iuramento: ſed etiā nō debet ſeruare: quia nō po
teſt ſine mortali ſoluere promiſſum. Unde Ambroſi⁹ li. de
officijs. Eſt nōnunꝙ̄ contra officiū ſoluere ꝓmiſſum: ſicut
herodes q̄ necē iohānes preſtitit ne ꝓmiſſum negaret. Et
beatus Iſidorus in ſoliloquio. In male ꝓmiſſis reſcinde
fidem: in turpi voto muta decretū: qd̄ incaute vouiſti non
facias: impia eſt ꝓmiſſio que ſcelere adimplet̄. Et li. ij. ſen
ten. c. xiij. ait: Non eſt obſeruandū ſacramētū quo malū in
caute promittit̄. Et beat⁹ Aug. in ſermone de decollatione
iohānis. Qd̄ dauid iuramentū ꝑ ſanguinis effuſionem nō
impleuit: maior pietas fuit. Iurauit dauid temere: ſed non
impleuit maiori pietate. Et loquit̄ de iuramento quo iura
uit ſe occiſurū nabal virū ſtultū. de quo. j. Regū. xxv. Pro
batur etiam cōcluſio de iuramento incauto ſecūdo modo:
quo iuramentū tranſit ſuꝑ materiā de ſe licitā: ſed nō licitā
iuranti: quia melioris boni impeditiuo: et per hoc vergit
in deteriorē exitū. Nam nullū iuramentū qd̄ obuiat chari/
tati: obligat ad ſeruandū iuratū: quia ab obligatione cha/
ritatis abſolui nō debemus: ſm̄ illud apoſtoli Rom. xiij.
Nemini quicꝙ̄ debeatis: niſi vt inuicē diligatis: ſed omnia
iuramenta q̄ vergūt in deteriorem exitum ſunt huiuſmodi
ergo ⁊c̄. Sunt autē talia iuramenta de nō implendis conſi
lijs euāgelicis: de nō faciēdis operibus ſupererogationis.
Et generaliter de his q̄bus ponit̄ obex motiōi ſpūſſancti:
aut que ſunt impꝼectiōis detrimentū: vt ſi q̄s iuret ſe nūꝙ̄
intraturū religionē: nunꝙ̄ viſitare talē infirmū. Tale iura/
mentū licet ſeruari poſſit ſine peccato: non em̄ quis tenet̄
intrare religionē: ideo non peccat qui religionē non intrat
nō tamen obligat iuramentū ad non intrandū. Ideo etiā
qui iurauit nō intrare: poteſt intrare ſine peccato: quia nō
tenetur tali iuramēto. De hoc Beda ſuper Mattheū. v. c.
Si aliq̄d forte nos incaute iurare contigerit: et obſeruatū
in deteriorē vergat exitū: libere illud ſalubriori cōſilio mu
tandū nouerimus: ac magis inſtante neceſſitate peierādū
ꝙ̄ pro vitando periurio in aliud crimen grauius eſſe diuer
tendū. Et hec vltima pars autoritatis reſpicit iuramētum
incautū/primo modo. ¶ Scd̄a pars cōcluſiōis: ſcꝫ ꝙ iura
mentū incautū vtroqꝫ modo obliget ad mortalē culpā: ꝓ/
batur: quia q̄cunqꝫ vocat deū in teſtē cōtra ſeipſum morta/
liter peccat: quia dn̄s nō eſt diſſenſionis deus: vt dicit apo
ſtol⁹. j. Cor. xiiij. Sed q̄ iurat incaute primo modo: iurat
contra p̄ceptū diuinū: id eſt nolle obedire p̄cepto: qui ſcd̄o
modo iurat reſiſtere motiōi ſpūſſancti. Et ita in vtroqꝫ ad
ducit deū in teſtem cōtra deū. Et ita peccat cōtra ſecundū
preceptū: quo oīs irreuerētia dei prohibet̄. Et eſt aduerten
dum: ꝙ taliter iurans in ipſo actu iurandi peierat ⁊ morta
liter peccat: nō poſtea dum iuramentum nō ſeruat: quia in
ipſo iurandi actu deū cōtemnendo irreueret̄: nō aūt cū op
poſitū eius qd̄ iurauit facit: de quo inferius. ¶ Sed di. q̄s
cōtra primā cōcluſiōis partē: nā ioſue iurauit pacem cū ga/
baonitis ꝙ nō occideret eos. Ioſue. ix. ſed illud iuramētū
fuit incautū p̄mo modo: quia iniuſtū et cōtra dei preceptū
Quia dn̄s p̄ceperat ei ꝙ occideret oēs habitatores terre ꝓ
miſſionis: vt habet̄ Deut̄. vij. Ipſe aūt iurauit cōtrariū: et
propter iuramentū pepercit gabaonitis/putās ſe obligari
iuramento. ¶ Ad hoc reſpondet Alexand̄: et poſt eū bea.
Tho. ꝙ in his que ſola ꝓhibitiōe ſunt illicita: nō ſua natu/
ra dum cū obſeruatione intentionis precipientis iuramen
tum ſeruari poteſt: tūc obligat. Si aūt ſeruari non poteſt
quin contraueniatur intentioni mandantis: non obligat.
Intentio autem prohibitionis Deut̄. vij. fuit: ne ſi dimit/
terentur viui auerterent filios iſrael a deo: et interficerent
eos. Unde ſubditur ibi pro cauſa mādati: nec filiam illius

accipies filio tuo: quia ſeducet filium tuum ne ſequaꝶ me.
¶ Et hec intentio ſeruari poterat a Joſue et populo cū iura/
mento per tantā gabaonitaꝝ humiliationem vt nihil mali
poſſent machinari in filios iſrael: et ideo nō fuit iuramētū
incautū nec cōtra precepti intentionē. Unde Amb. li. de of
ficijs. Jeſus pacem quā dederat reuocandā non cenſuit: q̄a
firmata erat ſacramenti religione: ne dū alienā perfidiā re/
dargueret: ſuā fidē ſolueret. Soluiſſet aūt ſuā fidē: ſi nō te
nuiſſet qđ iurauerat. Iterum: ideo mulctauit eos ioſue me
liore morte/ſcȝ obſequio miniſterij: vt eſſet clementior ſen/
tentia: ſed diuturna. Licet ergo nō fuerūt occiſi morte natu
rali: q̄ eſt in ſepatione aīe a corpe: ſunt tamē occiſi morte le
gali q̄ eſt ſeruit⁹: qua ſeruata eſt intentio prohibitiōis diui
Cōcl. 7. L ne: q̄a neminē poterāt corrūpere ſuituti addicti. ¶ Septi
ma cōcluſio. Juramentū incautū tertio modo: ſcȝ quo q̄s
ſe facturū quod nō poteſt iurat: dū ſeruare non poteſt: non
obligat. Probaꝶ: quia ad impoſſibile nemo obligaꝶ. Vez
ſi nūc ſeruari nō poteſt ꝑpter aliqđ ſuꝑueniēs impedimen
tum: poteſt aūt poſterius: tūc manet iurās obligatus vt fa
ciat cū poſſit: vt ſi q̄s iurat ire ad ſanctū Jacobū: et ſuꝑue/
niat corporalis infirmitas: non teneꝶ durante infirmitate:
manet tamen obligat⁹ vt cōualeſcēs impleat. Et ſi dum iu
rauit ꝓbabiliter putauit ſe poſſe: excuſaꝶ in fauorabilibus
ſecus ſi nō putabat aut ſtulte putabat ſe poſſe. Et p̄ſertim
excuſaꝶ/ſi impedimētū de nouo ſuꝑuenit qđ preuiſum nō
Cōcl. 8. M eſt. ¶ Octaua cōcluſio. Coactū iuramentū in foro cōſcien
tie eſt obligatoriū. Probaꝶ: q̄a quicūqȝ iurat volēs ceteris
parib⁹. i. ſi impletio iuramenti nō vergit in deteriorem exi/
tū: obligatur ſeruare iuramentū ⁊ fidē ſi poteſt: ſed iurās
coacte iurat volēs: ergo. Cōſequētia nota cū maiore. Mi
nor ꝓbatur: quia coactio ad iurandū non eſt coactio ſim/
pliciter ⁊ abſoluta que fit per violentiā cui reſiſti non po/
teſt: quia neqȝ volūtas cogi poteſt ſimpliciter: neqȝ lingua
ad formandū verba: ſicut manus ad operandū/puta ſcribē
dum vel percutiendū aut tenendū aliq̄d. Poteſt autem co
gi ſm ꝙ hoc eſt metu alicuius magis noliti. Sed talis co/
actio nō eſt ſimpliciter inuoluntaria: immo ſimpliciter eſt
voluntaria: licet ſit inuoluntaria ex cōditiōe/ſicut ꝓiectio
merciū in mare. Cōfirmaꝶ: ſi em̄ metus aliq̄s tolleret obli/
gationē iuramenti: maxime metus cadens in conſtantem
virū: quia met⁹ mior nō excuſat: ſed talis metus nō cadit
in iurationē: hoc eſt non inducit virū conſtantē ad iurādū
contra mentē: quia nō ad mētiendū ſeu doloſe iurandū: er
go ſi metu induciꝶ ad iurandū: iurat in veritate/iuſticia/⁊
iudicio: quia iurat iuramentū licitū qđ iurare ⁊ tenere po/
teſt ſine peccato: quia ſi iuraret cū peccato: iam nō eſſet me
tus cadēs in cōſtantē virū: quia maius malū peccatum eſt
peccare/ꝙ̄ id pati ꝑpter cuius metū peccat. Si vero metu
induciꝶ ad iurandū verū et licitū: teneꝶ tali iuramanto: q̄a
omne iuramentū licitum eſt ſeruandū. ad hoc ſunt multa
iura. ¶ Diciꝶ notanter in foro cōſcientie: quia in foro exte/
riori nō ligat. Non em̄ competit actio ei q̄ iniuſte compel/
lit ad iurandū. Si di. ergo q̄ raptori metu mortis iurat da/
re centū florenos teneꝶ ſibi dare. hoc cōcediꝶ: quia magis
teneꝶ homo ſuſtinere iacturā temporalem ꝙ̄ frangere fidē
ſacramēto firmatā. Habet tamen talis remediū: q̄a poteſt
datū in iudicio repetere: aut iudici denunciare q̄ ex officio
teneꝶ raptorem ad reſtituendū cōpellere. Nec debet iurare
ꝙ non velit denūciare: quia hoc eſt ꝯtra fraternā correctio
nem: ⁊ ita illicitū ad qđ nō cōpellit metus cadens in cōſtā/
tem virum. ¶ Si dicis metus tollit obligationem matri/
monij que maior eſt ꝙ̄ obligatio ſimplicis iuramenti. Re
ſpondetur: ꝙ met⁹ tollit obligationem matrimonij: quia
eſt contra inſtitutionem matrimonij: voluit enim deus
matrimonij inſtitutor/ꝙ talis conſenſus non ligaret: nec
Cōcl. 9. N matrimonium conſtitueret. Et eſt caſus ille ſpecialiter a
deo exceptus: quia noluit ſic iurantē obligari. ¶ Conclu/
ſio nona. Omne iuramentū ſuis comitibus debite circun
ſtantionatum/obligat iurantem ad verificandū quod iura
uit ſaluis conditionibus generalibus quas in iuramento

ſubintelligi ius cōmune voluit. Hec concluſio ſatis patet
de iuramento aſſertorio: obligatur em̄ iurans vt verū iu/
ret: vt patet ex dictis. Similiter de ꝓmiſſorio allegat chri/
ſtus Math. v. legē. Reddes inquit deo iuramenta tua. ⁊
Nume. xxx. dicit legiſlator moyſes. Si quis viroꝝ votū do
mino vouerit: aut ſe cōſtrinxerit iuramento: non faciet irri
tum verbū ſuū: ſed omne qđ promiſit implebit. ¶ Addiꝶ
ſaluis cōditionibus ⁊c̄. Cōditiones plures colliguntur in
glo. c. Quemadmodū. de iureiurādo. ſuꝑ verbo conditio
que tamen breuius poſſunt ad tres reduci. ¶ Cōditio pri
ma eſt delatio autoritati ſuperioris: nam in omni iuramen
to ius ſuperioris intelligiꝶ exceptū: vt in. c. Uenientes. de
iureiuran. et ideo in omni iuramento intelligiꝶ: niſi cōtra/
rium precipiat aut velit ſuperior: et hoc in eis reb⁹ q̄ ſupe/
rioris autoritati ⁊ diſpoſitioni ſunt ſubiecte: ſecus in eis in
quibus ſuperior non habet autoritatē: vel autoritatē limi/
tatā ſm quā poteſt precipere. Hinc in omni iuramēto vni/
uerſaliter tacite intelligiꝶ: ſi deo placuerit. vnde Jaco. iiij.
Dicatis ſi dn̄s voluerit: ⁊ ſi vixerimus faciem⁹ illud. Sic
et autoritas pape excepta intelligiꝶ: ſaltem dum cauſa ra/
tionalis ſubſit. Non em̄ habet papa vicarius chriſti pote/
ſtatem ſimpliciter illimitatā ſicut chriſtus: q̄a ſm apoſtolū
ij. ad Coꝝ. x. Poteſtatē dedit dn̄s in edificationē: ⁊ non in
deſtructionē eccleſie ſeu fidelium. Siquidē ſi diſpēſator eſt
non dn̄s ſm eundem. j. Coꝝ. iiij. Sic nos exiſtimet homo
vt miniſtros chriſti ⁊ diſpenſatores miniſterioꝝ dei. Hic iā
queritur inter diſpenſatores vt fidelis q̄s inueniatur. Eſt
autē fidelis diſpenſator: ſi ad honorē dn̄i ſui et iuſticiam ac
ſalutē ſubditorū autoritatem acceptā diſpēſat. de hoc. xxv.
q. j. §. vlti. leo papa ait. Ualet ſctā romana eccleſia ſnis pri/
uilegijs quoſlibet munire: et extra generalia decreta que/
dam ſpeciali beneficio indulgere: ꝯſiderata tamen ratiōis
equitate: vt que mater iuſticie eſt: in nullo ab ea diſſentire
videaꝶ. Que attēdenda ſunt ab eis ſpecialiter qui cōtra vo
ta ⁊ iuramēta diſpenſationē querūt/nulla rationabili cau/
ſa ſubſiſtente. Que diſpenſatiōes ſm bea. Bern. nō diſpē/
ſationes: ſed diſſipationes ſunt dicende. Sic cuiuſlibet iu
dicis autoritas ac vis precipiēdi intelligitur excepta in eis
que ſue iuriſditioni ſubſunt. Unde ſi quis iurauit ſoluere
centū flo. in certo termino: ſi iudex ꝑ areſtam vel alias ꝓhi
buit: teneꝶ obedire iudici iuramēto nō obſtāte. ¶ Secun/
da cōditio reſpicit fidem ſeruatā ꝑpter quā iuraꝶ: q̄a non
ſeruāti fidem fides ſeruanda nō eſt. Intelligiꝶ igiꝶ ꝯditio
in iuramento promiſſorio ſi mihi fidem ſeruaueris: vt ha/
betur de iureiuran. Peruenit. ij. ⁊. c. ſicut. iij. Ideo iurans
ducere aliquā ſi fidem ſponſe non ſeruauerit: nō tenetur iu
ramento. ¶ Tertia conditio ſtatū rerū ipſarū reſpicit: tam
iurantis tam ei cui iuraꝶ: ꝙ̄ rerum ꝓ qua aut ratio cui⁹ iu/
ratur: ꝙ̄ etiam iuramenti. vnde ſubintelligitur conditio: ſi
res in eodem ſtatu permanet: nam ſi q̄s vt officialis iurat
ceſſante officio nō teneꝶ. Sic qui prelato vt tali iurat: gra/
tia exempli obedientiā ſi cedit prelationi/ſubditus non te
netur. Sic qui in pinguiori fortuna iurat aliq̄d ſe daturū:
ſi mutaꝶ fortuna: vt p̄ſtare nō poſſit: nō teneꝶ durāte impo
tentia. Similiter ſi abſoluitur a iuramēto ab eo qui habet
abſoluere ſubſiſtente cauſa rationabili nō teneꝶ iuramēto
a quo fuerit abſolut⁹. Cum etiā aliqua generaliter iuranꝶ
intelligiꝶ ſemꝑ ſi honeſta/licita/poſſibilis/moderata ⁊ ſm
intentionē illam ſm quā ordinator iuramenti obligari vo/
luerit: et rationabiliter debuerit. Hinc ꝑ generale iuramen
tum ſeruandi ſtatuta et ſtatuenda: ⁊ cōſuetudines eccleſie
vniuerſitatis aut cōitatis cuiuſlibet: nō obligatur iurans
niſi ad ea que ſunt licita et honeſta nō obolita. Nā de alijs
ordinator iuramenti non intendit: neqȝ debet iurantē velle
obligare. De his omnibus latius colligunt ſummiſte cum Artic. 3.
multiplici iurium allegatione ⁊c̄. ¶ Quantū ad articulū Dub. 1 O
tertium dubitatur de cōditionibus requiſitis ad hoc vt iu
ramentum fiat cum iudicio. Reſpondetur ꝙ huiuſmodi
conditiones cōmuniter ponuntur. vj. vt dictum eſt notabi
li. iij. quarum alique latius ſunt declarande. Prima eſt: cur

hoc eſt vt ſit ſufficiēs cauſa motiua ad iurandū:nō em̄ leui
tate aut conſuetudine debet quis ad iurandum induci:ſed
neceſſitate quadam. Non quidem ineuitabilitatis aut coa
ctionis:ſed neceſſitate charitatis et vtilitatis proximi. Vt
tamen proximus ex ſua infirmitate non credat aſſerēti vel
ſuadenti:ꝙ verum bonum vtile eſt/et ſalutare iurandū eſt
vt credat. de hoc Aug. in de verbis dn̄i. Qui intelligit nō
in bonis.i. in per ſe appetēdis:ſed in neceſſarijs iurationē
eſſe habēdam:refrenet ſe quantum poteſt vt nō ea vtatur
ſine neceſſitate. Et declarans qua neceſſitate/ſubdit. Cum
videt pigros eſſe homines ad credēdum quod eis vtile eſt
credere:niſi iuratione firmetur.et ſequitur. Si iurare coge
ris:ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eoꝝ quibus ali/
quid ſuades.ſequitur. Tu enim non malum facis qui vte/
ris iuratione:que etſi nō bona.i.nō appetenda quaſi per ſe
bonū:tamen neceſſaria eſt vt alteri ſuadeas qđ vtiliter per
ſuades. ¶ Annumerat aūt Alexā. de anglia.ix.cauſas ſub
hac neceſſitate cōprehenſas:quarū ſeptem tenent ſe ex par
te boni inducendi:et due ex parte mali remouendi. Prima
eſt pro veritate fidei aut doctrine aut alias vtili confirmā/
da. Sic iurauit apl's.ij. Coꝝ.j. dicens. Fidelis deus:qꝛ ſer/
mo noſter qui fuit apud vos qui nō eſt in illo eſt et nō. Se
cunda pro veritate declarāda aut manifeſtanda. Deut.xix.
In ore duoꝝ vel trium ſtat omne verbū. non eſt autē teſtis
niſi iuratus ſm iura. Tertia pro amicitia cōtrahēda. Geñ.
xxvj. dixerunt viri gerare ad yſaac. Sit iuramentum inter
nos et ineamus fedus:vt nō facias nobis quicꝙ̄ mali. Et
ſequit. Surgentes mane iurauerunt ſibi mutuo. Quarta
pro pace reformanda. Geñ.xxxj. Jacob iurauit labā per ti/
morem patris ſui yſaac. Quinta pro fidelitate ſeruanda.ij.
Regū.v. Venerunt ſenes iſrael ad regē dauid:et percuſſit
cum eis fedus corā dn̄o. Sexta pro obedientia ⁊ ſubiectio
ne recognoſcenda:ſicut iurauerūt viri galaad iepte. Judi
cū.xj. Dn̄s qui hec audiuit:ipſe mediator et teſtis eſt:ꝙ no
ſtra promiſſa faciemus. Septima pro cōſuetudine eccleſie
ſtatutis et lege ſeruādis. Exodi.xxiiij. Filij iſrael data lege
iurauerūt ſe dn̄o ſeruituros. Octaua que cum ſequenti eſt
propter malū cauendū propter calūniam cauendā:vt fieri
ſolet in cōteſtatione litis et in cautione pacti ſeruandi/aut
debiti ſoluēdi.ad Heb.vj. Omnis cōtrouerſie finis eſt iu/
ramentū ad confirmationē ſcꝫ pacti:compoſitionis vel cō
cordie. Nona pro infamia purgāda. Deut.xxj. Si inuētum
fuerit cadauer hoīs occiſi maiores natu leuabūt manus ſu
as. Ad has cetere ſunt reducibiles que ſub neceſſitate com
P prehēdūtur. ¶ Circa ſecundā circunſtātiam et tertiā quis
et cui/eſt circūſtātia perſone tā iurantis ꝙ̄ etiā cui iuratur.
Non enim cuilibet corā quolibet iurare licet:nā a preſtādo
iuramēto duplices perſone prohibētur:videlꝫ perſone ex/
cellentis autoritatis. Nam in iuramēto duo conſideranda
ſunt. Vnū ex parte dei cuius teſtimoniū inducitur:et quā/
tum ad hoc debetur iuramēto maxima reuerētia. Et ꝓpter
hoc a iuramento excludūtur pueri ante annos pubertatis
furioſi et fatui:ſimiliter ⁊ periuri. Primi:quia non habent
perfectū rationis vſum in quo poſſint cum debita reueren
tia iuramentū preſtare. Secūdi:quia ex retroactis preſumi
tur ꝙ iuramento debitam reuerentiā nō habebūt. Secun/
dum cōſiderandū eſt ex parte hominis/cuius dictum iura
mēto cōfirmatur. Et quia nō indiget hominis dictū confir
matione:niſi qꝛ de eiꝰ veracitate dubitaꝛ:derogat aūt hmōi
dubitatio dignitati ꝑſone. Et ideo perſonis magne digni/
tatis nō cōuenit iurare. Et ideo ſacerdotes et religioſe per/
ſone niſi pro magna neceſſitate aut vtilitate iurare non de/
Q bent:vt docent canones. Similiter quoad cui/clericꝰ laico
iurare nō dꝫ:niſi in certis caſibꝰ. ¶ Circa circūſtātiā ꝑ qđ/
dictū eſt quid per deū iurandū eſt/etiā per creaturā:ſed nō
niſi inquātū in ea relucet aliquod veſtigiū dei. Sed hic eſt
dubiū an maius ſit iurare per deū vel per creaturā. Ad hoc
reſpondet Sco. ꝙ ceteris paribꝰ maximū iuramentū eſt iu
rare ꝑ deū:qꝛ ꝑ nihil aliud licite iuraꝛ:niſi inquantū in ipſo
ſpeciali modo eſt deꝰ. Tamen cōſuetudo eſt rōnabilis que
hoc obtinuit:vt quedā iuramēta fiāt cū maiori ſolennitate
et de illis preſumiꝛ ꝙ nunꝙ̄ fiant ſine deliberatione:leuia
aūt frequēter fiūt ſine deliberatione. Statuit igiꝛ eccleſia
ad terrorem vt per hmōi nō ureꝛ niſi ſolenniter et per ꝯn̄s
deliberate:vbi veritas eſt ſimpliciter aſſerenda vel promiſ
ſum firmiter obſeruādū:propter hoc etiā obſeruātur certe
cerimonie:vt ꝙ digiti eleuanꝛ:aut ſanctorum reliquie:vel
euangeliū tāgiꝛ. Dicit ergo ꝙ ceteris paribꝰ grauiſſimum
eſt iurare per deum. Sed ſuppoſita indeliberatione ex iſta
parte:⁊ plena deliberatione ex alia parte:qualis habeꝛ qn̄
iuraꝛ per euāgelium:pōt ibi eſſe grauiꝰ peccatū ſi peieraꝛ:
ꝙ̄ dū ſimpliciter per deū iuraꝛ:nō propter reuerentiā eius
per qđ iuratur:ſed propter deliberationē ibi non hic. Et ſi
obijciꝛ:quare ergo periurās cum deliberatione per euāge
liū eſt infamis:⁊ per deū non eſt infamis. Rn̄deꝛ:infamia
nō ſemꝑ ſequitur quātitatē culpe:ſed crimen publicū. Sta
tutū aūt eſt ꝙ iuramentū ſuper euāgeliū fit cū deliberatio
ne et publicū:et ideo preſumiꝛ tranſgreſſor illius iuramētū
violator fidei.⁊ ideo rationabiliter habeꝛ infamis:non ſic
pōt preſumi de leuiter iurante per deū. ¶ Si di. ſm Augu.
quanto per qđ iuratur eſt ſanctius:tanto magis penale eſt
periuriū:ſed non eſt magis penale periuriū/niſi qꝛ magis
obligat iuramentū. Sed cū iuratur per creaturā ſanctā eti/
am iuratur per deū:et ſic ꝑ duo ſancta que ſunt magis ſan/
cta ꝙ̄ alterū ſolū. Reſpōdetur/ꝙ deus cū oībus creaturis
nō eſt magis ſanctus ꝙ̄ deus ſolus:qꝛ deus eminēter conti
net in ſe omnē ſanctitatē. Qđ vero dicitur in canone:ꝙ du
pliciter reus eſt qui per creaturas iurat mēdaciter. Dicitur
ꝙ canon loquitur de his qui iurādo per creaturas intēdūt
venerari creaturas tāꝙ̄ ſi aliqđ numinis eēt in eis. ¶ De R
circūſtātia per quid iurandū ſatis dictum eſt. Sed hic mo/
uet dubium ſan. Bonauē. poſt Alexan. vtrū ab idolatris li
ceat accipere iuramētū quo iurant per idola ſua:qđ vtercꝫ
ſic determinat:qꝛ in iuramēto per idolū duo conſiderātur:
vnū idoli veneratio:aliud verbi exterioris cōfirmatio. Pri
mo modo ſcꝫ idoli veneratione/nullo modo licet iuramen
tū recipere/multo minus facere:hoc em̄ eſt idolatrare. Se
cūdo modo dicit Alexan. licet recipere ꝓ bono publico:nō
aūt perſonali:ſicut iacob pro bono ſue poſteritatis recepit
iuramentū a laban idolatra:et iudas machabeus a roma/
nis pro vtilitate gētis ſue. Non aūt pro vtilitate tēporali ⁊
perſonali:qꝛ ſic preponēda eſt ſalus anime cōmodo tēpora
li. Et ita magis cauendū peccatū etiā in idolatria ꝙ̄ ꝓcurā
dū bonū perſonale et tēporale:bonū aūt publicū nō eſt tm̄
tēporale:qꝛ etiā ordinatur ad ſpūale:nā pax tēporalis eccle
ſie multū promouet bonum ſpūale/maxime in infirmis:⁊
ſic chriſtiani hodie recipiūt iuramenta a ſaracenis. Vel for
te dici poſſet ſicut in vſura:ꝙ quis cogente neceſſitate pōt
bene vti pctō alterius:nō quidē peccato ſub rōne peccati:
ſed actu alterius qui fit ab alio cū peccato. ¶ De circūſtan S
tia quō ſit iurādū ſatis patet:ꝙ cū iurare ſit actus latrie in
quo ad veritatis teſtimonium deus tāꝙ̄ ſumma veritas in
duciꝛ:ideo cū magna reuerētia fieri debet. Vnde corneliꝰ
papa.xxij.q.v. honeſtū. ait. Honeſtū etiā videtur vt qui in
ſanctis audet iurare:hoc ieiunus faciat cū omni honeſtate
et timore dei.in qua honeſtate includūtur reuerētiales ceri
monie:vt ꝙ ſm laudabilē multoꝝ conſuetudinē nō fiāt iu
ramēta (ſaltē in iudicio publico) niſi aſtātibus vel genicu/
lātibus ⁊ nudatis capitibus tā iurantiū ꝙ̄ recipientium ⁊
aſtantiū. Verū illa honeſtas cōſilij eſt/nō precepti:vt vult
glo.in.c. honeſtū/allegato. Cetera circa hāc circūſtantiam
cōcernentia ſatis tacta ſunt. ¶ De ſexta circūſtātia quādo T
dicitur.xxij.q.v. decreuit. Decreuit ſancta ſynodus:ꝙ a ſe/
ptuageſima vſcꝫ ad octauas paſche:ab aduentu vſcꝫ ad
octauas epiphanie:necnon in ieiunijs quattuor tēpoꝝ ⁊ le
tania maiore:et in diebꝰ rogationū ac in diebus dn̄icis:nul
lus ſupra ſacra euangelia niſi de concordia ⁊ pacificatione
iurare preſumat. Verū huic capitulo obuiat cōſuetudo pre
ſcripta:vt dicit glo. quantū ad ſeptuageſimā ⁊ aduētū dn̄i.
In dn̄icis tn̄ et in ſolēnibus diebus/niſi ex magna neceſſi/

tate non licet. In illis enim diebus ſpiritualibus vacandũ
A eſt: vt habetur. c. j. de ferijs. ¶ Sed eſt hic dubium: an tole
randa ſit conſuetudo que in quibuſdam terris eſſe dicitur: vt toto eſtiuo tempore quo accidere ſolẽt grandines/ et tonitrua et fulmina huiuſcemodiq; tempeſtates: non admittunt partes ad preſtanda iuramenta: ſed ſuſpendũtur: nõ cauſe: ſed iuramenta tm̃ quibus cauſe terminantur vſq; ad tempus hyemale. Ad quod reſpondendum videtur: q̄ cõſuetudo illa vana eſt ſuperſtitioſa/ impia et iniuſta. Vana: quia nullo iuri diuino vel humano cõſona. Superſtitioſa: quia nulla ratione fundata. Impia: quia male videtur de deo ſentire. Vix enim alia huius obſeruantie cauſa aſſignari poteſt niſi tẽporalis timor vindicte: ne dum peierare contingat eo tempore quo terrenaſcẽtia adhuc in agris matureſcunt: diuina vltione grandinea tẽpeſtate pereant: quod in hyeme fieri nõ poteſt. Sed quis neſciat q̄ impiũ eſt hoc ſentire de deo: tum quia apud deum nihil preterit: nihil futurũ eſt: omnia preſentia: nullius obliuiſcitur: nihil de nouo recolit: omnia omni tempore: immo ſine tẽpore eternaliter nouit. Deniq; in eius ditione cũcta ſunt poſita: ita potens vlciſci in granario et cellario ſicut in campo: ita in ſemine ſicut in germine: ita in area/ ſicut in ariſta. Tum etiã quia differre vel ſuſpẽdere periuria ad tempus metu pene temporalis poſterius admittenda: nõ eſt deum honorare: ſed temporalia bona diuine charitati preponere. Impiũq; eſt peccata velle cauere in eſtate: et poſterius in hyeme admittere. Et iniuſta: qm̃ cauſas et queſtiones nõ prorogare: ſed expedire decet. Nec licitũ eſt partes a iuſticia cõſequenda tanto tempore ſuſpendere: immo videtur q̄ iudices in miniſtratione iuſticie taliter negligentes teneãtur parti ex

Dub. vl. X hac dilatione leſe ad damnorum reſtitutionem. ¶ Vltimo dubitatur: vtrum iurare ſit actus bonus vel malus/ vel indifferens. Q̃ ſit bonus: quia eſt actus virtutis latrie: omnis autem actus virtutis eſt bonus: et propter ſe appetendus. Q̃ malus: quia prohibitus nec frequentãdus. Q̃ indifferens: quia quandoq; iurare eſt laudabile: quãdoq; vitioſum. ¶ Reſpondetur/ q̄ duplex eſt actus iurandi: ſcilicet interior elicitus/ et eſt velle iurare. Et eſt actus exterior quo voluntas iurandi voce perficitur. De actu interiori dicitur: q̄ quidam eſt bonus ⁊ ſimpliciter appetendus/ ſcilicet qui veſtitus eſt omnibus comitibus circunſtãtie/ ſm dictamen recte rationis. Alius eſt malus/ qui ſcz habet circũſtantiã oppoſitam ⁊ vitioſam: aut qui caret aliqua circũſtãtia ad eius bonitatem neceſſario requiſita. Aliqua iuratio eſt actus indifferens: cui deficit aliqua circunſtantia ad bonitatem requiſita. Nec tamen habet circunſtantiã vitioſam: vt qui verum vult iurare propter vtilitatẽ temporalẽ propriam/ nõ referendo hoc in alium finem honeſtum: nec in finem vltimum. ¶ Actus vero exterior iurandi denominatur bonus vel malus/ vel indifferens: ſm q̄ imperat̃ ab interiore. Poteſt tamen idẽ manens primo eſſe bonus: poſterius indifferens vel vitioſus et econuerſo: vt deduci poteſt ex his que dicta ſunt diſt. xxiij. q. j. huius. Verum q̄ verbum hoc iurare generaliter ſignificat omnem actum iurandi: ſiue bonum/ ſiue malum/ ſiue indifferẽtem. Et ita verũ eſt: q̄ iurare nõ eſt de numero bonoꝝ ex ſe appetibiliũ ſub illa generali ratione: eo q̄ illa includit actum bonum ⁊ malum. Sicut velle dare elemoſynam non eſt ex ſe appetibile ſm illam rationem: ſed velle dare virtuoſe/ eſt ex ſe appetibile: ſic velle iurare virtuoſe. Et p hoc patet ad rationes dubij/ q̄ verum concludũt particulariter: et ille particulares ſtant ſimul. Q̃ dicitur q̄ actus iurãdi non eſt frequentandus: verũ eſt ſine neceſſitate: nec mirum qm̃ neceſſitas eſt vna circũſtantia requiſita ad eius bonitatẽ: qua nõ exiſtente/ nõ eſt ſufficienter circũſtãtionatus ſuis comitibus: deficit em̃ iudiciũ diſcretionis. Sed qñ aſſunt oẽs circũſtãtie: et ita inter eas neceſſitas: tunc frequentãdus eſt: ita q̄ qui omitteret iurationem: dũ eius fuerit neceſſitas peccaret: ſicut qui infirmitati proximi non ſuccurrit dum licite poteſt.

Queſtio. ij.

A Circa eãdem diſtinctionẽ queritur ſcdo: vtrũ omne periuriũ ſit mortale pctm̃. ¶ In huius queſtionis materie determinatione per notabilia/ concluſiones ⁊ dubia procedetur ſolito more. ¶ Quantũ ad primũ notandũ pro inueſtigatione q̃d nominis piurij: q̄ ſicut colligi poteſt ex textu noſtro: et capitulis plurimis in decreto xxij. q. ij. iuncta quadã glo. ſextupliciter poteſt cõmitti periuriũ. Primo dũ ſcienter iuratur falſum. Scdo modo dum doloſe iuratur verũ qd̃ putat̃ eſſe falſum. Tertio modo dũ ignoranter iuratur falſum qd̃ credit̃ eſſe verũ. Quarto modo dũ nõ ſeruatur promiſſum iuramento firmatũ. Quinto dũ iurat̃ illicitũ: vel qd̃ vergit in deteriorẽ exitũ. Sexto dũ iuratur indiſcrete. In primis quattuor modis deficit veritas: in quinto iuſticia: in ſexto iudiciũ. Verũ periurium nõ ſemper accipit̃ vt includit oẽs illos ſex modos. ¶ Vñ periuriũ tripliciter accipit̃: ſcz ſtrictiſſime/ ꝓprie/ et cõiter ſiue large. Strictiſſime accipit̃ ꝓ iuramẽto quo ſcienter falſum iuratur: et ſic cõprehẽdit tm̃ primũ modũ. Stricte ſeu proprie accipit̃ pro iuramẽto quo ſciẽter vel ignorãter iuratur falſum: aut doloſe verũ: vel qd̃ vergit in deteriorẽ exitũ: et hoc modo periuriũ extendit ſe ad oẽs quinq; modos/ hoc eſt ad oẽs modos preter vltimũ. Cõiter ⁊ large accipit̃ pro quolibet iuramento in quo deficit aliquis triũ comitũ/ veritas/ iuſticia vel iudiciũ. ¶ Primo modo accipit magiſter cũ diffinit periuriũ in principio huius diſtinctionis. Periuriũ eſt mẽdaciũ iuramento firmatũ: quia mendaciũ vt priori diſtin. dictũ eſt: dicit falſitatẽ ſermonis et intẽtionis. Tertio modo accipit btũs Hiero. ſuper hieremiã: vbi enumeratis tribus comitibus ſubdit. Si iſta defuerint. i. veritas/ iuſticia vel iudiciũ: nõ erit iuramentũ: ſed periuriũ. Secũdo modo accipit beatus Augu. in de verbis apl̃i ſermo. xxviij. vt recitat magiſter dũ ait. Melius creditur ⁊ ille peierare qui falſum volũtate fallendi iurat: et qui falſum putãs qd̃ verũ eſt iurat: et qui verum putans qd̃ falſum eſt iurat. In his ſex acceptionibus ſemꝑ poſterior eſt ſuperior ad precedentẽ. Et ſm hoc oportet varie diffinire periuriũ que facile colligũtur ex dictis. ¶ Verũ ſunt qui diffinitionẽ magiſtri extendere volũt ad periuriũ cõmuniſſime acceptũ. Pro quo notant q̄ quadruplex eſt falſitas. Quedã in vocis aut ſermonis ſignificatione: puta qñ non eſt adequatio ſermonis ad rẽ/ ita q̄ res nõ habet ſe vt ſermo ſignificat. Secũda falſitas eſt ſermonis ad mentẽ proferẽtis: qñ mens ꝓferentis diſſentit ſermoni: hoc eſt aſſerit voce pro vero qd̃ credit falſum. Tertia eſt falſitas in obligatione: vt cũ q̃s obligat ſe ad cuius oppoſitũ obligat̃. vt ſi quis ꝓmittit ſe facturũ aliquid illicitũ vel qd̃ vergit in deteriorẽ exitũ. Ibi em̃ in ſermone ꝓmiſſionis apparet obligatio: ⁊ tm̃ in veritate nõ eſt obligatio. Nõ em̃ põt ſe quis obligare cõtra volũtatem ſuperioris. Quarta eſt falſitas indiſcretionis ſeu periculi: dũ ſcz loquit̃ ſeu ꝓmittit in quo eſt periculũ falſitatis. Prima falſitas ꝓprie dicit̃/ et eſt falſitas. ſequẽtes dicũtur falſitates extenſo noĩe et minus ꝓprie. Prima ⁊ ſcda recipiunt defectũ primi comitis: ⁊ quia mendaciũ dicit falſitatẽ: licet proprie acceptũ dicat duplicẽ falſitatẽ: primã ſcz et ſecũdã: tñ poteſt extẽdi ſiue ꝓprie ſiue improprie ad oẽs quattuor modos falſitatis. vt mẽdaciũ cõiter ſit falſa vocis ſignificatio ſm aliquẽ quattuor modoꝝ: ſiue ſiat cũ intẽtione fallendi ſiue nõ. Et ſic cõiter accipiendo mendaciũ: diffinitio magiſtri cõuenit omni piurio ſm oẽs ſex modos piurij. Et ita exponit eã beatus Tho. in ſumma ⁊ in ſcripto: ⁊ per illã diſtinctionẽ concordari pñt dicta autoꝝ que vident̃ ſibi diſſonare. Ex hoc etiã patet an omne periuriũ includit mẽdaciũ. Nã capiẽdo cõiter ⁊ large correſpondẽt mendaciũ ⁊ periuriũ: periuriũ nõ eſt ſine mẽdacio. i. falſitate. Sed ſi mẽdaciũ capit̃ ꝓprie: et periuriũ ſecũdo vel tertio modo/ poteſt q̃s ſine mẽdacio peierare. Poteſt em̃ verũ dicẽs peierare ſecũdo ⁊ tertio modo: patet intuẽti. ¶ Scdo notandũ/ q̄ ſicut ad actũ meritoriũ requirit̃ deliberatio; alioq̃n nec eſſet vir

Artic. I.
Nota. I.
B
Nota. 2
C

tuoſus nec humanus. Jta et actus demeritoriꝰ requirit de
liberationē. Nō enim pronior eſt deus ad puniēdum ꝙ̄ ad
premiandū. Unde actus iurādi poteſt quādoq̄ȝ fieri inde/
liberate: cū videlȝ fit quadā conſuetudine mala/aut ex lap
ſu lingue ſine intētione firmandi dictū ſuū per teſtimoniū
diuinū. Et tale periuriū proprie nō eſt actus humanus: q̄
fit preter intētionē: etiā q̄nq̄ȝ neſcientibus eis qui loquunt
et penitus nō aduertentibus. Aliq̄n fit cū deliberatione: ⁊
cū hoc formaliter/ dū ſcȝ intēdit dictum ſuū cōfirmare teſti
monio diuino ⁊ aduertit ſe proferre verba iuramēti. Et hec
deliberatio q̄nq̄ȝ eſt breuiſſima maxime in habituatis: ha/
bēt em̄ habituati breuiſſimā deliberationē ⁊ electionē in tē
pore vix perceptibili: ita ꝙ q̄nq̄ȝ nō videtur deliberatio: vt
patet in canente artificialiter in cithara. Aliq̄n fit cū delibe
ratione interpretatiue: vt cū quis deliberare poſſit ⁊ contē/
nit: et maxime cū deliberare tenetur. ſicut in ſacramentorū
ſuſceptione: ⁊ in diuinis tractādis/ ꝓferēdis vel ſumēdis.
Jn his em̄ ꝓpter diuinā reuerētiam deliberate agere tene
mur. Unde dicit Eſa. lij. Mundamini qui fertis vaſa dn̄i.
Ad mundationē requirit deliberatio: et hec diſtinctio actꝰ
deliberati et indeliberati multū valet ad cognoſcendū: q̄n
actus ſiue iuramentū ſit peccatū vel nō. Non autē vt multi
D dicūt: frequentia aut cōſuetudo. ¶ Sunt aūt pleriq̄ȝ cōce/
dentes ꝙ vnicū periuriū leue nō eſt peccatū mortale: tamē
ex cōſuetudine peierare eſt pctm̄ mortale. Cuius rationem
quidā aſſignāt: quia habitus generatus ex multis actibus
inclinat ad grauiorem actū/ꝙ̄ ſit actus precedēs. Sed hoc
improbat Sco. et bene: q̄m ſi primꝰ actus nō ſit mortalis:
neq̄ȝ ſecūdus: neq̄ȝ tertius: aut alius ab habitu q̄nq̄ȝ intēſo
elicitus/eſt mortale pctm̄: q̄ habitus inclinās nō pōt actū
grauē reddere leuiorē quantū ad genus peccati: quia habi
tus genitus ex actibus ſemꝑ inclinat ad actū eiuſdē rōnis/
cū his ex quibus generatur: licet bene ad intēſiorē: ſemper
tm̄ in eadē ſpecie: ideo ſi actus precedēs generatiuus habi/
tus nō fuerit mortale peccatū: nunq̄ȝ actus ſequens ad quē
inclinat habitus: erit peccatū mortale. ¶ Preterea. Habi/
tus ex ſe nullā habet rationē culpe: niſi ex actibus ex quibꝰ
generatur: ſi ergo illi ſunt peccata venialia: habitus nō fa/
ciet grauitatem mortalē in actu ad quē ipſe inclinat. Et pro
batur exēplo: ſi aliquis ex actibꝰ incōtinētie acquiſiuit ma
gnū habitū/et poſt peniteat: ſi poſt penitentiā habeat mo/
tum aliquē incontinentie cui nō conſenſit: licet ad illū incli
net magnus habitus: nō eſt in eo pctm̄ mortale: immo nec
notabiliter maius ꝙ̄ ſi habitū nō haberet. Jgit videt dicē
dū ꝙ habitus et cōſuetudo nihil faciūt ad rationē peccati:
ſed deliberatio ⁊ cōſenſus in actū illicitū: vnde ſi actus pri
mus in ſe nō eſt peccatū mortale/ſed veniale: circūſtātia fre
quentationis aut cōſuetudinis nō facit eum mortalē: vnde
quotienſcunq̄ȝ talis actus elicitur: ſemꝑ manet veniale. Et
ideo in propoſito diſtinctio periurij quātum ad raritatē et
frequentiā/nihil variat ad rationē peccati mortalis: ſed di/
ſtinctio inter deliberationem vel indeliberationē/ſiue deli
beratio ſit vnica: ſiue ex cōſuetudine frequētata/ multū fa/
Nota. 3. E cit ad peccati rationē. ¶ Tertio notandū ꝙ teſtimoniū in
aſſertiuo iuramēto q̄nq̄ȝ fertur ſimplr̄ de certitudine: q̄nq̄ȝ
de credulitate: hoc eſt ꝙ iuramento aſſertiuo q̄nq̄ȝ aliquid
aſſeritur vt certū ſimpliciter et verū: vt q̄n fert teſtimoniū
in iudicio: in quo ſentētia punitiua ferri debet: q̄nq̄ȝ aliq̄d
aſſeritur vt creditū eſſe verū: nō tm̄ vt vndequaq̄ȝ certum:
vt dū datur teſtimoniū de idoneitate pſone ad ſacros ordi
nes promouēde. Quando aūt teſtimoniū ſic vel ſic debet
accipi/recurrere oportet vel ad legē poſitiuā vel ad conſue
Artic. 2. tudinem. Et tātū de articulo primo. ¶ Quātū ad articulū
Concl. 1. F ſecundū eſt prima cōcluſio. Nullū periuriū alicuius ſex ſpe
cierum premiſſarū eſt crimen mortale/dum ſit indeliberate
et ex ſurreptione. Jlla concluſio probat: quia nullus actus
indeliberatus eſt culpabilis aut meritoriꝰ (vt dictum eſt)
ergo nec periurium. propter hanc cauſam ſi fatuus vel fu/
rioſus peierat: non peccat. ¶ Sed hic diligenter notandū
ꝙ ly indeliberatus/in cōcluſione priuat tā deliberationem

formalē ꝙ̄ interpretatiuā importat. Unde Goliardi qui ex
peſſima cōſuetudine fere ad ſingula verba iurāt per xp̄i mē
bra/ nullā faciētes diligentiā ad remouendā malā hanc cō/
ſuetudinē/non puto ſemper excuſari. Similiter in iuramē/
tis cum ſolennitate factis indeliberatio et ſurreptio locum
habere nō poteſt: vbi propter deliberationem habendā tot
adhibentur ſolennitates. Et in ſequentibꝰ concluſionibus
hoc verbū deliberate volo ſubintelligi dum de actu iurādi
fit mentio. ¶ Secunda concluſio. Omne periuriū altero Concl. 2. G
primorū duorū modorū cū deliberatione factum eſt mortale
peccatum. Probat: q̄ in vtroq̄ȝ modo inducit ſumma veri
tas in teſtimoniū credite falſitatis: quo grauis irreuerētia
deo irrogatur: ergo eſt mortale peccatū. Tenet cōſequētia:
quia omnis talis irreuerentia eſt cōtra ſcd̄m preceptū. ⁊ an
tecedēs eſt manifeſtum. Dicitur cum deliberatione ex cau/
ſa tacta: quia ſi quis dictis modis iuraret/ non aduertēs ſe
iurare: nec intendens deum in teſtem ſue falſitatis induce/ Concl. 3. H
re: non eſſet peccatum criminale. ¶ Tertia concluſio. Per
iurium tertij modi quo iuratur falſum creditum eſſe veruȝ
a mortali excuſatur: ſi nō fuerit de certitudine: et magis id
quod iuratur: ꝙ̄ eius oppoſitum verum eſſe credatur. Pro
batur concluſio per beatum Augu. ſermo. xxviij. in de ver/
bis apoſtoli. Putat hoc verū eſſe quod falſum eſt: et teme/
re iurat. Et ſequitur. Ream linguā non facit niſi rea mens.
Quia ergo mens huius nō fuit rea: neſciebat enim falſum
eſſe quod iurat eſſe verum: nec temere vel negligenter: ſed
cum magna diligentia videbatur ſibi deprehēdiſſe verum
quod iurauit falſum: periurij reus nequaq̄ȝ eſt iudicādus.
Jn illa concluſione due ſpeciuocationes addūtur. Prima
ſi non fuerit de certitudine: quia ſi iuramentum ex lege vel
cōſuetudine accipitur/vt ſimpliciter et certe aſſertiuum iu/
rati: ſicut iuramentum in iudicio factum dū conuictus per
illud condemnatur ad mortem vel aliam penam: tūc iurās
falſum quod verum putat mortaliter peccat: nec hoc ſolū:
ſed etiam ſi verum iurat: quod tamen ſibi non eſt omnino
certum: ſed quantuluncunq̄ȝ dubiū: peccat mortaliter: quia
ad confirmandum illud quod aſſerit ſimpliciter certum et
verum: inducit teſtem deum: cum non ſit ſimpliciter certū.
Nec ſolum ſit irreuerentia nomini dei contra preceptū pri/
me tabule: ſed eſt pernicioſum mendacium: quia nociuum
proximo: mentitur enim iurando eſſe certum quod nō eſt
certum: vt dicit Scotus. Jn tali enim iudicio cōdemnatio
nis ſententia non debet ferri: niſi illud aſſertum tanq̄ȝ ſim/
pliciter certum probatum ſit. Nec tātum teſtes in illo foro:
ſed ⁊ iudex culpabilis eſt: ſi tamen ſciat ꝙ ex conſuetudine
teſtes non teſtificantur niſi de credulitate ſub iuramento:
tunc enim ſimpliciter non deberet ferre ſententiam qualis
eſſet ferēda/ ſi culpa eſſet ſimpliciter probata corā eo. Scit
enim ex conſuetudine culpam non eſſe ſufficienter proba/
tam/vt tali pena puniatur. ¶ Et ſic dices: eſt vtile reipubli
ce vt ad credulitatem teſtiū talis pena infligatur: alioquin
nimis multiplicarentur mali. Reſpondet deus dicit Sco.
Juſte qd̄ iuſtum eſt exequeris. Sūt em̄ quedam mala que
non ſunt punienda per homines: ſed relinquenda vltioni
diuine. ſ. omnia in quibus homo vt homo non poteſt ſuffi
ciēter docere veritatem eo modo quo debet doceri ad hoc
ꝙ iuſte feratur ſententia debite punitiua. Hec Scotus. Ue
rūtamen ignorantia inuincibilis: que manet poſt omnem
diligentiam poſſibilem et debitam: excuſaret a peccato hic
ſicut in alijs. Non enim puto ſi homines contra beatū Sil
uanum teſtati fuiſſent: ꝙ eum vidiſſent ſub lecto femine la
titantē: dum viderant diabolum in eius perſonam ſe tranſ
formantem: vt legitur de morte beati Hieronymi: non pec/
caſſent. Nec tobias iunior ſi iuraſſet hominē ſecū in rages
medorum ambulaſſe: ꝙ̄uis nō fuit homo: ſed angelus. Et
hoc videtur tangere beatus Augu. in autoritate allegata/
cum dicit: cum magna diligentia ⁊c̄. Si vero ex lege poſiti
ua vel communi conſuetudine habeatur ꝙ iurans non te/
neatur deponere de certitudine/ſed de credulitate: ſicut cō
muniter fit in fauorabilibus: tunc iurans non peccat: dū/

modo ex ſignis probabilibus cōiecturet partem illam ma-
gis ꝙ aliam: ſicut habetur de ſcrutinio in ordine faciendo
cap. vnico: vbi teſtis reſpondet quantum humana fragili-
tas noſſe ſinit: ſcit et teſtificatur illum ad huiuſmodi onus
officij eſſe dignum. Reſpondet papa Innocenti9.iij. In ta
li reſponſione aliquem peccare non credimus: dummodo
contra conſcientiam non loquitur: quia non ſimpliciter il-
lum aſſerit eſſe dignum: ſed inquantum humana fragilitas
noſſe ſinit: cum illum quem indignum eſſe nō nouit: dignū
debeat eſtimare. In promotionibus ergo talibus ſiue ad
quaſcunqꝫ dignitates per electiones: ſiue ad ordines: ſiue
etiam in alijs collegijs / puta in vniuerſitatibus ad magi-
ſterium. in religionibus ad prelaturam vel ad actus alios:
ſi ſit conſuetudo approbata ꝙ reſponſiones ſub iuramen-
to / fide et obedientia promiſſa non debeāt intelligi niſi de
credulitate quantum ſinit fragilitas humana noſſe: et per
conſequens ꝙ reſpondens non nouit indignitatem in eo:
debent omnes tales reſponſiones intelligi ſm communē
conſuetudinem: nec reſpondentes peccant in aliquo: ꝙuis
tutius eſſet ibi loqui cū aliqua adiectione. ſicut dicit decre-
talis allegata: non ſimpliciter ſed quantum ſinit humana
fragilitas. Hic ergo fauor ampliatur: et odiū reſtringitur:
iuxta illam maximā in iure: quia in odibilibus oportet te-
ſtem ſtricte dicere veritatē / et hoc certum: in fauorabilibus
ſufficit dicere quod credit eſſe verum. Secunda ſpeciuoca-
tio addita in concluſione eſt: et magis illud quod iuratum
eſt credat verum ꝙ eius oppoſitum: quia vniuerſaliter ſi-
ue in fauorabilibus ſiue in odioſis iurans de illo cuius op
poſitum magis credit: iurās etiam de illo de quo eſt ſimpli
citer dubius: et non magis aſſentit corde vni parti ꝙ alij:
peccat mortaliter: quia adducit deum teſtem illius qđ aſſe
rit verum / certum vel creditum: quorum neutrum eſt ve-
Cōcl.4. rum: cum ſit ſibi ſimpliciter dubium. ¶ Quarta cōcluſio.
I Periurium quarti modi non excuſatur a mortali crimine:
dummodo non aſſint conditiones in quolibet iuramento
promiſſorio intellecte. He conditiones queſtione precedē-
ti ſunt recitate concluſione. ix. Probaꝛ concluſio: quia non
perficiēs quod iurauit ad quod ſe facturum deum teſtē ex-
hibuit: quantum in eo eſt facit deum mendacem: et ita irre
uerentiā deo facit: et per conſequēs mortaliter peccat. Un
de generaliter quicunqꝫ iurat ſe verum dicere: aut velle ali
quid facere: vel non facere quod verum non credit: aut ve
rum nō facit: adducit deum in teſtem falſi: quod eſt irreue-
rentiam facere deo: adducit enim deum teſtem veluti igno
rantem veritatem: et ideo non omnino ſapiētem: vel vt fal
ſum teſtificari volentem: et ideo non omnino veracem: et
vtroqꝫ modo ſit irreuerentia immediate deo contra prece-
ptum prime tabule: et per conſequens immediate auertēs
a fine vltimo: ⁊ ita nihil deficit ibi de ratione mortalis ſi de
Cōcl.5. liberate fiat. ¶ Quinta concluſio. Qui quinto modo deli
berate peierat: mortali crimine peccat. Probatur: quia om
nis talis eo ꝙ iurat ſe peccaturum aut acturū id quod ver
git in deteriorem exitum: deum vult eſſe teſtem et vinculū
iniquitatis ac iniuſticie aut impeditorē perfectioris et ma-
ioris boni: hoc autem eſt irreuerētiam deo irrogare: et per
conſequens mortaliter peccare. Et quia hanc irreuerētiam
irrogat deo cum iurat: non cum iuramento contrauenit nō
ſeruando iuratum: ideo cum ſic iurat: peierat et mortaliter
peccat: nō cum oppoſitū iurati facit. de hoc latius dictū eſt
Cōcl.6. queſtione precedenti / concluſione. vj. ¶ Sexta concluſio.
L Periurium ſexti modi quod ſit per indiſcretionem: quan-
doqꝫ habet quandoqꝫ excludit mortale crimen. Probatur
quia tale iuramentum ſit omiſſis quibuſdam circunſtātijs
requiſitis ad licitum iuramentum: harum aūt omiſſio quā
doqꝫ eſt contra preceptum non abrogatum / et tūc eſt mor-
tale: quandoqꝫ contra conſilium / et tūc eſt veniale. De his
autem circunſtantijs latius tractatū eſt in dubijs preceden
Cōcl.7. tis queſtionis. ¶ Septima concluſio. Nec coactio / nec io-
cus poterit a mortali iurantem excuſare in periurio qđ his
excluſis eſſet mortale. De coactione patet: quia coactio nō
poteſt fieri niſi per metum: ſed nullus metus excuſat peie-
rantem a mortali peccato: vt dictum eſt queſtione precedē-
ti / concluſione. viij. Qđ etiā iocus non excuſat a periurio /
patet: quia qui iocoſe iurat deliberate / tamen non vitat ir-
reuerentiam dei: ſed quantum ad aliquid magis auget: vt
vult beatus Tho. ij. ij. q. xcviij. ar. iij. Magis enim irreue-
retur perſonam grauem qui eam in cauſa vili inducit in te
ſtem: ꝙ ſi hoc faceret in cauſa magna / puta magnā vtilita-
tem conferētem / vel damnum magnum cauentem: peiera-
re autem in ioco eſt deum adducere in teſtē falſum / in cau-
ſa leui et vili. ſ. ioco: ergo. Hinc dicit Gerſon in ſuo triperti
to. c. iij. Non patitur ludum fama / fides / oculus. ¶ Quan Artic.3.
tum ad tertium articulum dubitatur primo: vtrum peccet Dub.1.
qui ad iurādum cogit aut prouocat: aut qui iuramentū re- L
cipit ab eo quem ſcit vel probabiliter credit falſum iuratu-
rum. Reſpondetur ſm doctores communiter ⁊ magiſtrū /
ꝙ qui exigit iuramentum vt perſona publica / ſm ꝙ exigit
iudiciarius ordo ad petitionem partis: nō videtur pericu-
lum iudici: neqꝫ peccatum exigendo iuramentum / ſiue ve-
rum iuret ſiue falſum: quia nō videtur ipſe exigere: ſed mi-
niſtrare iuſticie complemētum. Sed qui exigit vt perſona
priuata pro ſeipſo: ⁊ neſcit eum iurare falſum: et ideo dicit.
Iura mihi vt ei ſit fides. non eſt peccatum: vt dicit Augu.
in ſermone de periurio. et ſubdit. Eſt tamen humana tenta
tio: quia ſcilꝫ procedit ex quadam infirmitate / qua dubitat
de veracitate proximi: et hoc eſt illud malum de quo domi
nus Mat. v. Quod amplius eſt: a malo eſt. Si autem ſcit
aut probabiliter credit eū falſum iuraturū: puta ſcit eū cō-
trariū feciſſe eius quod iurat: homicida eſt: vt dicit Augu.
Ille enim de ſuo periurio ſe interimit: ſed iſte manū interfi
cientis impreſſit. Hoc dicit: quia quātum eſt in ſe / illum ad
peccandum inducit: et vt peieret ſcienter cōſentit: licet for-
te alius offert ſe paratum iurare. ¶ Sed adhuc dubitatur Dub.2.
de audiētibus et ſcientibus aliū peierare et tacēt: nunquid M
peccant. Dicit enim Moyſes Leuit. v. Si peccauerit ani-
ma: et audierit vocem iurantis falſum: teſtiſqꝫ fuerit ꝙ aut
ipſe vidit: aut conſcius eſt: niſi indicauerit portabit iniqui-
tatem ſuam. ex quo videtur ꝙ ſciēs alium falſum iurare te
netur eum accuſare. Reſpondetur ſm ſanctum Tho. ſicut
Augu. dicit moyſes non expreſſit in predicta autoritate cui
ſit alterius periurium indicandum: et ideo intelligiꝛ ꝙ de
bet indicari talibus qui magis poſſunt prodeſſe ꝙ obeſſe
periuro / ſiue eum corrigendo / ſiue deū pro eo rogando: vt
ſunt ſacerdotes vel honeſti et diſcreti amici aut parentes.
Moyſes etiam non expreſſit quo ordine debeat manifeſta
ri: ideo ſeruandus eſt ordo euāgelicus: maxime ſi ſit periu-
rium occultū: et quādo non vergit in detrimentū alterius:
tunc enim nō haberet locū ordo fraterne charitatis euāge-
licus. ¶ Tertio dubitatur: cū iurare per idola peccatū ſit: Dub.3.
et qui ſic iurat peierat ſm premiſſa: vtrum ſic iurās peccet N
ſeruādo id quod per idola iurauit. Similiter queriꝛ de eo
qui iurauit per creaturas non cōceſſas: vel alio modo qui
videtur eſſe contra religionem chriſtianam. Reſpondetur
breuiter in. c. etſi chriſtus. de iureiuran. in tex. et glo. ꝙ quo
cūqꝫ modo quis iurauerit ſe facturū aliquid licitū: tenetur
ſeruare fidem: qm̄ etſi iurauit quomodo nō debuit: ⁊ ita iu
rando peccauit: tamē ſeruādo fidē bene facit: quā ſi nō ſer-
uauerit / pctō peccatū addit. de quo beatus Augu. ad publi
colā ita dicit. Uolo te cōſiderare vt ſi quiſpiā per deos fal-
ſos iurauerit ſe fidē ſeruaturū: at ſi nō ſeruauerit nō tibi vi-
detur bis peccaſſe. Si em̄ tali iuratione ꝓmiſſa cuſtodiret
fidem: ideo tātū peccaſſe iudicaretur: qꝛ per tales deos iu-
rauit: illū aūt nemo recte reprehēderet: qꝛ fidē ſeruauit: nūc
vero qꝛ iurauit ꝑ quos nō debuit: et ꝯtra pollicitā fidē fecit
qđ nō debuit / bis vtiqꝫ peccauit. Et ꝑ hoc patet: vt ꝯſequē
ter dicit Augu. ꝙ nō eſt illicitū vti fide illius ſaltē ad bonū
qui ꝑ falſos deos iurat: nec ꝑ hoc pctō eius ſe ſociat quo ꝑ
demonia iurauit: ſed bono pacto eius qui fidē ſeruauit: de
quo queſtione precedenti dictū eſt. ¶ Quarto dubitaꝛ de Dub.4.
grauitate pcti periurij: vtrū periuriū ſit grauius peccatum O

ꝙ homicidium: et intelligenda eſt queſtio ceteris eodem modo ſe habentibus: puta ſurreptione/ tentatione/ impulſione/ timore/ ⁊ ceteris huiuſmodi. Hic opiniones ſunt doctorū: nam beatus Tho. j. q̄ðli. ar. xviij. tenet ꝙ periurium ſit grauius peccatū ꝙ̄ homicidium. Tum quia periurium eſt contra preceptum prime tabule: et ꝑ hoc immediate cōtra deum: ſed homicidiū eſt contra preceptum ſecunde tabule/ et immediate contra proximum. Tum quia in cauſa homicidij defertur iuramentum: vt per hoc ſit finis cōtrouerſie: ſed fruſtra id fieret ſi homicidium eſſet grauius peccatum. Preſumeretur em̄ ꝙ qui maiorem culpam homicidij cōmiſit: non timeret maiorem culpam incidere: vnde ex hoc ipſo ꝙ in cauſa cuiuſlibet peccati defertur iuramentum: oſtenditur ꝙ periurium pro maximo peccato haberi debet. Tum quia periurare nomen dei/ videtur quedā diuini nominis denegatio: vnde ſcðm locum poſt idolatriā peccatum periurij tenet: vt ex ordine preceptoꝝ patet. Nā et apud gentiles iuſiurandum erat honoratiſſimum: vt dicitur in principio metaphyſice. Nec obſtat ꝙ peccatum homicidij grauiꝰ punitur: quia in iudicio humano quātitas pene non ſemper reſpondet quantitati culpe: interdū em̄ infligitur maior pena ꝓ minori culpa: quādo grauius nocumentum imminet hominibus aut reipublice ex minore culpa: ſed ſm dei iudicium/ grauior culpa grauiori pena punitur. Hec ſanctꝰ Thomas. Sed alia eſt opinio Richardi de media villa/ ꝙ homicidium eſt grauius peccatum ꝙ̄ periuriū: ⁊ motiuum eius eſt: quia tanto grauius eſt peccatum: quanto contrariatur directe maiori virtuti et actui digniori: ſed periuriū eſt directe ⁊ immediate contra actū virtutis latrie: quia iurare eſt actꝰ latrie (vt dictum eſt) homicidium autem eſt directe et immediate contra charitatē ratione actus ſecundarij charitatis: qui eſt diligere proximum. Certum eſt autem ꝙ nobilior actus eſt proximum ex charitate diligere: ꝙ̄ verum ex legitima cauſa iurare: ſicut charitas eſt virtus nobilior ꝙ̄ latria. Eſt tamen adulteriū maius periurio: quoniā corrumpit ordinem digniorem: dignior eſt enim ordo hominis immediate et directe ad deū ꝙ̄ ille qui eſſe debet ad proximum/ et ad deum ꝓximo mediante. Primus autem ordo corrumpitur per periurium: ſecundus per adulterium: nec ordo ſecundus ꝑfectius corrumpitur per adulterium ꝙ̄ primus per periurium. Adulterium em̄ nō eſt propinquius maxime iniurie: que poteſt eſſe contra proximum: ꝙ̄ periurium maxime iniurie q̄ poſſit eſſe contra deū: immo ecōuerſo: nam periurium propinquius eſt blaſphemie: que eſt cōtra deum ex eius odio: ꝙ̄ adulterium homicidio: et ex hoc manifeſtum eſt ꝙ periurium eſt maius peccatum/ ꝙ̄ furtum: quia maius eſt adulterio: qð grauius eſt furto. ⁊ per hoc ad rōnes beati Tho. ¶ Ad primā dicit̄/ ꝙ non vniuerſaliter omne peccatū contra preceptum prime tabule eſt grauius omni peccato contra precepta ſecunde tabule: alias exercere opus ſeruile in ſabbato eſſet peccatū grauius adulterio et homicidio: qð nullus concedit. Secunda etiam ratio nihil probat: quia ſic probaretur ꝙ periurium eſſet ſimpliciter maximū peccatum: quo tamen ſm omnes maius eſt idolatria/ hereſis odium dei. Unde ꝙ in cauſa homicidij defertur iuramētū hoc eſt quia talis nondū probatus eſt eſſe homicida: ꝙ ſi probatum eſſet/ iam ſibi iuramentum non deferretur. Sic ad tertium: peierare nō eſt ſimpliciter et directe nomē dei negare: poteſt enim confitens nomen dei corde: nihilominus ex cupiditate/ odio proximi/ vel ex inordinato amore vel timore peierare: ſed per quandam reductionem periurans nomen dei negat pro quanto reuerentiam tāto nomini debitam non impendit.

Dub. 5. P ¶ Quinto dubitatur ꝯtra hoc quod dictū eſt iurationem non eſſe frequentandam: nam iurare eſt actus virtutis: quia latrie: ergo frequentandus: nam actus virtutis ſempꝰ bonus eſt et laudabilis: ergo frequentandus: bonum em̄ quanto frequentius tanto laudabilius. Item quia actu iurandi deum veneramur ⁊ colimꝰ ſemper eſt iurandū: ſm illud prophete. Semper laus eius in ore meo. Reſpondetur breuiter ꝙ actus virtutis frequētandus eſt: et ita actus iurandi dū fuerit virtuoſus frequētandus eſt: non autem eſt ſemper virtuoſus: quia non ſemper ſit cū omnibus circunſtātijs ad actum virtuoſum req̄ſitis. Eſt em̄ vna circunſtantia neceſſitas iurandi: que non ſemper occurrit: vnde quotiens neceſſitas occurrerit: ⁊ cetere circunſtantie aſſunt: iurandum eſt: ⁊ iurari poteſt cum merito: ſed quia nomen iuramentum non includit illas circunſtantie in ſua ratione formali/ eo ꝙ eſt commune ad iuramentum licitum ⁊ illicitum: ideo iuramentū ſic generaliter non eſt frequētandū: quia raro concurrunt oēs circunſtantie requiſite ad licitū iuramentū: et ideo licet omni tēpore deus reuerendus eſt et laudandus latriaq̄ colēdus: non tamen omni loco neq̄ tempore omnibus modis quibus venerandus eſt: licet em̄ ſumme veneramur deū oblatione eucharistie: non tamen oblatio hec facienda eſt extra eccleſiam: nec noctu: nec prandio facto ⁊c̄. Et quia iuramētum habet aliquid imperfectiōis annexum. ſ. ſuſpitionem vel timorem infidelitatis proximi/ ꝓpter quem ſit ſiue exigitur iuramentū: ideo nō eſt ſimpliciter appetendū: ſed duntaxat in caſu neceſſitatis. Et tantum de hac queſtioue.

Diſtinctio. xl. et vltima.

## In prioribus diſtinctionibus

In prioribus diſtinctionibus magiſter egit de preceptis reſpiciētibus executionem operis. In hac diſtinctiōe xl. ⁊ finali huius tertij agit de vltimis duobꝰ ꝓceptis: q̄ reſpiciūt ꝯcupiſcētiā cordis. Et colligit̄ ſentētia textus in his tribus concluſionibus. ¶ Prima eſt. A prioribus preceptis vetantibus furtū et mechiam/ diſtant duo extrema: quia in illis prohibita ſunt opera: in iſtis cōcupiſcentia. ¶ Secunda. Lex cōprimens manum/ non animū generaliter littera occidens vocatur: quia concupiſcentiā auget: et gratiā non tribuit: que per euangeliū abundātiꝰ compreſtatur. ¶ Tertia. Euangeliū diſtat a legis littera: q̄a diuerſa ſunt in eis ꝓmiſſa: diuerſa ſacramenta et diuerſa nō moralia: ſed cerimonialia ꝓcepta ⁊c̄.

Queſtio vnica.

## Circa hāc diſtinctionem

Circa hāc diſtinctionem mouet̄ vltima queſtio huiꝰ tertij: vtrū a veteri lege diſtet lex noua per precepta/ ſacramenta et promiſſa. A ¶ Pro articulo ꝓmo premittentur notabilia: et interpoſitis cōcluſionibus pro ſecundo: adiungentur dubia pro tertio. ¶ Quantū ad primum articulum notandum: et ex predictis diſt. xxxvij. ſupponendum/ ꝙ veteris legis triplicia ſunt precepta: moralia/ cerimonialia et iudicialia: ad que omnia tenebātur neceſſario. Artic. 1. Nota. 1. De moralibus patet: de cerimonialibus probatur nam licet iudei ſine peccato mortali poterāt tangere mortuum: et ſic de alijs: tamen per hoc incurrebant immundicias ſeu irregularitates quaſdam: ⁊ ſi nō facerēt illa que in lege ordinabantur ad talium purificationē: peccabāt mortaliter: ſicut explicatur ibi. Anima que nō fecerit ſic vel ſic morte moriatur: vel peribit de populo ſuo: et per illud intelligitur comminatio diuina mortis eterne. Ad iudicialia etiam omnia tenebantur vel per ſe vel quando decerneret̄ per iudices eorum: ⁊ maxime per ſacerdotes leuitici generis/ puta quando erat caſus apud iudices inferiores dubius: iuxta illud Deutero. Omnis anima que contempſerit iudicium ſacerdotum/ morte moriatur. ¶ In lege autem noua precepta moralia ſunt eadem que tunc: ſed magis explicita. Cerimonialia ſunt multo pauciora et leuiora que per chriſtum ſunt impoſita. Iudicialia autem non ſunt ꝑ chriſtum impoſita: ſed magis lex mititatis et humilitatis in qua non oportet habere iudicialia: iuxta illud. j. ad Corinth. vj. Omnino delictū eſt in vobis ꝙ iudicia habetis inter vos. q̄re non magis iniuriam accipitis. quare nō magis fraudem patimini. Hoc em̄ chriſtꝰ docuerat Math. v. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuā: prebe illi ⁊ alterā, et ei qui vult tecū in iudicicio cōtendere: ⁊ tunicā

tuam tollere:dimitte ei et pallium ⁊c. ¶ Ex quo patet gra
uitas veteris legis ſuper nouam:nam comparando mora
lia ad moralia/dubiū eſt vtrum fuerit equalis grauitas:vt
dicit Sco.quia dubiū eſt vtrū illi tenebant ad precepta illa
omnia ⁊ eodem modo explicata ſicut nos tenemur mō:q̄a
ſi ipi nō tenebant ad p̄cepta illa:niſi ſicut iudei interp̄tabā
tur:tunc licuit diligere amicum et odio habere inimicum:
et vxoribus dare libellū repudij: ita eṁ docuerūt phariſei
ſimplices in populo:hoc aūt non licet hodie chriſtianis:et
ita de quibuſdā alijs explicātibus precepta moralia:vt pa/
tet Matth.v.ꝙ ſi non:lex noſtra grauior eſt quātū ad mo
ralia:ſed hec grauitas nō equiparat illi de qua ſtatim dice
tur. ¶ Quantū ad cerimonialia dico ꝙ lex illa vetus fuit
multo grauior/quātū ad multitudinē/et quātū ad difficul
tatē obſeruandi. Aug.eṁ ad inq̄ſitiōes Januarij:⁊ habet
pars autoritatis in decreto diſ.xij.c.oia.dicit ꝙ rabbimoy
ſes enumerauit precepta legalia plus q̄. 600. ad q̄ omnia
illi tenebant:quoꝝ quedā fuerunt valde difficilia:puta ꝙ
omne maſculinū ter in anno p̄ſentaret in hieruſalem quan
tumcunq̄ diſtarēt:et ſeptimū annū feriare. Unde petrꝰ in
actibꝰ.xv. Quare vultis diſcipulis imponere onus graue:
quod nec nos nec patres noſtri portare potuimꝰ. Lex aūt
noua ſm Aug.ibidem/paucis ⁊ manifeſtis ſacramentorū
ritibus eſt cōtenta:non eṁ habet lex noua niſi ſeptē ſacra/
menta:que nō ſunt omnibꝰ chriſtianis neceſſaria. Non eṁ
omnes cōtrahunt matrimoniū:nec oēs ſuſcipiūt ordines:
ſed neceſſaria ſunt baptiſmus: et poſt baptiſmū et lapſum
in mortale peccatū recidiuanti penitentia:ita ꝙ difficilius
in noſtra lege ⁊ eccleſia/videt cōfeſſio. Difficile enim vide
tur alicui pctā ſua(ſoli deo ⁊ ſibi nota)alicui homini reue
lare:ſed ibi adhibita ſunt tot remedia:ꝙ ꝓpter talem reue
lationē nō oportet cōfitentē cōfundi . Obligat eṁ audiēs
ad maximū ſecreti ſigillū:alia ſacramēta forte nō ſunt neceſ
ſaria: vel ſi ſunt:ſunt tamen ſatis facilia:puta confirmatio
euchariſtia/extremavnctio. Quātū g̊ ad cerimonialia lōge
facilior eſt lex noua quantū a chriſto data eſt/q̄ lex vetꝰ: et
hec eſt ſimpliciter leuitas que preponderat illi grauitati:ſi
qua ſit maior in moralibus. ¶ Quātū ad iudicialia lex no
ua eſt leuiſſima:quia nulla iudicialia chriſtus imponit:ſi ta
men loquimur de lege noua inquantū nō ſolum eſt a chri/
ſto data:ſed inquantū eſt per alios declarata: vel inquātū
ſup eā alia ſunt addita. Quantū ad cerimonialia poteſt di
ci illud quod dicit Aug.vbi.s.⁊ adducit etiā quantum ad
iudicialia. Licitū eſt iudicibꝰ ſtatuere leges ꝓpter pacem
cōmunē ſeruandā:ſiue iſtas q̄ fuerūt in lege moyſi oēs vel
aliquas:⁊ hoc quaſcūq̄ vel quotcūq̄: et tenentur eas ſub
diti ſeruare dūmodo nō repugnent legi diuine: de q̄ diſ.ix.
c.j.§. Quicūq̄ g̊ legibꝰ.et q̄ad hoc poſſet poni maior gra/
uitas in lege chriſtiana: quia nō licuit tunc ſacerdotibus et
iudicibus condere leges quaſcunq̄:ſicut modo licet prin/
cipibꝰ chriſtianis:ſic ergo breuiter pauciora ſunt onera le/
gis chriſtiane(inquantū eſt tradita a chriſto)ſed forte plu
ra:inquantū addita ſunt alia per eos q̊ habent regere po/
pulum chriſtianū. Patet etiā grauitas veteris legis ex de/
fectu adiutorioꝝ ad obſeruandā legem datorū:quia paſſio
chriſti exhibita plus meretur gratie illis q̄ nunc credunt eā
iam exhibitā:q̄ ipſa exhibenda meruit illis qui eam credi/
derunt vt exhibendam. Et ideo noſtra ſacramenta que ha
bent efficaciam in virtute paſſionis chriſti iā exhibite plus
conferunt de gratia q̄ ſacramenta veteris legis . Habemꝰ
et doctrinā magis explicitam:et exempla ſanctoꝝ plura et
efficatiora ad imitādum:et etiam plura merita ſanctorum:
qui non tantum ſibi:ſed ⁊ nobis meruerunt:ac nobis ſuis
interceſſionibus auxiliantur. Eſt et adiutorium valde no/
tabile:quia nobis pro obſeruatione legis chriſtiane ꝓmit
titur explicite vita eterna:illis autem raro vel nunq̄ expli
Artic. 2. Conclō rīſalis. E — cite niſi bona temporalia. Hec oia Sco. ¶ Quantū ad ſe/
cundū articulum eſt hec concluſio vnica reſponſalis. Lex
noua gratie et euāgelij diſtat preceptis/ſacramentis ⁊ pro
miſſis a lege veteri. Probatur concluſio quātum ad prece/
pta:q̄a licet ſint eadem p̄cepta moralia in vtraq̄ lege:ſcili/
cet precepta decalogi ad que omnia moralia reducūtur: q̄
etiā a chriſto approbātur in euāgelio Matth.xix. ⁊ Mar
ci.x.vbi repetit p̄cepta decalogi.precepta tamē cerimonia/
lia et iudicialia in lege noua ſunt reuocata: vt patet Actu.
xv. et late patet in epiſtolis ad Gal.⁊ ad Hebre. vbi oſten
dit apoſtolus legem ſeruandam non eſſe quantum ad ceri
monialia:que fuerūt vmbra futurorum:cōtra inſurgentes
hereticos predicātes legem obſeruandam eſſe cū euange/
lio. Probatur etiam quantum ad ſacramenta: quia ſi ſacra
mentū proprie accipitur: in veteri teſtamento non fuerūt
niſi duo ſacramenta:matrimonium ⁊ circunciſio.ſi tamen
matrimoniū in veteri lege fuit ſacramentum.hec enim tan
tum contulerunt gratiā ex opere operato: ſed non tantam
quantā ſacramenta noue legis/ex cauſa tacta in primo ar/
ticulo. Reliqua ſacramenta veteris legis non fuerunt ſa/
cramenta niſi large capiendo ſacramentum. Nō enim con/
tulerunt gratiam ex opere operato:ſed tātum ex deuotio/
ne ſuſcipientium:de quo latius tractandum eſt in quarto.
Probatur etiam pro tertia parte quia differunt in promiſ
ſis:nam ſm beatum Diony.in.c.v.eccleſiaſtice hierarchie
prope medium. Lex noua media eſt inter eccleſiā celeſtem
et ſtatum veteris legis:et ideo eterna bona q̄ in celeſti pa/
lam et copioſe exhibentur: in noua lege manifeſte promit/
tuntur. In veteri autem lege non promittebantur niſi ſub
quibuſdam figuris. Unde ad Heb.x.dicit apoſtolus. Um
bram habens lex futurorum bonorum. Unde ſi aliquādo
in veteri teſtamento promiſſa ſunt eterna:ſicut abrae dixit
dominꝰ. Ego merces tua magna nimis. Gene.xv.hoc ſub
quadam figura vel ſimilitudine temporalium facctum eſt
Unde deus ſe conſtituit mercedem abrae ad litteram qua/
ſi remuneratorem in multitudine ſeminis : et in terre pro/
miſſe collatione:vel etſi alicui p̄fecte ꝓmiſſa eſt merces eter
na:non tamen cōmuniter omnibus illius legis: ſicut in le/ — Artic. 3.
ge noua: vt dicit ſanctus Thomas. Et tantū de articulo ſe — Dub. 1.
cundo . ¶ Quātū ad tertium articulum dubitatur primo — D
iuxta primam cōcluſionem textualem / quomodo duobus
vltimis preceptis prohibetur concupiſcentia cordis : cum
tamen de veteri teſtamento dicit Auguſtinus.ꝙ conſtrin/
git animum/non manum. Reſpondetur ꝙ in omnibꝰ mo/
ralibus preceptis nō ſolum manus.i.operatio exterior cō/
primitur:ſed ⁊ animus. Cum enim precepta moralia indu
cunt ad actus virtuoſos:et retrahunt ab actibus vitioſis:
qui primo ſunt in animo:quia in voluntate/vt ſupra dictū
eſt:ergo primo et principaliter comprimit animum quan/
tum ad moralia:ſecus de cerimonialibus que fuere ſigura
lia ex facto:non ex animi motu. Similiter et de iudicialibꝰ
que non puniebant intentionem animi: ſed factū:neq̄ mi/
nabātur penas eternas reſpicientes animam immortalem
ſed penas corporales:et propter hoc etiam quoad moralia
dicitur non exprimere/ſcilicet penam irrogando aut minā/
do animum:ſed manum.i.penam corporis. Principaliter
tamen dictum illud referendum eſt ad cerimonialia et iu/
dicialia:vt dicit magiſter. Etiam ex eo dicitur comprimere
non animum:ſed manum quoad moralia : quia in lege nō
eſt generalis prohibitio omnis mortifere concupiſcentie
aperte et manifeſte: ſicut in euangelio. Eſt autem genera/
lis prohibitio exterioris actus mortiferi. Uel etiam lex pro/
hibet manum non animum ſm carnalem iudeorum intelli
gentiam:in qua tamen multum errabant. Cur autem cōcu
piſcentia magis in furto ⁊ fornicatione aperte prohibetur
q̄ in homicidio vel falſo teſtimonio:ratio eſt:quia obiectū
furti et fornicationis plus mouent concupiſcentiam q̄ ho
micidij vel falſi teſtimonij . Nam obiectum furti eſt bonū
vtile:et obiectum fornicatiōis bonum delectabile: et ideo
quia habent aliquam rationem boni: mouent appetitum:
ſed non ſic de obiecto homicidij/quod eſt mors:que ſm ſe
eſt horribilis:ſic et mendaciū ꝯtra naturalem inclinationē
qua oīs homo deſiderat ſcire et non falli. ¶ Secūdo dubi — Dub. 2. E
tatur/cur lex vetus dicit lex occidens:⁊ noua dicit viuifi/

cans ſm illud. ij. Cor. iij. Littera occidit ſpūs autem viui
ficat. Reſpondet ſanctus Bonauētura / ꝙ quadrupliciter
aliquid dicitur viuificare; ſcilicet effectiue: ⁊ ſic ſolus deus
viuificat. Formaliter: ſic gratia expellens peccatum anime
mortem / viuificat. Affectu: ſic fides operās ꝑ dilectionem
viuificat. Exercitij vſu: ſic mandata quibus exercetur iuſti
cia / viuificant. In lege aūt tria attenduntur. ſcꝫ. mouētia /
ſicut promiſſiones: dirigentia / ſicut precepta: adiuuantia /
ſicut ſacramenta. In lege noua iſta ſunt ſpiritualia: quia
promiſſa eterna: mandata ad viam morum intus animum
dirigentia / ſacramenta ſacrificantia: que omnia ad ſpiritū
pertinent: ideo legi noue cōuenit viuificare tripliciter: for
maliter / ratione gratie ſacramentalis: affectu / ratione amo
ris ſpiritualis / ad quem excitant promiſſa: exercitio / ratio
ne multiplicitatis bone opationis tam preceptorū ꝙ con
ſiliorum. In lege autem veteri promiſſa erant temporalia:
precepta exterius regulantia: ſacramēta figuralia: et ſic ꝓ
miſſa non excitabant ad amorem ſpiritualem: precepta nō
dirigebant ad iuſticiam interiorem: ſacramenta nō adiuua
bant ad faciliorem legis impletionem: et ita non viuifica
bant: quia erat ibi oſtenſio culpe: ⁊ non erat adiutoriū gra
tie: et per cōſequēs dabatur occaſio cōcupiſcentie / que tra
heret ad mortem: et ideo lex illa ſm ſenſum litteralem erat
occidens / non ſm ſpiritualem: ſm hunc em̄ cōcordabat cū
euangelio: et hoc eſt quod dicit ad Ro. vij. Peccatum per
mandatum occaſiōe accepta ſeduxit me: et ꝑ illud occidit.
vbi glo. Ex prohibitione nanqꝫ vbi deficit charitas: deſide
rium mali creſcit: et ſic occaſionaliter occidit. Nam ex hoc
ipſo ꝙ peccatū cōmemorando ꝓhibebat: is in quo concu
piſcentia peccati extincta non erat: magis in ipſum exarde
ſcebat: ſicut cum aqua oſtenditur ſitienti: ſiquidem homo
Dub.3. ff ex natura corrupta cupidus male libertatis nititur in veti
tum. ¶ Tertio dubitatur: cur lex vetus dicitur lex timoris
noua vero lex amoris. Reſpondet / ꝙ ideo lex vetus lex ti
moris eſt / et noua amoris; ſm beatū Tho. diſt. preſenti. q.
iiij. ar. ij. quia lex noua ex oſtenſione diuine charitatis / ini
tium ſumpſit: quia in effuſione ſanguinis ieſu chriſti: q̄ fuit
perfectiſſime charitatis: ſignum in eo etiam nouum teſta
mentum cōfirmatum eſt: lex autem vetus in oſtenſione di
uine poteſtatis (que timorem incutit) initium ſumpſit.
Unde et in ipſa legiſlatione propter fulgura voces ⁊ toni
trua terror audientes inuaſit / vt dicerent. Non loquat no
bis dominus, ne forte moriamur. Exo. xx. Sic ⁊ lex vetus
ad ſui obſeruantiā homines inducebat per cōminationem
penarum: noua vero lex per beneficia exhibita ⁊ ſperanda
⁊ hoc ſatis ꝯpetebat ſtatui humani generis: vt prius qua
ſi rudis populus per timorem pene cogeretur: poſtmodū
vero per amorem in bono proficeret. Sicut enim timor eſt
via ad amorem: ita lex vetus ad nouam. Deniqꝫ lex vetus
eſt imperfectorum: ſm illud ad Heb. vij. Nihil ad perfectū
adduxit lex. noua vero perfectorum ſm illud Math. v.
Eſtote perfecti ſicut et pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt. In
perfectorū autem eſt timere ac cauere malum: operari bo
num timore pene: perfectorum vero eſt amare. Siquidem
perfecta charitas foras mittit timorē: hanc charitatē rece
pit chriſtꝰ legiſlator noſter: et tanꝙ ſignum ſue legis ac di
ſcipulatus preſtituit / dicens Iohan. xiij. In hoc cognoſcēt
omnes ꝙ mei diſcipuli eſtis: ſi dilectionem habueritis ad
inuicem. Quam nobis infundere: et infuſam cōſeruare di
gnetur / qui prior dilexit nos: ⁊ dedit ſemetipſum ꝓ nobis
vt nos redimeret ab omni iniquitate. Dedit aūt ſe ꝓ nobis
oblationē et hoſtiam deo patri in odorem ſuauitatis. Cū
quo regnat ⁊ viuit in vnitate ſpiritusſancti deus glorioſus
in ſecula ſeculorum benedictus. Amen.

¶ Explicit collectorium et epitoma tertij ſententiarum.
editum ab eximio viro magiſtro Gabriele byel / ſacre theo
logie licētiato ꝓfundiſſimo: In famatiſſimo Lugduneñ.
emporio opera et induſtria probi viri Iohannis cleyn ale
manni / impreſſum.